γ. ἤσθ. οἱ — στρατ. Cum enim nullum verbum reddatur huic Nominativo, nisi infra, ὥρμηντο· en, novus hic intercedit Nomin. οἱ — τριήραρχοι quin novam compagen exorditur, τὸ δὲ πλέον· cui ut respondere, dixeris, τὰ μὲν, *partim* ad στρατιῶται· sequeretur infra tamen: τὸ δὲ πλέον τῶν τριηράρχων, scil. πρασσόντων, ἀναπειθόντων, ut ὥρμηντο (c. extr.) referretur ad στρατιῶται, quod careat plane verbo vel prædicato, ut hic posita sunt verba, ita fortasse ordinanda: ἐπειδὴ γὰρ ἤσθ. οἱ — στρατιῶται, ἰσχύοντα αὐτὸν, οἱ τριήρ. — — ὥρμηντο ἐπὶ τὸ καταλ. τ. δημ. τὰ μὲν Ἀλκιβ. προσπέμψ. τὸ δὲ πλέον ἀπὸ σφ. αὐτ. Ac verba quidem Grammatice sic satis cohæreant: at res laborare Logice videatur: cum *milites* sensissent, Alcibiadem esse potentem: *trierarchi* et potentiores promti fuerunt, animum appulere ad solvendam Democr. Nam quæ ratio hæc: Quia *milites* hoc senserint, navium præfectos sponte illud jam voluisse? Et tamen vix est, ut verba, τὰ μ. προσπέμψ. rel. referas ad ἤσθοντο οἱ στρατ. ad quos tamen non miserit Alcibiades, sed ad τοὺς δυνατωτάτους αὐτῶν· qui tamen aperuerint militibus quædam ex literis et mandatis Alcibiadis. Nec στρατιώτας *gregarios* utique milites intellexeris, aut *vulgus* militum, sed vel omnes copias cum præfectis ac ducibus suis, vel hos maxime, qui deinde exercitum porro ad sententiam suam perduxerint; id quod et factum, appareat ex c. 48. init. Sic ergo ordinatis, ut dixi, verbis, non ut οἱ στρατιῶται, verum οἱ τριήρ. καὶ δυνατ. sint subjectum primarium, quod requirat verbum præcipuum, et verba, ἐπ. γ. ἤσθ. οἱ στρ. sint pro, οἰσθομένων γὰρ τῶν — στρατιώτων, comma posueris post ἀπὸ σφῶν αὐτῶν· quia ordo fuerit: οἱ τριήρ. — ὥρμηντο — — τὰ μὲν (partim), προσπέμψ. Ἀλκ. — — τὸ δὲ πλ. ἀπὸ σφ. αὐτ. Ita effugisse, utcunque tamen, Anacoluthon, vel Synchysin, detur; quod non licuerit τὰ μὲν referenti ad ἤσθοντο οἱ στρατ. et verbum quærenti aut exspectanti, quod reddatur, ut Consequens, illi Antecedenti: ἐπειδὴ ἤσθ. οἱ στρ. nempe, quid *milites* fecerint, postquam senserint vel cognorint, magnas esse Alcibiadis opes; Neque enim, quid milites fecerint, subjicitur, verum, quid præfecti et proceres.

Τὰ μὲν καὶ Ἀλκιβιάδου] Satis intricata est structura hujus periodi. Stephanus huc e fine revocat nominativos, et post στρατιῶται ita ordinat verba: οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τριήραρχοί τε τῶν Ἀθηναίων, καὶ δυνατώτατοι, τὰ μὲν — τὸ δὲ πλέον καὶ ἀπὸ σφῶν αὐτῶν ὥρμηντο ἐς τὸ καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν· *trierarchi, — tum, quod Alcibiades mandata dedisset* etc. *tum etiam magis sua sponte inclinaverunt* etc. D.

Ἐς τ. βελτ.] Ἐς, ut ante, ἐς τ. δυν. est pro πρὸς, duplici tamen sensu: ad δυνατ. propter προσπέμψαντος, est *ad* (*an sie*), ad βελτίστους est *apud*. C. 48. post init. ἐς ἑαυτοὺς περιποιήσειν, pro ἑαυτοῖς, ad se versuros. V. ibi.

Ἐς τ. πόλ.] Pro ἐν τῇ πόλει. Aut brevius dictum, pro, κινηθὲν ἀπηνέχθη ἐς τὴν πόλιν· immo, ἐς τ. πόλιν ἐνεχθὲν (κἀνταῦθα) ἐκινήθη. Ceterum ad ἐκινήθη non bene omissum τοῦτο, vel τὸ πρᾶγμα, ut 2. 47. extr. λεγόμενον ἐγκατασκῆψαι, et c. 48. init. ἤρξατο δὲ, scil. ἡ νόσος, vel ὁ λοιμὸς, et antea, ad γενόμενον, τὸ κακόν.

Αὐτοί τε αὐτ. rel.] Et hic per Synchysin ordo turbatus, sic procedit: οἵ τε δυνατοὶ,

δυνατοὶ τῶν πολιτῶν, τὰ πράγματα (οἵπερ καὶ ταλαιπωροῦνται μάλιστα), ἐς ἑαυτοὺς περιποιήσειν, καὶ τῶν πολεμίων ἐπικρατήσειν. ἔς τε τὴν Σάμον ἐλθόντες, ξυνίστασάν τε τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἐπιτηδείους ἐς ξυνωμοσίαν, καὶ ἐς τοὺς πολλοὺς φανερῶς ἔλεγον, ὅτι βασιλεὺς σφίσι φίλος ἔσοιτο, καὶ χρήματα παρέξοι, Ἀλκιβιάδου τε κατελθόντος, καὶ μὴ δημοκρατουμένων. καὶ ὁ μὲν ὄχλος, εἰ καί τε παραυτίκα ἤχθετο τοῖς πρασσομένοις, διὰ τὸ εὔπορον τῆς ἐλπίδος τοῦ βασιλέως μισθοῦ, ἡσύχαζεν. οἱ δὲ ξυνιστάντες τὴν ὀλιγαρχίαν, ἐπειδὴ τῷ πλήθει ἐκοίνωσαν, αὖθις καὶ σφίσιν αὐτοῖς καὶ τοῦ ἑταιρικοῦ τῷ πλέονι τὰ ἀπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐσκόπουν. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἐφαίνετο εὔπορα καὶ πιστὰ, Φρυνίχῳ δὲ, στρατηγῷ ἔτι ὄντι, οὐδὲν ἤρεσκεν· ἀλλ᾽ ὅ, τε Ἀλκιβιάδης (ὅπερ καὶ ἦν) οὐδὲν μᾶλλον ὀλιγαρχίας, ἢ δημοκρατίας, δεῖσθαι ἐδόκει αὐτῷ, ἢ ἄλλο τι σκοπεῖσθαι, ἢ, ὅτῳ τρόπῳ, ἐκ τοῦ παρόντος κόσμου τὴν πόλιν μεταστήσας, ὑπὸ τῶν ἑταίρων παρακληθεὶς, κάτεισι· σφίσι δὲ περιοπτέον εἶναι τοῦτο μάλιστα, ὅπως μὴ στασιάσωσι

οἵπερ καὶ ταλαιπωροῦνται μάλιστα, (nempe δημοκρατούμενοι, in Democratia,) εἶχον ἐλπίδας, αὐτοί τε περιποιήσειν τὰ πράγματα ἐς ἑαυτοὺς, καὶ τ. πολ. ἐπικρ. Alieno maxime loco interveniunt verba, οἵπ.—ταλαιπ. μάλ. Nam referantur ad δυνατοὶ, et proximum tamen sit τὰ πράγματα. Sed αὐτοὶ cur addidit, præsertim cum τε, partiendi nota, ubi non sequantur *alii?* Sed opp. τῷ, καὶ τῶν πολ. ἐπικρ. et sign. (τὸ) καθ᾽ ἑαυτοὺς, ipsos quod attineret, *für ihre Person*; plane, ut 2 Cor. 10. 1. αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς, tanquam *alius* antea monuerit, non idem ipse Paullus; sed et hic nimirum est pro περὶ ἐμαυτοῦ, τὸ καθ᾽ ἐμαυτὸν, *de me*, ad me quod attinet (*objective*), sicut antea *idem* apostolus, sed de alia re, locutus fuerat.

Τῶν πολιτῶν] Cl. Τῶν πολιτῶν καὶ ἐνόμιζον τὰ πράγματα. Sed ex interprete. WASS.

Ἐς ἑαυτ. περιπ.] Pro ἑαυτοῖς, ut *ad ipsos*, ad potestatem ipsorum, res verterentur. Tac. Ann. 1. 1. n. 4. *Pompeii Crassique potentia cito in Cæsarem* (cessit), *Lepidi Antoniique arma in Augustum cessere*, i. e. *Cæsari, Augusto*, ejus facta sunt, in ejus potestatem, ad ejus partes, venere.

Σφίσ. αὐτ. —— ἐσκ.] Nisi additum sit, κ. τοῦ ἑταιρικοῦ τῷ πλέονι, simpliciter interpreter, *sibimet* considerarunt, i. e. qua ipsos, ad semet relata, (*par rapport à eux mêmes*) quid ad ipsos inde esset redundaturum. Ita suus sensus Dativo constiterit. Sed nimirum obstat, ut dixi, additum: *et majori parti* sociorum. Cur enim *majori* tantum parti consultum irent, de pluribus laborarent, non de universis? Fuerit ergo Dat. pro ἐν ἑαυτοῖς, *inter se*, a populo segregati.

Τ. ἑταιρικ.] Pro, τῶν ἑταίρων· ut τὸ ξυμμαχικὸν, pro οἱ ξύμμαχοι, τὸ ἱππικὸν p. οἱ ἱππεῖς, alia.

Σφίσι] Non bene Port. *sibi*; quod de se solo diceret Phrynichus, *ipsis* rel.

Περιοπτέον] Περισκεπτέον in Codd. Ar. et Gr. est glossema, quod, expulsa vera scriptura, in contextum venit. Περιοπτέον habet etiam Thomas Magister in περιορῶ. DUCK. Alias *spernere* sign. hoc verbum: hic *curare*, considerare; ut περιφρονῶ τὸν ἥλιον, apud Aristoph. Nub. Ita sæpe Herod. βασιληΐης καταφρονήσας, *regno affectato*. Hinc ἀπερίοπτοι Nostro, 1. 41. extr. *negligentes*, non curantes, *immemores*; ubi v.

Μὴ στασιάσωσι τῷ βασιλεῖ] Non caret ratione distinctio hujus loci, quam Valla, Acacius, atque etiam Portus, probarunt. Nam hoc ostendere vult Phrynichus, ipsis præcipue cavendum esse, ne inter se discordes sint; et spem de societate et auxilio Regis ab Alcibiade factam, ob causam, quam addit, plane incertam et fallacem esse. In Gr. hic nulla est distinctio, nisi post εἶναι. In Cass. corrector recens minimam posuerat post στασιάσωσι, post βασιλεῖ nulla erat. Tamen ne sic quidem bene fluit oratio, et ἀσύνδετος

τῷ βασιλεῖ οὐκ εὔπορον εἶναι [λέγων] καὶ Πελοποννησίων [ἤδη] ὁμοίως ἐν τῇ θαλάσσῃ ὄντων, καὶ πόλεις ἐχόντων ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ οὐκ ἐλαχίστας, Ἀθηναίοις προσθέμενον, οἷς οὐ πιστεύει, πράγματα ἔχειν, ἐξὸν, Πελοποννησίους, ὑφ᾽ ὧν κακὸν οὐδὲν πέπονθε, φίλους ποιήσασθαι. τάς τε ξυμμαχίδας πόλεις, αἷς ὑπεσχῆσθαι δὴ σφᾶς ὀλιγαρχίαν, ὅτι δὴ καὶ αὐτοὶ οὐ δημοκρατήσονται, εὖ εἰδέναι, ἔφη, ὅτι οὐδὲν μᾶλλον σφίσιν οὔθ᾽ αἱ ἀφεστηκυῖαι προσχωρήσονται, οὔθ᾽ αἱ ὑπάρχουσαι βεβαιότεραι ἔσονται. οὐ γὰρ βουλήσεσθαι αὐτοὺς μετ᾽ ὀλιγαρχίας ἢ δημοκρατίας δουλεύειν μᾶλλον, ἢ, μεθ᾽ ὁποτέρου ἂν τύχωσι τούτου, ἐλευθέρους εἶναι. τούς τε καλοὺς κἀγαθοὺς ὀνο-

est. Fortassis copula καὶ, quam quidam Mss. ante οὐκ εὔπορον habent, loco mota est, et post στασιάσωσι debuerat poni. Duck.

Στασ. τῷ βασ. οὐκ εὔπ.] Si τῷ βασιλεῖ retuleris ad στασιάσωσι, fuerit pro, πρὸς τὸν βασιλέα, ut πολεμεῖν τινι, μάχεσθαί τινι, Hom. Il. 1. 266. καρτίστοις ἐμάχοντο· et vs. 298. 299. μαχήσομαι οὔτε σοι, οὔτε τῳ ἄλλῳ. Virg. Ecl. 5. init. *solus tibi certet Amyntas.* Sed primo non placet sententia, contra regem moveri, tumultuari, quod nec possent, quippe non subjecti imperio regis, neque in mente haberent, ubi de amicitia cum Rege agitaretur, nec vero attineret, ut favente jam rege Peloponnesiis, aperte satis. Tum οὐκ εὔπορον, sine τῷ βασιλεῖ, obscure satis positum fuerit, non adjecto, *cui* futurum facile non esset. Quin universa ratio non probanda: caverent, regi turbas creare, cum rege discordare (tanquam adhuc concordes ei fuerint); neque enim promtum fore Regi (nempe, si adversus cum se commossent), adjungi Atheniensibus. Facile crediderim; neque enim in mentem regi tunc veniret; nec posset. Itaque aut ad εὔπορον εἶναι referendum τῷ βασιλεῖ· ubi ordo tamen verborum fuerit minus Græcus, cum dicendum fuerit: οὐκ εὔπορον εἶναι, λέγων· aut ad στασιάσωσι referenti, interpretandum non, *contra* regem, sed simpliciter, *regi*, i. e. in *gratiam* regis, regis *caussa*, quo *gratum facerent* regi, Democratiam exoso; *dak sie ja dem Nönige zu Gefallen feine Revolution machten.* (Qui sensus etiam sine τῷ βασιλεῖ hic fuerit verbi στασιάζειν.) Ad εὔπορον εἶναι deinde int. αὐτῷ.

Λέγων] Hoc recte abest a Cl. Gr. et aliis. Wass.

Καὶ Πελοπ.] Quorsum καὶ additur? Aut per Synchysin, pro Πελοπ. καὶ — ὄντων, καὶ — ἐχόντων· aut sign. *utique*, præsertim, *zumal*, pro καίγε, *idque*, *und zwar*.

Ὁμοίως] Obscurius omisit τοῖς Ἀθηναίοις.

Ἐν τῇ θαλ. ὄντ.] i. e. θαλασσοκρατούντων. Minus quam pro re, Port. *in mari versarentur.*

Προσθέμ.] Pro Dat. προσθεμένῳ, ad εὔπορ. εἶναι τῷ βασιλεῖ. Quod si τῷ βασ. junxeris verbo στασιάσωσι· recte habuerit Accus. cum Infin. int. τὸν βασιλέα.

Κακὸν οὐδὲν] Cl. κακὸν ἢ δεινόν. ex interpretatione, ut videtur. Wass.

Τ. τ. ξυμμ. πόλ.] Primo est pro Nominat. αἱ ξυμμαχίδες πολ. pertinet enim ad εὖ εἰδέναι, ὅτι, tanquam sit pro, περὶ τῶν ξυμμαχίδων πόλεων, aut intelligatur κατὰ, κατὰ τὰς ξ. πολ. *quod attineat* socias civitates. Gal. 1. 11. γνωρίζω ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον,—ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον, pro: γν. ὑμ. ὅτι τὸ εὐαγγ. οὐκ ἔστι κ. ἄνθρ. V. Phil. Thuc. P. p. 295. et ad c. extr. infr. ad vv. τὰς πόλ. αὐτ. εἰδ. Sed, quia sequitur alius Nominat. οὔθ᾽ αἱ ἀφεστηκυῖαι, οὔθ᾽ αἱ ὑπάρχουσαι· rursus fit, ut ille Nominat. pro quo positus sit Accus. τὰς πόλεις, sit, more Nostri, pro Genit. τῶν ξυμμαχίδων πόλεων, in divisione vel distribuendo: οὔθ᾽ αἱ ἀφεστ. τῶν πόλ. οὔθ᾽ αἱ ὑπάρχουσαι.

Αἷς ὑπεσχ.] V. ad c. extr. vv. ἐξ ὧν τὰ πλ.

Αἱ ὑπάρχ.] Nempe *fideles*, in officio et potestate Athen. *Quæ essent*, vertens Port. nihil agit, in obscuro sensum relinquit.

Μεθ᾽ ὁπ. — τύχ. τούτου] *Utramcunque* (haud sane Latino vocabulo) *harum partium*, vertens Port. ad Athenienses et Peloponnes. retulisse videtur μεθ᾽ ὁποτέρου. Sed primo ὁποτέρων tunc diceret Thuc. hoc si vellet; deinde evidenter nimis refertur ad superius, μετ᾽ ὀλιγαρχίας ἢ δημοκρατίας· ut μεθ᾽ ὁποτέρου significet, *in quocunque statu*, seu Democratico, seu Oligarchico. τούτου autem refer ad ἐλευθέρους εἶναι· nam, etsi hoc sequitur positu verborum, sensu tamen et compage orationis præcedit.

Τούς τε καλ. κἀγ. ὀνομ.] *Optimates* rursus

μαζομένους, οὐκ ἐλάσσω, αὐτοὺς νομίσειν, σφισι πράγματα παρέξειν τοῦ δήμου, ποριστὰς ὄντας καὶ ἐσηγητὰς τῶν κακῶν τῷ δήμῳ, ἐξ ὧν τὰ πλείω αὐτοὺς ὠφελεῖσθαι· καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, καὶ ἄκριτοι ἂν καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν· τὸν δὲ δῆμον, σφῶν τε καταφυγὴν εἶναι, καὶ ἐκείνων σωφρονιστήν. καὶ ταῦτα παρ' αὐτῶν γε τῶν ἔργων ἐπισταμένας τὰς πόλεις, σαφῶς αὐτὸς εἰδέναι, ὅτι οὕτω νομίζουσιν. οὔκουν ἑαυτῷ γε τῶν ἀπὸ Ἀλκιβιάδου καὶ ἐν τῷ παρόντι πρασσομένων ἀρέσκειν οὐδέν.

μθ'. 49. Οἱ δὲ ξυλλεγέντες τῶν ἐν τῇ ξυμμαχίᾳ, ὥσπερ καὶ τοπρῶτον αὐτοῖς ἐδόκει, τά τε παρόντα ἐδέχοντο, καὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρέσβεις Πείσανδρον καὶ ἄλλους παρεσκευάζοντο πέμπειν, ὅπως περί τε τῆς τοῦ Ἀλκιβιάδου καθόδου πράσσοιεν καὶ τῆς τοῦ ἐκεῖ δήμου καταλύσεως, καὶ τὸν Τισσαφέρνην φίλον τοῖς Ἀθηναίοις ποιήσειαν.

ν'. 50. Γνοὺς δὲ ὁ Φρύνιχος, ὅτι ἔσοιτο περὶ τῆς τοῦ Ἀλκιβιάδου καθόδου λόγος, καὶ ὅτι Ἀθηναῖοι ἐνδέξονται αὐτήν,

verteret Port. Quis enim *honestas* unquam et *probos*, velut discriminis caussa, appellavit principes popularibus oppositos? Ceterum hinc apparet, cum ὀλιγαρχ. et hic et ubique appellet Thuc. hunc reip. statum, et tamen καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς vocari, dicat, ejus fautores et conservatores, discretam non fuisse ὀλιγαρχίαν, et, quam haud sane meminerim, Nostro apellatam, ἀριστοκρατίαν, quum ὀλιγαρχίαν semper appellet; quippe ὀλίγοι opponuntur τῷ δήμῳ, *multitudini*. V. L. 2. 37. init.

Ἐξ ὧν τὰ πλ. αὐτ. ὠφ.] Diceret: ἐξ ὧν τὰ πλέω αὐτοὶ ὠφελοῦνται, vel ὠφελοῦντο. Multo magis tamen ita diceret supra, in verbis: αἷς ὑπεσχῆσθαι δὴ σφᾶς ὀλιγαρχίαν· pro αἷς ὑπέσχηντο vel ὑπέσχοντο. Nam ibi *vere* et simpliciter *relativum* erat αἷς, cum hic ἐξ ὧν possit esse, utcunque certe, pro Demonstrativo: καὶ ἐξ ἐκείνων, vel, ὅτι ἐξ ἐκ. ὠφελοῦνται, vel ὠφελοῖντο· magis tamen et hic Relativo: quo sensu non habeat Accus. c. Infin. sed Finitum plane verbum. Neque enim dixeris: *se legisse librum, quem ipsi misisse*; aut: *me curasse ac perfecisse, quod mihi mandasse.* At recte contra: *se legisse epistolam illius, quam porro ei misisse, cui* (hic rursus non *jussisse*, sed) *jussisset*; (nempe *mitti*;) Hic enim *quam* est pro, *et eam*. Ita, et, *quamquam, etsi*, ubi Consequens ei reddatur per *tamen*, nonnisi cum Finito Verbo extuleris: *Etsi se ægrotare*, vel, *occupatum esse, tamen affuturum*; Apage vero Solœcismum! Immo, *etsi ægrotet*, vel, *quamquam occupatus sit*. At, cum Liv. dicit, 4. 15. med. *quamquam nullam nobilitatem — ad dominationem pandere* viam; *sed tamen Cassios*, rel. hic recte, quia *quamquam* est Germ. *wiewohl*, simpliciter positum, sine Consequenti, pro *sane, quidem*. Cf. Phil. Thuc. P. p. 88. lit. e.) Infinit. α.)

Καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι] Vide ad IV. 28. Duck.

Καὶ ἄκριτοι ἂν καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν] *Corinthus* omittit ἂν, et, præterquam in Ed. Stephani, pro βιαιότερον habet βιαιότεροι, et pro ἀποθνήσκειν, ἀποθνήσκοιεν. Vulgata scriptura non indiget mutatione. Duck.

Ἄκριτοι] Sane, quod de *semet* aliquis *credat* vel *dicat*, primo Casu effertur Græcis, ut infr. αὐτὸς εἰδέναι· non in obliqua tamen oratione, ut hic, quæ supra cœperit: οὐ γὰρ βουλήσεσθαι αὐτοὺς, et pergat: αὐτοὺς νομίζειν. Quare hic ἀκρίτους debebat, vel ἄκριτον, quod habent Libri quidam; aut ἀκρίτως. ἄκριτοι scripsisse potest Thuc. ut in mente habens Verbum Finitum, qs. ὅτι νομίσουσι.

Τὰς πόλ. αὐτ. εἰδ.] Rursus, ut supra, pro, αὐτὸς εἰδέναι, ὅτι αἱ πόλεις οὕτω νομίζ. ἐπιστάμεναι ἐκ τ. ἔργ. Nisi volueris τὰς πόλεις ἐπισταμένας habere pro Accusatt. simpliciter positis, qs. τῶν πόλεων ἐπισταμένων.

δείσας πρὸς τὴν ἐναντίωσιν τῶν λεχθέντων ὑφ' αὐτοῦ, μὴ, ἢν κατέλθῃ, ὡς κωλυτὴν ὄντα, κακῶς δρᾷ, τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε τι. πέμπει ὡς τὸν Ἀστύοχον, τῶν Λακεδαιμονίων ναύαρχον, ἔτι ὄντα τότε περὶ τὴν Μίλητον, κρύφα ἐπιστείλας, ὅτι Ἀλκιβιάδης αὐτῶν τὰ πράγματα φθείρει, Τισσαφέρνην Ἀθηναίοις φίλον ποιῶν, καὶ τἄλλα σαφῶς ἐγγράψας. ξυγγνώμην δὲ εἶναι ἑαυτῷ, περὶ ἀνδρὸς πολεμίου, καὶ μετὰ τοῦ τῆς πόλεως ἀξυμφόρου, κακόν τι βουλεύειν. ὁ δὲ Ἀστύοχος τὸν μὲν Ἀλκιβιάδην, ἄλλως τε, καὶ οὐκέτι ὁμοίως ἐς χεῖρας ἰόντα, οὐδὲ διενοεῖτο τιμωρεῖσθαι. ἀπελθὼν δὲ παρ' αὐτὸν ἐς Μαγνησίαν, καὶ παρὰ Τισσαφέρνην, ἅμα λέγει τε αὐτοῖς τὰ ἐπισταλέντα ἐκ τῆς Σάμου, καὶ γίγνεται αὐτοῖς μηνυτής· προσέθηκέ τε, ὡς ἐλέγετο, ἐπὶ ἰδίοις κέρδεσι Τισσαφέρνει ἑαυτὸν, καὶ περὶ τούτου, καὶ περὶ τῶν ἄλλων. διόπερ καὶ περὶ τῆς μισθοφορᾶς οὐκ ἐντελοῦς οὔσης μαλακωτέρως ἀνθήπτετο. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης πέμπει εὐθὺς κατὰ Φρυνίχου γράμματα ἐς τὴν Σάμον πρὸς τοὺς ἐν τέλει ὄντας, οἷα δέδρακε, καὶ ἀξιῶν αὐτὸν ἀποθνήσκειν. θορυβούμενος δὲ ὁ Φρύνιχος, καὶ πάνυ ἐν τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ ὢν διὰ τὸ μήνυμα, ἀποστέλλει αὖθις πρὸς τὸν Ἀστύοχον, τά τε πρότερα, μεμφόμενος, ὅτι οὐ καλῶς ἐκρύφθη, καὶ νῦν, ὅτι, ὅλον τὸ στράτευμα τὸ τῶν Ἀθηναίων ἕτοιμος εἴη, τὸ

Πρὸς τ. ἐναντ. rel.] Primo πρὸς hic est *propter*, certe *qua*, (*par rapport*,) immo plane et simpliciter *ob*, ut παρά· v. Phil. Thuc. P. p. 153. init. *n*.) Quia deinde est ὑφ' αὐτοῦ, quod ad Phrynichum referatur, non ὑπ' αὐτοῦ, quod ad Alcibiadem; quod si sit, ἐναντίωσιν τῶν λεχθέντων interpretere, τὸ ἐναντιωθῆναι (ἑαυτὸν, Phrynichum) τοῖς λεχθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ, ab Alcibiade, nunc ad ὑφ' αὐτοῦ, ἐναντίωσιν sign. ἐναντιότητα, τὸ εἶναι ἐναντία (nempe τῷ Ἀλκιβιάδῃ,) τὰ λεχθέντα ὑφ' αὐτ. ab ipso, a Phrynicho, qs. ob contrariam rationem ab ipso allatorum.

Πέμπει ὡς τὸν Ἀστύοχον] Ad locum Suidæ apud Hudsonum adde omnino Polyænum III. 6. Proverb. Vatic. Append. IV. 1. et Plutarch. Alcib. pag. 205. Wass.

Καὶ μετὰ τ.——ἀξυμφ.] Καὶ est pro κἂν, (εἴη), et ἀξύμφορον pro ἐπιζήμιον. At quis non indignetur illiberalitati et perfidiæ Phrynichi, ita sentientis et agentis, et impudentiam, immo imprudentiam miretur ita se indicantis? Cui quis tandem fideret Peloponnesiorum? Tametsi, ne indicta caussa (ἄκριτον) condemnemus, hominem utique, cujus non prudentiam modo eximiam, sed probitatem quoque fidam Atheniensibus et benivolam, supra a Thuc. narrata satis loquantur, possit hoc Lacedæmoniis tantum dedisse, quo minus dissiderent ipsi aut adversarentur. Nam, quæ de Alcibiadis levitate, et de oligarchiæ malis, c. 49. existimabat ac disputabat, his vero nil verius dici potuit, nil salubrius.

Τά τε πρότερα — ἐκρ.] Comma posui post πρότερα, qui primus esset casus, tali ordine: μεμφόμενός τε, ὅτι τὰ πρότερα εὐ καλ. ἐκρ. Quodsi quarto Casu acceperis, ad πρότερα int. κατὰ, περί τε τῶν προτέρων· verum hic nihil opus, ubi interpungendo commodius defungare.

Κ. νῦν rel.] Primo int. λέγων, immo γράφων, quod lateat in ἀποστέλλει, (pro quo leg. fortasse, ut supra sæpius erat, ἐπιστέλλει·) aut etiam in μεμφόμενος· deinde ordina: καὶ λέγων, ὅτι καὶ νῦν (bis enim intell. καὶ,) ὅτι καὶ νῦν, *nunc quoque*, utut corrupta re, et male ab Astyocho habita, unde et offensior esse illi, et diffidere possit, ac rem deponere, *tamen*, nihilo minus, ἕτοιμ. εἴη παρασχ. αὐτοῖς

ἐν τῇ Σάμῳ, παρασχεῖν αὐτοῖς διαφθεῖραι, γράψας καθ' ἕκαστα, ἀτειχίστου οὔσης Σάμου, ᾧ ἂν τρόπῳ αὐτὰ πράξειε, καὶ ὅτι ἀνεπίφθονόν οἱ ἤδη εἴη, περὶ τῆς ψυχῆς δι' ἐκείνους κινδυνεύοντι, καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο τι ἂν δρᾶσαι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν ἐχθίστων αὐτὸν διαφθαρῆναι. ὁ δὲ Ἀστύοχος μηνύει καὶ ταῦτα τῷ Ἀλκιβιάδῃ.

να'. 51. Καὶ ὡς προῄσθετο αὐτὸν ὁ Φρύνιχος ἀδικοῦντα, καὶ ὅσονοὺ παροῦσαν ἀπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου περὶ τούτων ἐπιστολὴν, αὐτὸς, προφθάσας, τῷ στρατεύματι ἐξάγγελος γίγνεται, ὡς οἱ πολέμιοι μέλλουσιν, ἀτειχίστου οὔσης τῆς Σάμου (καὶ ἅμα), τῶν νεῶν οὐ πασῶν ἔνδον ὁρμουσῶν, ἐπιθήσεσθαι τῷ στρατοπέδῳ· καὶ ταῦτα σαφῶς πεπυσμένος εἴη, καὶ χρῆναι τειχίζειν τε Σάμον ὡστάχιστα, καὶ τἄλλα ἐν φυλακῇ ἔχειν. ἐστρατήγει δὲ, καὶ κύριος ἦν αὐτὸς πράσσων ταῦτα. καὶ οἱ μὲν τὸν τειχισμόν τε παρεσκευάζοντο, καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου, καὶ ὡς μέλλουσα Σάμος, θᾶσσον ἐτειχίσθη. αἱ δὲ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐπιστολαὶ οὐ πολὺ ὕστερον ἧκον, ὅτι παραδίδοταί τε τὸ στράτευμα ὑπὸ Φρυνίχου, καὶ οἱ πολέμιοι μέλλουσιν ἐπιθήσεσθαι. δόξας δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης οὐ πιστὸς εἶναι, ἀλλὰ, τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων προειδὼς, τῷ Φρυνίχῳ ὡς ξυνειδότι κατ' ἔχθραν ἀνατιθέναι, οὐδὲν ἔβλαψεν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ξυνεμαρτύρησε μᾶλλον, ταῦτα ἐξαγγείλας.

νβ'. 52. Μετὰ δὲ τοῦτο Ἀλκιβιάδης μὲν Τισσαφέρνην παρεσκεύαζε καὶ ἀνέπειθεν, ὅπως φίλος ἔσται τοῖς Ἀθηναίοις,

(Lacedæmoniis, intelligendis simul in Astyochi nomine ac mentione,) ἐλ. τὸ στρ. τὸ τῶν Ἀθην. τὸ (ὂν) ἐν τῇ Σάμῳ (ὥστε αὐτὸ) διαφθ.

Προφθάσας] Confer Polyænum III. 6. Wass.

Ἐξάγγελος] Ammon. ἄγγελος. ἦσαν γάρ τινες τῷ Νικίᾳ διάγγελοι, pro ἐξάγγελοι. Hesych. ἐξάγγελος, ὁ τὰ ἔσω γεγονότα τοῖς ἔξω ἀγγέλλων. Apud Sophoclem Trachin. valet *index*. Apud Demosth. ἐξαγγέλλειν τὰ ἀπόῤῥητα, Philipp. I. Cyrillus in Esaiæ LV. p. 776. Mosen, ait, fuisse ἐξαγγελέα τῆς διηνεκοῦς λατρείας. Pro *confessione sacramentali*, in Canone Pœnit. I. Chrysostomi. v. Justinum Dial. cum Tryph. p. 267. Ed Commelin. et Philostratum de Vitis Soph. I. §. 2. Wass. Add. ad VII. 73. Duck. Hic active ἐξάγγελος· alibi, et supra, ni fallor, passive. v. Ind.

Καὶ ἅμα] Cod. Ar. ἅμα καὶ, recte. Wass.

Κ. ὡς μ.] Leg. ὣς, p. οὕτως. Sensus est, *sic quoque* (*ohne diek*), jam per se, quovis modo, *utique*, jam antea, etiamsi hæc nova non supervenissent.

Τισσ. παρεσκ. rel.] Quomodo παρεσκεύαζε *monebat* vertere potuerit Port. non video. Est Germ. *Er erarbeitete an ihm*, vel, conabatur comparare, efficere, reddere, (id enim sign. παρασκευάζειν, sicut ἀποφαίνειν, ἀποδεικνύειν,) amicum Atheniensibus. Neque enim *rem* ipsam, aut *effectum* hic signant duo illa verba παρεσκ. aut ἀνέπειθεν, sed *conatum* tantum et studium; et quartus Casus, Τισσαφ. est pro Nominat. sæpius jam supra occurrit: παρεσκ. κ. ἀνέπειθεν, ὅπως ὁ Τισσαφέρνης φίλος γένοιτο. Ad ἀνέπειθε sane Casus abesse nequit; sed nimirum adest in

δεδιότα μὲν τοὺς Πελοποννησίους, ὅτι πλείοσι ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων παρῆσαν, βουλόμενον δὲ ὅμως, εἰ δύναιτό πως, πεισθῆναι, ἄλλως τε, καὶ, ἐπειδὴ τὴν ἐν τῇ Κνίδῳ διαφορὰν περὶ τῶν Θηραμένους σπονδῶν ᾔσθετο τῶν Πελοποννησίων· ἤδη γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐν τῇ Ῥόδῳ ὄντων αὐτῶν ἐγεγένητο, ἐν τῇ τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου λόγον, πρότερον εἰρημένον, περὶ τοῦ ἐλευθεροῦν Λακεδαιμονίους τὰς ἁπάσας πόλεις, ἐπηλήθευσεν ὁ Λίχας, οὐ, φάσκων, ἀνεκτὸν εἶναι, ξυγκεῖσθαι, κρατεῖν βασιλέα

ipso Accus. Τισσ. tanquam sit: παρεσκεύαζεν, operam dabat, καὶ ἀνέπ. τ. Τισσ. ὅπως, rel. Quippe, cum ὅπως ἔσται sit idem, quod γενηθῆναι, γενέσθαι φίλον, huic conformationi, quam, ut eandem, in mente habuerit Noster, utrique verbo, et παρεσκ. et ἀνέπ. congruerit Accus. τὸν Τισσ. immo plane debeatur.

Πλ. ν. τ. Ἀθ.] Paullo durior hic Genit. post Compar. pro, ἢ οἱ Ἀθηναῖοι. Latine verte: (cum) *pluribus navibus aderant Atheniensibus*: senties. Durius tamen in Latino, quia bis est idem Casus, non una conditione; ubi in Græco sint duo varii Casus, Dat. (vel Ablat.) et Genit. Quodsi scripsisset, εἶχον πλείονας ναῦς τῶν Ἀθην. nil foret notandum, quia referretur Genit. Compar. ad Subject. et Prædic. οἱ Ἀθηναῖοι εἶχον· nunc ad πλείοσι refertur, satis oblique.

Πεισθῆναι] Ita etiam legit Scholiastes. Sed non intelligo, quis sit sensus in illius interpretatione, Tissaphernem metuisse quidem potentiam Peloponnesiorum, sed tamen cupivisse, sibi ab Alcibiade persuaderi, ut, illis desertis, Athenienses socios adsciscerent. Nam ex iis, quæ deinde Cap. 56. et 57. dicuntur, adparet, Tissaphernem, etsi ei suspectæ erant vires Peloponnesiorum, tamen eos minime voluisse a se alienare, et cupivisse efficere, ut sibi fidem haberent, se eorum amicitiam societati Atheniensium præferre. Et repugnat expositioni Scholiastæ particula ὅμως, quæ indicat, eum non consultum rebus suis putasse, a Peloponnesiorum societate recedere. Melior, ut mihi videtur, est sententia in scriptura plerorumque Mss. et omnium Edd. ante Stephanum, πιστευθῆναι, quam etiam Interpretes Latini sequuti sunt. In qua suppleo ὑπ' αὐτῶν, nempe τῶν Πελοποννησίων, ut apud Plutarchum in Apophthegm. p. 330. πιστευθεὶς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων, vel πρὸς αὐτῶν· quemadmodum Herodian. II. 10. πρὸς τῶν ἐκεῖ στρατιωτῶν, οὓς ἐψεύσατο, οὐκ ἔτι πιστεύεται. Nam Porti interpretationem in Commentar. ad hunc locum, *cupientem sibi haberi fidem apud Regem*, non magnopere probare possum. Duck.

Τ. Πελοπ.] Retuleris vel ad διαφορὰν, vel ad σπονδῶν. Illud prætulerim, quia Synchysin amat Noster; quæ hic tamen satis sit mollis. Sed, quia et Persis erat illa διαφορὰ, pæne est, ut, διαφορὰν simpliciter poni, placeat.

Ἐν τῇ] Si in ullo libro scripto, aut edito ante secund. Ed. Stephani, ita legeretur; fortassis aliquantum valeret, quod dicit Portus, τῇ pro ᾗ poëtice poni posse. Nunc ea ratione frustra defenditur, quod primum apud Stephanum natum est; qui utrum ita e Mss. an e conjectura aliqua, ediderit, non constat. E verbis, ἐν τῇ Ῥόδῳ ὄντων αὐτῶν, me non expedio. Ipse Thucydides paullo ante dixit ἐν τῇ Κνίδῳ, et Cap. 43. de re inter Lacedæmonios, quum Cnidi essent, actum, ibique Lichæ sermonem, quem hic repetit, habitum esse, pluribus exponit. Deinde, Peloponnesios Cnido in Rhodum venisse, narrat Cap. 44. nec tamen quidquam addit, unde intelligi possit, eadem ibi, quæ ante Cnidi, fuisse dicta. Si hoc voluit dicere, Lacedæmonios, Rhodiis ab imperio Atheniensium liberandis, re ipsa ostendisse, verum esse, quod Tissapherni dixerat Alcibiades, satis obscure loquitur. Duck. Aut pro ᾗ, Ionice magis, et Herodoti imitatione, (qui v. c. 1. 23. init. πρῶτον ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, pro ὧν,) quam poëtice. Quid enim poëtici vigoris habet hæc permutatio? Et apud Homerum, cui frequentatur, Dialectus Ionica dominatur. Aut pro τῇδε, ταύτῃ. Simile exemplum notavimus 1. 6. init. in vv. ἐν τοῖς πρῶτοι Ἀθηναῖοι — — κατέθεντο. Ubi tamen nec pro οἷς esse possit, propter additum δὲ, nec pro τούτοις, propter positum; diceret enim, ἐν τοῖς δὲ πρώτοις.

Τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου λόγον] Cap. 45. et 46. De illis, ἐπηλήθευσεν, ὁ Λίχας, recte sentit Stephanus. Similis est locus IV. 85. in princip. ubi vide Scholiasten. Duck.

Ἐπηλήθ. V. Phil. Thuc. P. p. 31. init. α.]

Οὐ φάσκων] Οὐ φάναι Græcis esse, quod Latinis *negare*, multis, etiam prolato hoc loco, ostendit Heraldus ad Iamblichi Vitam Pythag. Cap. VI. Apud Thucydidem hoc

τῶν πόλεων, ὧν ποτε καὶ πρότερον ἢ αὐτὸς ἢ οἱ πατέρες ἦρχον. καὶ μὲν δὴ ὁ Ἀλκιβιάδης, ἅτε περὶ μεγάλων ἀγωνιζόμενος, προθύμως τῷ Τισσαφέρνει θεραπεύων προσέκειτο.

νγ'. 53. Οἱ δὲ μετὰ τοῦ Πεισάνδρου πρέσβεις τῶν Ἀθηναίων ἀποσταλέντες ἐκ τῆς Σάμου, ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας, λόγους ἐποιοῦντο ἐν τῷ δήμῳ, κεφαλαιοῦντες ἐκ πολλῶν, μάλιστα δὲ, ὡς ἐξείη αὐτοῖς, Ἀλκιβιάδην κατάγουσι, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον δημοκρατουμένοις, βασιλέα τε ξύμμαχον ἔχειν, καὶ Πελοποννησίων περιγενέσθαι. ἀντιλεγόντων δὲ πολλῶν καὶ ἄλλων περὶ τῆς δημοκρατίας, καὶ τῶν Ἀλκιβιάδου ἅμα ἐχθρῶν διαβοώντων, ὡς δεινὸν εἴη, εἰ τοὺς νόμους βιασάμενος κάτεισι, καὶ Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων, περὶ τῶν μυστικῶν, δι' ἅπερ ἔφυγε, μαρτυρουμένων, καὶ ἐπιθειαζόντων, μὴ κατάγειν, ὁ Πείσανδρος παρελθὼν, πρὸς πολλὴν ἀντιλογίαν καὶ σχετλιασμὸν ἠρώτα ἕνα ἕκαστον παράγων τῶν ἀντιλεγόντων, ἥν τινα ἐλπίδα ἔχῃ σωτηρίας τῇ πόλει, Πελοποννησίων ναῦς τε οὐκ ἐλάσσους σφῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀντιπρώρους ἐχόντων, καὶ πόλεις ξυμμαχίδας πλείους, βασιλέως τε αὐτοῖς καὶ Τισσαφέρνους χρήματα παρεχόντων, σφίσι τε οὐκέτι ὄντων, εἰ μή τις πείσει βασιλέα μεταστῆναι παρὰ σφᾶς. ὁπότε δὲ μὴ φαίησαν

frequens est. Vid. IV. 122. V. 39. et 55. VII. 5. et VIII. 27. Cap. seq. ὁπότε δὲ μὴ φαίησαν ἐρωτώμενοι. Duck. Pro, φάσκων, οὐκ ἀνεκτ. εἶναι. cf. Phil. Th. P. p. 285. (extr.) β) et ibi allatis adde Xen. M. S. μὴ ἃ οἶδε δοξάζειν, p. δοξ. ἃ μὴ οἶδε. Apud Nostrum hic quidem effugeris Synchysin interpungendo post οὐ et φάσκων· Sed nimirum a loquendi usu abhorret collocatio talis. V. et paullo infr. ad vv. μὴ φαίησαν.

Τῷ Τισσαφέρνει] Non mala est lectio Cod. Cass. τὸν Τισσαφέρνην. Nam προσκεῖσθαι hac significatione, non addito casu, etiam VII. 18. et 78. dicit Thucydides. Duck.

Μάλιστα δὲ — περιγενέσθαι] Corinthus, qui τὸν Ἀλκιβ. et καταγαγοῦσι cum Marg. pro quo Cl. καταγάγουσι. idem Πελ. δὲ περιγίνεσθαι. δὲ, inquit, pro δή· quomodo Scholiastes. Wass. Vid. Stephanum ad Corinthum Artic. XXXIII. et Append. ad al. Scripta de Dialect. p. 188. Duck.

Κατάγουσι] Καταγάγουσι Cl. Ita loqui amat Thucydides. Wass. Vid. Cap. 61. D.

Κηρύκων] De his etiam nonnulla habet Meursius in Libro de Regib. Atheniens. Cap. XI. et se de Ceryce, auctore familiæ Cerycum, adcurate egisse, dicit in Syntagmate de Familiis Atticis; quod adhuc in lucem prodiisse, non scio. Duck.

Μαρτυρουμένων] Hoc omnes de testimonio ab his in Alcibiadem dicto accipiunt. Sed, quia addit ἐπιθειαζόντων, dubito, an præferendum sit, quod habent Codd. Reg. et Cass. μαρτυρομένων, ut sæpe apud Aristophanem et alios μαρτύρομαι, et μαρτύρομαι θεούς. Thucydides VI. 80. δεόμεθα δὲ καὶ μαρτυρόμεθα ἅμα. *Testari*, et *deos hominesque testari* dicunt Latini. Duck.

Τῇ πόλει] P. τῆς πόλεως; Germ. *für die Stadt*; aut ad ἔχουσιν relato Dat. pro. ὑπὲρ, περὶ τῆς πόλεως.

Ἀντιπρ.] Insulse satis vertit Port. *easque navibus ipsorum adversas*. Quo quid frigidius tandem adderet Noster? Ne *rostratas* quidem satis recte. Verterim, *pares*, idoneas prœlio committendo; *gute tüchtige Kriegsschiffe*, quæ *opponere* illis sese possent, et *frontem obvertere*, qs. ἀντοφθαλμεῖν τοῖς πολεμίοις, ut Act. 27. 15. est de navi, ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, *obviam ire*, qs. *os ostendere* vento. Hesych. ἀντίπρωρα, ἀντιπρόσωπα· πρώρα γὰρ τὸ πρόσωπον.

Μὴ φαίησ.] P. φαίησαν, μὴ, nempe ἐλπίδα ἔχειν. Omnino οὐ φάναι Græcis est *negare*;

ἐρωτώμενοι, ἐνταῦθα δὴ σαφῶς ἐλέγετο αὐτοῖς, ὅτι τοῦτο τοίνυν οὐκ ἔστιν ὑμῖν γενέσθαι, εἰ μὴ πολιτεύσομέν τε σωφρονέστερον, καὶ ἐς ὀλίγους μᾶλλον [τὰς ἀρχὰς ποιήσαιμεν,] ἵνα πιστεύῃ ἡμῖν βασιλεὺς, καὶ μὴ περὶ πολιτείας τὸ πλέον βουλεύωμεν ἐν τῷ παρόντι, ἢ περὶ σωτηρίας, (ὕστερον γὰρ ἐξέσται ἡμῖν καὶ μεταθέσθαι, ἢν μή τι ἀρέσκῃ·) Ἀλκιβιάδην τε κατάξομεν, ὃς μόνος τῶν νῦν οἷός τε τοῦτο κατεργάσασθαι.

νδ'. 54. Ὁ δὲ δῆμος τὸ μὲν πρῶτον, ἀκούων, χαλεπῶς ἔφερε τὸ περὶ τῆς ὀλιγαρχίας· σαφῶς δὲ διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ Πεισάνδρου, μὴ εἶναι ἄλλην σωτηρίαν, δείσας, καὶ ἅμα ἐλπίζων, ὡς καὶ μεταβαλεῖται, ἐνέδωκε. καὶ ἐψηφίσαντο, πλεύσαντα τὸν Πείσανδρον καὶ δέκα ἄνδρας μετ' αὐτοῦ, πράσσειν, ὅπῃ ἂν αὐτοῖς δοκοίη ἄριστα ἕξειν, τά τε πρὸς τὸν

quod etsi plus est, quam *non dicere*, i. e. *tacere*: tamen pro eo valet illud. Ceterum de tota illa re ac sententia vel ratione producentis singulos, interrogantis, et responso negantium pro sua caussa utentis, contulisse juverit simillimum Livii locum, 6. 36. extr. *Postremo primores Patrum productos interrogando*, rel. deinde c. 37. init. *Atqui nec*, rel. plane ut in mente habuisse locum hunc Nostri possit.

Ὅτι — —οὐκ ἔστ.] Redundat ὅτι, (tanquam ex Ebraismo,) ubi non subjiciatur Perf. tert. ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτοῖς, rel. ἔστι γενέσθαι est pro, δύναται, οἷόν τε ἐστὶν, ἐνδέχεται. nec Lat. *esse* abludere, notum satis.

Ὑμῖν γενέσθαι] In margine Edit. Porti scripta est illius conjectura, ὑμῖν γενέσθαι. Non dubito, quin scripserit ἡμῖν, quod et confirmat Cl. et postulat sententia, ut scil. in eadem persona maneat oratio. Idem etiam visum fuit Acacio, qui vertit *nobis*. Sic paucis interjectis: ὕστερον γὰρ ἐξέσται ἡμῖν. Duck.

Ἐς ὀλ. — — ποιήσ.] Ποιεῖν hic est *constituere*, ordinare (*einrichten*), *componere*. ἐς ὀλίγους sign. *modum* rei; ut per pauciores administrentur ἀρχαὶ, paucioribus mandentur. μᾶλλον retuleris vel ad ὀλίγους, (quod careat Comparativo:) pauci*ores*, *quam adhuc*, vel ad ποιήσ. ut ad pauciores *potius* redigamus imperia, paucioribus potius remp. committamus, quam multitudini universæ. Quod si τὰς ἀρχὰς eliminaveris; (neque enim *plures* sint utique *magistratus* in Democratia, quam in Aristocratia; immo plures in hac fere, quo magis omnia regat;) intell. τὴν πολιτείαν, τὴν οἰκονομίαν, *Berfassung*, *Constitution*.

Ὕστ. γ. — — μή τι ἀρ.] Pro Parenthesi hæc verba inclusi; nam referuntur ad vv. ἐν τῷ παρόντι, nunc certe, *vor der Hand*, *einstweilen*; (*provisorisch*;) et τόν τε Ἀλκ. refertur ad βουλεύωμεν· propter quod haud dubie leg. κατάξωμεν· tametsi et Indicativi Futurum ita adhibetur.

Μεταθέσθαι] Cl. μεταπείθεσθαι. male. Wass. Thucydides V. 18. in fin. εὔορκον εἶναι ἀμφοτέροις ταύτῃ μεταθεῖναι, ὅπῃ ἂν δοκῇ ἀμφοτέροις. Mox pro κατάξομεν. non improbem; quod volebat Portus, κατάξωμεν. Quod deinde in quibusdam Mss. et Edd. est, χαλεπῶς ἐφέρετο περὶ, non puto, admitti posse. Χαλεπῶς, δεινῶς, βαρέως φέρει, hac significatione, dicunt omnes. Thucydides VI. 56. χαλεπῶς δὲ ἐνεγκόντος τοῦ Ἁρμοδίου. Aliud est φέρεσθαι cum adverbiis, ut εὖ, καλῶς, κακῶς φέρεσθαι· quæ de prospera, vel adversa, fortuna dicuntur. Vid. Thucyd. II. 60. et. V. 15. 16. D.

Ἐλπίζων, ὡς καὶ μεταβαλεῖται] Cass. ἐπελπίζων. Hoc non facile defendi potest, nisi quis putet, ἐπελπίζων, ὡς καὶ μεταβαλεῖται, idem esse, ac, ἐπελπίζων τῇ μεταβολῇ· quod ita dici posset, ut illud, quod ex Heliodoro ad Luciani Dialog. I. mortuor. adnotavit Clar. Hemsterhusius: εὐμενείᾳ τῇ παρὰ τῶν κρειττόνων ἐπελπίζειν. Sed vix credo, hic ita posse accipi, et præfero consensum aliorum librorum. Duck.

Ὡς κ. μεταβ.] None bene Port. obscurius certe: *fore*, *ut et immutaretur*. Primo μεταβαλεῖται vertendum, *se posse* mutare formam imperii et habendæ Reip. ut repetat democratiam: deinde καὶ hic sign. εἰ δέοι, εἰ τύχοι, *ja allenfalls*, si opus facto foret, si vellet; *sie könnten es ja allenfalls immer wieder ändern*. Ita καὶ adhibet Paullus Rom. 5. 7. ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν, *si usus tulerit* (*allenfalls*).

Τισσαφέρνην καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην. ἅμα τε διαβαλόντος καὶ Φρύνιχον τοῦ Πεισάνδρου, παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸν ξυνάρχοντα Σκιρωνίδην. ἀντέπεμψαν δὲ στρατηγοὺς ἐπὶ τὰς ναῦς Διομέδοντα καὶ Λέοντα· τὸν δὲ Φρύνιχον ὁ Πείσανδρος, φάσκων Ἴασον προδοῦναι καὶ Ἀμόργην, διέβαλεν, οὐ νομίζων ἐπιτήδειον εἶναι τοῖς πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην πρασσομένοις. καὶ ὁ μὲν Πείσανδρος τάς τε ξυνωμοσίας, αἵπερ ἐτύγχανον πρότερον ἐν τῇ πόλει οὖσαι ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς, ἁπάσας ἐπελθὼν, καὶ παρακελευσάμενος, ὅπως, ξυστραφέντες καὶ κοινῇ βουλευσάμενοι, καταλύσωσι τὸν δῆμον, καὶ τἄλλα παρασκευάσας ἐπὶ τοῖς παροῦσιν, ὥστε μηκέτι διαμέλλεσθαι, αὐτὸς μετὰ τῶν δέκα ἀνδρῶν τὸν πλοῦν ὡς τὸν Τισσαφέρνην ποιεῖται.

νέ. 55. Ὁ δὲ Λέων καὶ ὁ Διομέδων ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, ἀφιγμένοι ἤδη ἐπὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς, ἐπίπλουν τῇ Ῥόδῳ ἐποιήσαντο. καὶ τὰς μὲν ναῦς καταλαμβάνουσιν ἀνειλκυσμένας τῶν Πελοποννησίων· ἐς δὲ τὴν γῆν ἀπόβασίν τινα ποιησάμενοι, καὶ τοὺς βοηθήσαντας Ῥοδίων νικήσαντες μάχῃ, ἀπεχώρησαν ἐς τὴν Χάλκην· καὶ τὸν πόλεμον ἐντεῦθεν μᾶλλον ἐκ τῆς Κῶ ἐποιοῦντο. εὐφυλακτοτέρα γὰρ αὐτοῖς ἐγίγνετο, εἴποι ἀπάροι τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικόν· ἦλθε δὲ ἐς τὴν Ῥόδον καὶ Ξενοφαντίδας Λάκων παρὰ Πεδαρίτου ἐκ Χίου, λεγων, ὅτι τὸ τεῖχος τῶν Ἀθηναίων ἤδη ἐπιτετέλεσται, καὶ, εἰ μὴ βοη-

Ἐπιτήδειον] Confer Aristotelem Polit. 139. 26. WASS.

Ἀφιγμένοι] Cl. ἐπελθόντες ἀρχηγοὶ ἤδη, mutatione minus necessaria. WASS.

Βοηθήσαντας] Cl. et alii, melius, προσβοηθήσαντας. Vid. Indicem. WASS.

Χάλκην] Vid. cap. 41. fin. et 60. post med. Codd. male. Χάλπην servant. Hæc insula Straboni Χαλκία, Plinio V. 31. *Chalce*; sed Lib. IV. 12. *Chalcia*, quomodo et Mela II. 7. Hodie, teste Nigro, *Charci*. WASS.

Ἐντεῦθ. μᾶλλον] Si vera lect. nec leg. cum Huds. ἢ ἐκ τ. Κῶ· ἐντεῦθεν sign. (inde) *ab* (ex) illo *tempore*. *Locum* enim si notet: aut non cohæreat cum verbis, ἐς τ. Χάλκην, quia sequ. ἐκ τῆς Κῶ· aut, ad hoc relatum, redundet, qs. intell. δηλονότι, *nempe*. μᾶλλον tamen ad πόλεμον ποιεῖσθαι quidni significet *magis, enixius, jam majore conatu*, non video. Sed illis haud congruerit, quæ subjiciantur: *Facilior enim custodia erat*. Quæ profecto ratio esse non posset, nec possit, majore conatu commovendi belli. Nec dubium quin vehementer sit probanda Huds. conjectura, ἢ ante ἐκ τῆς Κῶ inserentis, utique sequente comparativo.

Εὐφυλακτοτέρα] Portus supplet ἡ Ῥόδος. Stephanus in Thes. legit εὐφυλακτότερα, *commodius inde observabatur*. Ita etiam quidam Mss. Nec aliter acceperunt Scholiastes, Valla, et Acacius. Idque melius esse, arbitror. Εὐφυλακτότερα pro εὐφυλακτότερον, ut ἀδύνατα pro ἀδύνατον, et alia neutra pluralia pro singularibus ex more Thucydidis. Vid. Suidam in ἀδύνατα. DUCK. εὐφυλακτοτέρα leg. si cum Huds. ἢ ἐκ τ. Κῶ legeris; ut ad Χάλκην referantur, *promtius observandum, quam Con*. Sed nimirum *loci*, vel regionis, custodia haudquaquam iis congruerit, quæ sequantur: *Si solvisset* (*processisset*) classis; ad quam, scil. classem, custodia, observatio, referretur. Et vero Thucydideum magis fuerit Neutr. Plur. pro εὐφυλακτότερον, scil. πρᾶγμα, τὸ ἀπᾶραι τὸ ναυτικόν. *Sitûs* ergo opportunitas spectabatur, ad classem Pelop. observandam, non loca ipsa per se.

Εἰ μὴ βοηθήσουσι] Cl. εἰ μὴ τάχιστα βοηθήσουσι. recte. WASS.

θήσουσι πάσαις ταῖς ναυσὶν, ἀπολεῖται τὰ ἐν Χίῳ πράγματα. οἱ δὲ διενοοῦντο βοηθήσειν. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Πεδάριτός τε, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ἐπικουρικὸν ἔχων, καὶ τοὺς Χίους, πανστρατιᾷ προσβαλὼν τῶν Ἀθηναίων τῷ περὶ τὰς ναῦς ἐρύματι, αἱρεῖταί τι αὐτοῦ, καὶ νεῶν τινῶν ἀνειλκυσμένων ἐκράτησεν. ἐπεκβοηθησάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων, καὶ τρεψαμένων τοὺς Χίους πρώτους, νικᾶται καὶ τὸ ἄλλο τὸ περὶ τὸν Πεδάριτον· καὶ αὐτὸς ἀποθνήσκει, καὶ τῶν Χίων πολλοὶ, καὶ ὅπλα ἐλήφθη πολλά.

νστ΄. 56. Μετὰ δὲ ταῦτα οἱ μὲν Χῖοι ἔκ τε γῆς καὶ θαλάσσης ἔτι μᾶλλον, ἢ πρότερον, ἐπολιορκοῦντο, καὶ ὁ λιμὸς αὐτόθι ἦν μέγας· οἱ δὲ περὶ τὸν Πείσανδρον Ἀθηναίων πρέσβεις, ἀφικόμενοι ὡς τὸν Τισσαφέρνην, λόγους ποιοῦνται περὶ τῆς ὁμολογίας. Ἀλκιβιάδης δὲ (οὐ γὰρ αὐτῷ πάνυ τὰ ἀπὸ Τισσαφέρνους βέβαια ἦν, φοβουμένῳ τοὺς Πελοποννησίους μᾶλλον, καὶ ἔτι βουλομένῳ, καθάπερ καὶ ὑπ᾽ ἐκείνου ἐδιδάσκετο, τρίβειν ἀμφοτέρους·) τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε εἶδος, ὥστε τὸν Τισσαφέρνην, ὡς μέγιστα αἰτοῦντα παρὰ τῶν Ἀθηναίων, μὴ ξυμβῆναι. δοκεῖ δέ μοι καὶ Τισσαφέρνης τὸ αὐτὸ βουληθῆναι, αὐτὸς

Διενοοῦντο βοηθήσειν] Pro βοηθεῖν, vel βοηθῆσαι· futurum pro præsenti, vel aoristo. Sic Cap. 74. Διανοοῦνται — τούτων πάντων τοὺς προσήκοντας λαβόντες εἵρξειν· ubi εἵρξειν pro εἷρξαι positum esse, adnotat Scholiastes. Stephanus Append. ad al. Scripta de Dial. pag. 145. Duck.

Βοηθήσ.] P. Præs. βοηθεῖν. Nam Fut. est jam in διενοοῦντο· ut in μέλλειν.

Ὁ Πεδάρ. τε] Manifesto hic redundat τε, vbi non commemoretur *alius* dux præter Pedaritum. Quod enim sequ. καὶ, ad ἐπικουρικὸν pertinet et ad Χίους. Sed per Synchysin videlicet addidit τε Thuc. veluti subjecturus: καὶ τὸ ἐπικουρικὸν (primo casu), καὶ οἱ Χῖοι (μετ᾽ αὐτοῦ).

Αἱρεῖταί τι αὐτοῦ] Non dubito præferre scripturam plerorumque Mss. αἱρεῖ τέ τι αὐτοῦ. Ita suadet sequens copula καὶ, et quod αἱρεῖν πόλιν, ναῦν, et alia, Græcis sunt usitatissima, non αἱρεῖσθαι. Paullo post Stephanus et Hudsonus recte probant φοβουμένου et βουλομένου. Et sic omnes Interpretes. Duck. Aliena hic est et forma Media, et significatio τοῦ αἱρεῖσθαι, quod *eligere* significet. Nec vero τε abesse possit, propter καὶ νεῶν. Plane ergo leg. αἱρεῖ τέ τι αὐτοῦ. Sane τρέπεσθαι mox sensu activo, ut solet; sed hic loquendi usus favet, alienus ille in verbo αἱρεῖσθαι.

Τὸ ἄλλο] Scil. στράτευμα, vel μέρος.

Ἐλήφθη] Ἐλήφθησαν Msqu. Forte ad Χίων πολλοὶ, ut ad Pedaritum solum pertineat ἀποθνήσκει.

Κ. ὁ λιμ.] Redundare videtur Art. ὁ, quia nondum sermo de fame fuit; ita tamen, si ἦν sit per se prædicati loco: *es war daselbst (eine groske) Hungersnoth*; Quod si μέγας sit Prædicatum: non redundet ὁ. *Die Hungersnoth war (dort) sehr grosk.*

Φοβουμένῳ] Alienissima vero Lect. haud dubie data proximo αὐτῷ, sed adversus rem totam, ~~ubi non~~ Alcibiadi congruant, quæ exprimantur hisce Participiis, verum Tissapherni, inde φοβουμένου, βουλομένου, vel refragantibus Libris, quanto magis ergo suffragantibus, in contextum recipere debebat Ducker. ubi præsertim adderetur: *Sicut ab illo edoctus* (monitus) *erat*; nempe Tissaphernes ab Alcibiade, non contra.

Εἶδος] *Consilium, modum* rei efficiundæ; qs. *formam induit*, ut Juno apud Virgil. *memet in omnia verti*; et Græci, παντοῖος ἐγένετο, *varius factus est*, i. e. omnia tentavit, adhibuit. Putidius vertit Port. ac prolixius, tanquam Dialectice posito vocab. εἴδους· quod alienum sit ab historica oratione.

μὲν, διὰ τὸ δέος, ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἐπειδὴ ἑώρα ἐκεῖνον καὶ ὣς οὐ ξυμβασείοντα, δοκεῖν τοῖς Ἀθηναίοις ἐβούλετο μὴ ἀδύνατος εἶναι πεῖσαι, ἀλλ' ὡς πεπεισμένῳ Τισσαφέρνει καὶ βουλομένῳ προσχωρῆσαι τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἱκανὰ διδόναι. ᾔτει γὰρ τοσαῦτα ὑπερβάλλων ὁ Ἀλκιβιάδης, λέγων αὐτὸς ὑπὲρ παρόντος τοῦ Τισσαφέρνους, ὥστε τῶν Ἀθηναίων, καίπερ ἐπιπολὺ, ὅ, τι αἰτοίη, ξυγχωρούντων, ὅμως αἴτιον γενέσθαι. Ἰωνίαν τε γὰρ πᾶσαν ἠξίουν δέδοσθαι, καὶ αὖθις νήσους τε τὰς ἐπικειμένας, καὶ ἄλλα, οἷς οὐκ ἐναντιουμένων τῶν Ἀθηναίων, τέλος ἐν τῇ τρίτῃ ἤδη ξυνόδῳ, δείσας, μὴ πάνυ φωραθῇ ἀδύνατος ὢν, ναῦς, ἠξίου, ἐᾶν βασιλέα ποιεῖσθαι, καὶ παραπλεῖν τὴν ἑαυτῶν γῆν, ὅποι ἂν καὶ ὅσαις ἂν βούληται. ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι, ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου ἐξηπατῆσθαι, δι' ὀργῆς ἀπελθόντες, κομίζονται ἐς τὴν Σάμον.

νζ'. 57. Τισσαφέρνης δὲ εὐθὺς μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, παρέρχεται ἐς τὴν Καῦνον, βουλόμενος τοὺς Πελοποννησίους πάλιν τε κομίσαι ἐς τὴν Μίλητον, καὶ, ξυνθήκας ἔτι ἄλλας ποιησάμενος, ἃς ἂν δύνηται, τροφήν τε παρέχειν, καὶ μὴ παντάπασιν ἐκπεπολεμῆσθαι· δεδιὼς, μὴ, ἢν ἀπορῶσι πολ-

Ἐβούλετο] Pro βουλόμενος, vel, ὅτι ἐβούλετο· sicut de Tissapherne: αὐτὸς μὲν (τοῦτο ἐποίει) διὰ τὸ δέος. Variavit Thuc. more suo.

Ἀλλ' ὡς πεπ. rel.] Nempe ab ipso, ab Alcibiade. Ad ὡς intell. δοκεῖν, ut ὡς sit pro ὥστε, *ita ut*; aut, quia totum pendet ab ἐβούλετο, sic ordinaveris: (ἐβούλ. vel βουλόμενος,) τοὺς Ἀθην. δοκεῖν μὴ ἱκανὰ διδόναι τῷ Τισσαφ. ὡς πεπεισμένῳ καὶ βουλομ. προσχ. scil. αὐτοῖς, τοῖς Ἀθηναίοις· ut ὡς sit, *quasi, tanquam* permoto (male Portus *persuaso,*) et volenti: nempe, quia *vere nolebat* Tiss. jungi Atheniensibus, *videri* tamen eum paratum, volebat Alcib.

Τοὺς Ἀθηναίους] Hoc ideo magis probandum videtur, quod, si legatur προσχωρῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις, tamen τοὺς Ἀθηναίους supplendum est. Προσχωρεῖν autem a Thucydide sæpe sine casu ponitur. Vid. III. 88. 90. 93. 102. et V. 17. Paullo post Cap. 62. Duck.

Ὑπερβάλλ.] Pro Abverb. ὑπερβαλλόντως, *immodice*; ut, τελευτῶν εἶπε, *tandem dixit.*

Τ. Ἀθ. —— αἴτ. γεν.] i. e. τοῖς Ἀθηναίοις· ut reus ille fieret, ut accusare illum possent atque arguere, tanquam iniqua et nimia postulantem. (cui non in mentem hic venerit ejus, quæ nunc agitur, disceptationis.)

Καὶ ἄλλα] Τἄλλα etiam Cl. Vid. Cap. 64. Wass.

Ὅσαις] Gr. ὁπόσαις. Has voces quandoque geminant. Homerus Odyss. ξ'. v. 47. ὁππόθεν ἐσσὶ, καὶ ὁππόσα κήδε' ἀνέτλης. Xenoph. Cyrop. οὐχ ὅσους σὺ ἔπεισας, ἀλλ', ὁπόσους ἐγὼ πλείστους ἐδυνάμην. vid. Indicem. Wass.

Οὐκέτι] Intell. ξυγχωρεῖν ἠδύναντο· immo, quod prætulerim, ξυγχωρητέα νομίσαντες· quia subjicitur: ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες. Tac. Ann. 1. 7. init. *ne læti excessu principis, neu tristiores primordio,* omiss. *viderentur.*

Δι' ὀργῆς] *Irati; irritatis animis* diceret Liv. ut 5. 36. med. *accensis utrumque animis* dixit.

Ἐκπεπολεμῆσθαι] Ἐκπολεμῶσαι hoc sensu apud Nostrum passim, et Demosthenem in Philipp. et per η aliquando scribi, narrat Harpocrat. Priore forma exstat apud Hal. Dionysium; atque sic Hesychius. Adi Pollucem I. 154. Plutarch. in Pericle: ἐκπεπολεμωμένοι πρὸς αὐτοὺς, *facti ipsis hostes.* Wass. Aut αὐτοῖς intell. ipse *illis* nolebat plane hostis fieri; aut αὐτοὺς, *ipsos* Peloponnesios plane alienari, nempe a Persis. αὐτοὺς

λαῖς ναυσὶ τῆς τροφῆς, ἢ, τοῖς Ἀθηναίοις ἀναγκασθέντες ναυμαχεῖν, ἡσσηθῶσιν, ἢ, κενωθεισῶν τῶν νεῶν, ἄνευ ἑαυτοῦ γένηται τοῖς Ἀθηναίοις, ἃ βούλονται. ἔτι δὲ ἐφοβεῖτο μάλιστα, μὴ τῆς τροφῆς ζητήσει πορθῶσι τὴν ἤπειρον· πάντων οὖν τούτων λογισμῷ καὶ προνοίᾳ, ὥσπερ ἐβούλετο, ἐπανισοῦν τοὺς Ἕλληνας πρὸς ἀλλήλους, μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς Πελοποννησίους, τροφήν τε αὐτοῖς δίδωσι, καὶ σπονδὰς τρὶς τάσδε σπένδεται.

νή. 58. "ΤΡΙΤΩι καὶ δεκάτῳ ἔτει Δαρείου βασιλεύοντος, ἐφορεύοντος δὲ Ἀλεξιππίδα ἐν Λακεδαίμονι, ξυνθῆκαι ἐγένοντο ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Τισσαφέρνην καὶ Ἱεραμένην, καὶ τοὺς Φαρνάκου παῖδας, περὶ τῶν βασιλέως πραγμάτων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων· χώραν τὴν βασιλέως, ὅση τῆς Ἀσίας ἐστὶ, βασιλέως εἶναι. καὶ περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ βουλευέτω βασιλεὺς, ὅπως βούλεται. Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους μὴ ἰέναι ἐπὶ χώραν τὴν βασιλέως ἐπὶ κακῷ μηδενὶ, μηδὲ βασιλέα ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων μηδὲ τῶν ξυμμάχων ἐπὶ κακῷ μηδενί. ἢν δέ τις Λακεδαιμονίων ἢ τῶν ξυμμάχων ἐπὶ κακῷ ἴῃ ἐπὶ τὴν βασιλέως χώραν, τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους κωλύειν· καὶ ἤν τις ἐκ τῆς βασιλέως ἴῃ ἐπὶ κακῷ ἐπὶ Λακεδαιμονίους ἢ τοὺς ξυμμάχους, βασιλεὺς κωλυέτω. τροφὴν δὲ ταῖς ναυσὶ ταῖς νῦν παρούσαις Τισσαφέρνην παρέχειν κατὰ τὰ ξυγκείμενα, μέχρις ἂν αἱ νῆες αἱ βασιλέως ἔλθωσι· Λακεδαι-

intell. ex παρέχειν, ubi manifesto intell. αὐτοῖς· e quo commodius tamen αὐτοῖς intelligatur, priori illo sensu: nolens *illis* plane fieri hostis, aut Persis.

Ἢν ἀπορῶσι πολλαῖς ναυσὶ τῆς τροφῆς] Idem genus loquendi est IV. 6. Τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος, ἐσπάνιζον τροφῆς τοῖς πολλοῖς. Vide ad III. 98. DUCK.

Πολλ. ναυσὶ] Germ. *für viele Schiffe.*

Τροφῆς] Nescio, cur *stipendium* verterit Portus τροφήν· quod nec sign. hoc vocab. et inepte sic verti, appareat ex his, quæ subjiciantur: τροφῆς ζητήσει πορθοῦσι τ. ἤπειρον· ubi non stipendium profecto, quod nemo penderet, sed victum, quærerent.

Τροφ. ζητ.] Pro τροφὴν ζητοῦντες· aut εἰς, vel διὰ τὴν ζήτησιν.

Ὥσπερ ἐβούλ.] Ὥσπερ hic est *quoniam*, rel. totum pro βουλόμενος· male Port. *ut, quemadmodum optabat*, coæquaret (imo *exæquaret*). Ubi enim illud *ut?* Quod in Infin. solo, ἐπανισοῦν, latere non possit: qui, ut a προνοίᾳ pendeat, τοῦ tamen ante se requirat. Tum comma posueris post ἐβούλετο. Sed, ut dixi, non potest; nec bene dicatur, προνοίᾳ (τοῦ) ἐπανισ. τ. Ἑλλ. ubi enim πρόνοια sic adhibetur? γνώμῃ diceret, nec sine τοῦ tamen, ad Infin. ἐπανισοῦν.

Τρὶς τάσδε] Cl. τρίτας τάσδε· bene. WASS. Pro τρίτον, vel τρίτας. Dictum, ut apud Suet. Aug. *Janum Quirinum* ter *clusit*, i. e. tertium, *zum drittenmale*: τρίτας, quod habent Libb. quidam, non Var. Lect. videtur, sed interpretatio voc. τρίς· id quod vel ex nota marg. appareat: γρ. τρίς· cum τρίτας haberet in scriptura.

Ἐφορεύ.] Obs. 1) ab Ephoris signatos annos; 2) unum tantum fuisse ἐπώνυμον, ut Archontem Athenis.

Βουλευέτω βασ.] Pro, βουλεύειν (pro βου-

μονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους, ἐπὴν αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, τὰς ἑαυτῶν ναῦς ἢν βούλωνται τρέφειν, ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι. ἢν δὲ παρὰ Τισσαφέρνους λαμβάνειν ἐθέλωσι τὴν τροφὴν, Τισσαφέρνην παρέχειν. Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους, τελευτῶντος τοῦ πολέμου, τὰ χρήματα Τισσαφέρνει ἀποδοῦναι, ὁπόσα ἂν λάβωσιν. ἐπὴν δὲ αἱ βασιλέως νῆες ἀφίκωνται, αἵ τε Λακεδαιμονίων νῆες καὶ αἱ τῶν ξυμμάχων καὶ αἱ βασιλέως κοινῇ τὸν πόλεμον πολεμούντων, καθ' ὅ, τι ἂν Τισσαφέρνει δοκῇ καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις. ἢν δὲ καταλύειν βούλωνται πρὸς Ἀθηναίους, ἐν ὁμοίῳ καταλύεσθαι."

νθ'. 59. Αἱ μὲν σπονδαὶ, αὗται ἐγένοντο. καὶ μετὰ ταῦτα παρεσκευάζετο Τισσαφέρνης τάς τε Φοινίσσας ναῦς ἄξων, ὥσπερ εἴρητο, καὶ τἄλλα, ὅσαπερ ὑπέσχετο. καὶ ἐβούλετο παρασκευαζόμενος γοῦν δῆλος εἶναι.

ξ'. 60. Βοιωτοὶ δὲ, τελευτῶντος ἤδη τοῦ χειμῶνος, Ὠρωπὸν εἷλον προδοσίᾳ, Ἀθηναίων ἐμφρουρούντων. ξυνέπραξαν δὲ Ἐρετριέων τε ἄνδρες καὶ αὐτῶν Ὠρωπίων, ἐπιβουλεύοντες ἀπόστασιν τῆς Εὐβοίας. ἐπὶ γὰρ τῇ Ἐρετρίᾳ τὸ χωρίον ὂν, ἀδύνατα ἦν, Ἀθηναίων ἐχόντων, μὴ οὐ μεγάλα βλάπτειν καὶ Ἐρετρίαν καὶ τὴν ἄλλην Εὔβοιαν. ἔχοντες οὖν ἤδη τὸν Ὠρωπὸν, ἀφικνοῦνται ἐς Ῥόδον οἱ Ἐρετριεῖς, ἐπικαλούμενοι ἐς τὴν Εὔβοιαν τοὺς Πελοποννησίους. οἱ δὲ πρὸς τὴν τῆς Χίου κακουμένης βοήθειαν μᾶλλον ὥρμηντο, καὶ ἄραντες πάσαις ταῖς ναυσὶν ἐκ τῆς Ῥόδου ἔπλεον. καὶ γενόμενοι περὶ τὸ Τριόπιον, καθορῶσι τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς πελαγίας ἀπὸ τῆς Χάλκης πλεούσας· καὶ, ὡς οὐδέτεροι ἀλλήλοις ἐπέπλεον, ἀφικνοῦνται οἱ μὲν ἐς

λεύεσθαι) τὸν βασιλέα, tanquam per Parenthesin inter ceteros Infinitivos. Sed et infra paullo: τοὺς ξυμμάχους κωλύειν, et in altero membro: βασιλεὺς κωλυέτω.

Τὸν πόλεμον πολεμούντων] Τὸν πόλεμον ποιούντων Gr. mendose. Noster infra Cap. 67. ἀρχὴν ἄρχειν. Sic Attici passim. Wass. Cap. 18. Καὶ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ἀθηναίους κοινῇ πολεμούντων. Adde ad I. 112. Duck.

Πρὸς Ἀθηναίους] Τοῖς Ἀθηναίοις Marg. et Scholiastes. haud ineleganter. Wass. Thucydides V. 47. Καταλύειν δὲ μὴ ἐξεῖναι τὸν πόλεμον πρὸς ταύτην τὴν πόλιν μηδεμιᾷ τῶν πόλεων. Καταλύειν sine casu nominis est etiam V. 17 et 23. Varietatem scripturæ non adnotat Schol. Cass. Duck.

Ἐπιβουλ.] Non bene Port. *clandestine operam dabant.* Primo scriberet *clandestino;* deinde non *occultandi* rationem habet, verum nocendi. Sed contulerim Horatii locum, Epist. I. 1. 122. *Non fraudem incogitat puero pupillo,* nempe *contra* eum, qua illi noceat.

Ἔχοντες — Ῥόδον] Stephanus in Ὠρωπὸς, ubi omittit ἤδη contra Mss. Noster alibi semper ἀρσενικῶς, et sic Gr. Cl. Pausan. VII. θηλυκῶς. gentile apud Plutarch. Catone p. 349. Ὠρώπιος, et Diodor. XIV. 404. Vid. Demosth. Or. de Megalop. 84. et Dicæ-

τὴν Σάμον, οἱ δὲ ἐς τὴν Μίλητον· καὶ, ἑώρων, οὐκέτι ἄνευ ναυμαχίας οἷόν τε εἶναι ἐς τὴν Χίον βοηθῆσαι. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα οὗτος, καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

ξαʹ. 61. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους, ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς ἀρχομένῳ, Δερκυλίδας τε, ἀνὴρ Σπαρτιάτης, στρατιὰν ἔχων οὐ πολλὴν, παρεπέμφθη πεζῇ ἐφ' Ἑλλήσποντον, Ἄβυδον ἀποστήσων· (εἰσὶ δὲ Μιλησίων ἄποικοι·) καὶ οἱ Χῖοι, ἐν ὅσῳ αὐτοῖς ὁ Ἀστύοχος ἠπόρει, ὅπως βοηθήσοι, ναυμαχῆσαι, πιεζόμενοι τῇ πολιορκίᾳ, ἠναγκάσθησαν. ἔτυχον δὲ, ἔτι ἐν Ῥόδῳ ὄντος Ἀστυόχου, ἐκ τῆς Μιλήτου Λέοντά τε, ἄνδρα Σπαρτιάτην, ὃς Ἀντισθένει ἐπιβάτης ξυνεξῆλθε, κεκομισμένοι μετὰ τὸν Πεδαρίτου θάνατον, ἄρχοντα, καὶ ναῦς δώδεκα, αἳ ἔτυχον φύλακες Μιλήτου οὖσαι, ὧν ἦσαν Θούριαι πέντε, καὶ Συρακούσιαι τέσσαρες, καὶ μία Ἀναιΐτις, καὶ μία Μιλησία, καὶ Λέοντος μία. ἐπεξελθόντων δὲ τῶν Χίων πανδημεὶ, καὶ καταλαβόντων τι ἐρυμνὸν χωρίον, καὶ τῶν νεῶν αὐτοῖς ἅμα ἓξ καὶ τριάκοντα ἐπὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων δύο καὶ τριάκοντα ἀναγομένων, ἐναυμάχησαν. καὶ καρτερᾶς γενομένης ναυμαχίας, οὐκ ἔλασσον ἔχοντες ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Χῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, (ἤδη γὰρ καὶ ὀψὲ ἦν·) ἀνεχώρησαν ἐς τὴν πόλιν.

ξβʹ. 62. Μετὰ δὲ τοῦτο εὐθὺς τοῦ Δερκυλίδου πεζῇ ἐκ τῆς Μιλήτου παρεξελθόντος, Ἄβυδος, ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ, ἀφίστα-

archum pag. 11. Wass. Εἰς τὴν Ῥόδον Stephanus. Duck.

Ἄβυδον] Condita urbs, secundum Thucyd. Steph. Athenæum, a Milesiis; juxta Strabonem, a Cyzicenis; ab Æolibus juxta Marcianum Heracleotam. Gentile Ἀβυδηνὸς Aristot. Œconom. 251. et Hermippus in militibus. Fortunam ejus variam petas a Polybio XVI. Livio XXXI. 17. Archilocho et Callino apud Athenæum p. 524. Appiano p. 99. 101. Xenophonte p. 535. Polyæno, II. 24. Quomodo eam oppugnabat Phocas, narrat inter alios Cedrenus p. 699. Wass. Latinis quoque *Abydenus* gentile. Ovid. Her. Ep. 19. 100. *Impar Abydeno Thressa puella toro.* (Male Wass. in not. extr. ad h. v. *Quomodo eam oppugnabat Phocas, narrat Cedr.* pro, *oppugnaverit.*)

Ἀντισθένει] Quidam libri ἀντὶ στρατηγοῦ. Sed, Ἀντισθένει retinendum, suadet Xenophon Hist. Gr. p. 487. a. Wass. Et magis etiam ea, quæ scribit Thucydides supra Cap. 29. Duck.

Ἀναιΐτις] Perperam Gr. et vett. Ed. Ἀναιΐτης· nam hoc est gentile masculinum. Berkelius in Stephano v. Ἀναία, post verba καὶ θηλυκῶς, non male conjicit, excidisse femininum, sed potius supplere debebat Ἀναιΐτις, quam Ἀναιΐτίς. Duck.

Cap. 10. Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως τῆς πόλεως, ἢ ἔστιν. Ille infinitivus h. l. non bene imperativi loco videbitur collocatus esse. Antecesserat optativus in verbis: εἰ—ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ—. Forte igitur etiam nostro loco excidit optativus: εἴη—, ut jam legatur: τὴν δύναμιν εἴη εἰκάζεσθαι, *conjicere possis.*—In ejusdem capitis verbis: νομίζειν δὲ τὴν στρατιὰν ἐκείνην μεγίστην μὲν γενέσθαι—septem codicum lectionem: τὴν στρατείαν ἐκείνην—esse præferendam censeo, quæ etiam hoc loco, sicut in capite antecedenti, optime quadrat.—In verbis denique: οὐ πολλοὶ φαίνονται ξυνελθόντες—vocabulum: ξυνελθόντες interpretibus deberi videtur. Nam novem codices legunt: φαίνονται ἐλθόντες. Quæ lectio non est spernenda, quia: ἔρχεσθαι sæpe indicat: *in expeditionem bellicam proficisci.* Quo sensu h. l. apte adhibetur.

Cap. 11. Ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν, δῆλον δέ. τὸ γὰρ ἔρυμα τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο. φαίνονται δ᾽ οὐδ᾽ ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι. Hunc locum viri docti interpunctione mutata potissimum esse emendandum censuerunt, ut illa: δῆλον δὲ, cum sequentibus conjuncta in parenthesi ponantur usque ad verba: ἐτειχίσαντο, et verba: ἐπειδὴ—ἐκράτησαν, ut πρότασις, ad illud: φαίνονται, tanquam ad ἀπόδοσιν referantur. Sed quemlibet attentum lectorem particula: δὲ, in h. l. ter posita offendet. Cum autem illud: δὲ, post: φαίνονται positum, inprimis loco alieno adpareat, Baveri conjecturam, ut legatur: φαίνονται δὴ οὐδ᾽—admittendam censeo.—In verbis: μέρει τῷ ἀεὶ παρατυχόντι ἀντεῖχον—præferenda est sexdecim codicum lectio: τῷ ἀεὶ παρόντι. Non solum enim tot codicum auctoritas hanc admittere lectionem nos cogit, sed sensus etiam vulgatæ: παρατυχόντι, minus est aptus. Nam urbs obsidenda non a militibus, qui casu adsunt, obsidetur. Indicat potius Thucydides lectione: ἀεὶ παρόντι, semper continua serie adfuisse exercitus partem, ut urbem, quamvis nondum obsessam, tamen hostiliter cingeret.

Cap. 12. Ἐπεὶ—ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ μετῳκίζετο—. Tredecim codices legunt: καὶ κατῳκίζετο. Cujus verbi sensus: *habitatum emitti*, idem fere indicat, quod lectio vulgata, cum modo antecesserit: μετανίστατο. Quare non negli-

gendus est tot codicum consensus et facile fieri potuit, ut librarii vocabulo antecedenti: μετανίστατο ad corrumpendam lectionem veram: κατῳκίζετο, inducerentur.—In verbis: ἥ τε γὰρ ἀναχώρησις—πολλὰ ἐνεόχμωσε—vocabulum: νεοχμόω est Herodoteum, ut lib. IV. c. 201. lib. V. c. 19. Quia vero Herodoti codices non scribunt: νεωχμόω, atque etiam in hoc Thucydidis loco plures bonæ notæ codices legunt: ἐνεόχμωσε, non amplius in nostro loco cum duplici: ω est scribendum.—Porro in verbis: πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν—unius codicis auctoritate est scribendum: ᾤκισαν, sicut in eodem capite statim iterum occurrit in verbis: νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν. Nam nostro loco annus adeo adcurate, (ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν) quo hæc colonia in Bœotiam sit deducta, indicatur.—Denique in verbis: μόγις τε ἐν πολλῷ χρόνῳ ἡσυχάσασα ἡ Ἑλλὰς βεβαίως, καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη ἀποικίας ἐξέπεμψε—non amplius retinendum est: ἐξέπεμψε, sed est potius omnium fere codicum lectio: ἐξέπεμπε recipienda. Nam sensum aptissimum: *mittere solebat*, hæc lectio admittit.

Cap. 13. Δυνατωτέρας δὲ γενομένης τῆς Ἑλλάδος—. Novem codices lectionem: γιγνομένης τῆς Ἑλλάδος—commendant, quæ etiam propter illud: ποιουμένης, quod statim sequitur, est aptior.—In verbis: λέγονται—καὶ τριήρεις ἐν Κορίνθῳ πρῶτον τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι—omnium fere codicum lectio: ἐνναυπηγηθῆναι est pro altera: ναυπηγηθῆναι recipienda, quamvis hoc vocabulum in verborum Græcorum numerum nondum fuerit relatum. Etiam ordine verborum mutato scribi debet decem codicum auctoritate: πρῶτον ἐν Κορίνθῳ τῆς Ἑλλάδος. Sensus verborum tunc non mutatur. Quare non intelligo, cur Gailius doctissimus adfirmaverit, illam codicum lectionem ex librariorum inscitia esse ortam.—In verbis: ναυμαχία τε παλαιοτάτη ὧν ἴσμεν γίγνεται Κορινθίων—plurimorum librorum lectio: παλαιτάτη, non est rejicienda, quia etiam aliis locis Herodotus et Thucydides hac scriptura utuntur; quamquam non est negandum, miram esse codicum inconstantiam in hujus vocabuli scriptura. Vid. cap. 18. ubi tamen Gailius etiam lectionem: παλαίτατος, defendit.—Denique in verbis: ἐπειδή τε οἱ Ἕλληνες μᾶλλον ἐπλωΐζοντο—undecim codicum consensu forma verbi activa est admittenda: μᾶλλον ἐπλώϊζον—.

Cap. 14. Ὀλίγον τε πρὸ τῶν Μηδικῶν καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου—. Vera lectio, nondum a codicibus confirmata, esse videtur: ὀλίγον δὲ πρὸ—. Nam antea dixerat: τριήρεσι μὲν ὀλίγαις χρώμενα—; in nostro loco autem opponit: ὀλίγον δὲ—τριήρεις—ἐς πλῆθος ἐγένοντο.—Porro in verbis: καὶ τοὺς τὰ πολλὰ πεντηκοντόρους· ὀψέ τε, ἀφ' οὗ Ἀθηναίους Θεμιστοκλῆς ἔπεισεν—melius quadrat lectio: ὀψέ γε, ἀφ' οὗ—*sero quidem*—.

Cap. 15. Καὶ ἐκδήμους στρατείας πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ οὐκ ἐξῄεσαν οἱ Ἕλληνες. Gail doctissimus verba: πολὺ ἀπὸ—καταστροφῇ uncellis inclusit, quia ex inepto librariorum interpretamento sint orta et explicationem vocabuli: ἐκδήμους plane supervacaneam contineant. Mihi quidem non ita videtur. Nam: ἐκδήμους στρατείας jam ad antecedentia referri potest, ubi de bello cum finitimis gesto agit. Jam in verbis sequentibus ab his apte distinguit expeditiones bellicas procul a patria ad expugnandam hostium regionem susceptas.—In verbis: οὐ γὰρ ξυνεστήκεσαν πρὸς τὰς μεγίστας πόλεις αἱ ὑπήκοοι, οὐδ' αὐτοὶ—στρατείας ἐποιοῦντο—non negligenda est multorum codicum auctoritas, qui voculam: αἱ omittunt, etiam a sequenti: αὐτοὶ improbatam; id quod jam Kistemakerus admonuit. Etiam Valla voculam: αἱ ignoravit. Nam vertit: *subditi* consurgebant.

Cap. 16. Ἐπεγίγνετο δὲ ἄλλοις τε ἄλλοθι κωλύματα μὴ αὐξηθῆναι. καὶ Ἴωσι—. Multorum codicum lectio: ἐπεγένετο, h. l. mihi magis placet, quia Thucydides plurium annorum intervallum complectitur. Vel illorum etiam codicum lectio, qui omisso: γ, legunt: ἐπεγίνετο, eandem confirmat. Porro Abreschii sententiam amplector, qui puncto ante: καὶ Ἴωσι—deleto hæc verba cum antecedentibus conjungit. Nam particula: τε in verbis: ἄλλοις τε ἄλλοθι aperte ad illud: καὶ ante: Ἴωσι—refertur. Cum illo: Ἴωσι jam in sequentibus verbum: ἐπεστράτευσε cohæret; quod tamen non impedit, quo minus etiam verba: προχωρησάντων πραγμάτων ad Iones, suppleto pronomine: αὐτοῖς, referamus. Nam de Græcorum potentia pedetentim aucta in antecedentibus egerat.—In verbis denique: Δαρεῖός τε ὕστερον—sequor quatuor codicum auctoritatem, qui legunt: Δαρεῖος δὲ ὕστερον—.

Cap. 17. Τύραννοι δὲ, ὅσοι ἦσαν—ἐπράχθη τε ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον—. Lectio-

nem nonnullorum codicum: τύραννοί τε, ὅσοι—præfero, quia illud: τε, consuetudine Thucydidis jam respondet sequenti: τε, in verbis: ἐπράχθη τε—. Quod autem attinet particulam: γὰρ, in verbis: οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ ἐπὶ πλεῖστον ἐχώρησαν—, quæ tantas interpretibus nonnullis turbas excitavit, eam aptissime ad hæc, quæ proxime antecesserant, referendam censeo. Narrabat enim Thucydides, urbium Græcarum tyrannos nihil memoratu dignum suscepisse, nisi si quid contra vicinos singuli conarentur. *Nam* Siculorum tyrannos, bello cum vicinis populis gerendo, magnam sibi paravisse potentiam.—Quam vere hæc adfirmaverit Thucydides, in Sicilia tyrannorum historia satis superque testatur.

Cap. 18. Ἡ γὰρ Λακεδαίμων μετὰ τὴν κτίσιν τῶν νῦν ἐνοικούντων αὐτὴν Δωριέων—. Hanc lectionem: κτίσιν contra codicum plurimorum, qui fere omnes legunt: κτῆσιν, auctoritatem Stephanus potissimum tuetur. Sed consentio cum Kistemakero, qui aptiorem huic loco habet lectionem codicum: κτῆσιν. Non abhorret Vallæ interpretatio: *Post accessionem Doricorum*—.

Cap. 19. Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς—παραλαβόντες, ἦρχον—. In novem codicibus omissum est vocabulum: ἦρχον. Quod etiam h. l. non est necessarium, quia ex antecedentibus ad hæc verba suppleri debet: ἡγοῦντο. Quare vocabulum: ἦρχον inter librariorum interpretamenta referendum esse censeo.

Cap. 20. Μὴ μιᾷ ψήφῳ προστίθεσθαι ἑκάτερον, ἀλλὰ δυεῖν—. Undecim libri scribere jubent: ἀλλὰ δυοῖν. Quæ scribendi ratio Thucydidi propria etiam cap. 23. præter alios codices a Vindobon. et sex Pariss. confirmatur in verbis: δυεῖν ναυμαχίαιν—et cap. 33. in verbis: μηδὲ δυεῖν φθάσαι ἁμάρτωσι—cum Vindob. aliisque a septem Pariss. Eandem lectionem: δυοῖν defendi in notis ad lib. IV. cap. 8. cap. 28. et cap. 44.

Cap. 22. Κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν, σύγκειται. Particulam: τε non puto a Thucydide esse positam. In Dionysio Halic. libr. rhetor. pag. 25. et pag. 139. ed. Syllburg. hic Thucydidis locus bis laudatur. Altero loco legitur: κτῆμα δὲ—altero: κτῆμά τε—. Forte Thucydides scripserat: κτῆμά γε ἐς ἀεὶ—*Monumentum potius a posteris quidem perpetuo possidendum composui.*—In verbis autem antecedentibus: τοιούτων ὄντων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι—haud dubie omittendum est superfluum: ὄντων, et August. et novem codicum Pariss. auctoritate.

Cap. 23. Οὔτε φυγαὶ τοσαίδε ἀνθρώπων· καὶ φόνος—. Egregie animadvertit Stephanus ad h. l. a Thucydide particulam: καὶ, sæpius pro: οὔτε, poni. Quare tollendum est colon post voacbulum: ἀνθρώπων, et arcte cum antecedentibus connectenda sunt verba: καὶ φόνος. In verbis ejusdem capitis: καὶ ἡ οὐχ ἥκιστα βλάψασα καὶ μέρος τι φθείρασα, ἡ λοιμώδης νόσος—docta et vera est Baveri animadversio, verba: ἡ οὐχ ἥκιστα—φθείρασα in parenthesi esse ponenda, quibus explicetur illud: ἡ λοιμώδης νόσος. Porro in duobus adhuc locis hujus capitis non negligenda erat codicum plurimorum auctoritas et usus loquendi in Thucydide obvius. Nam hæc utraque causa in verbis: τὰς αἰτίας ἔγραψα πρῶτον—postulat, ut legamus: προέγραψα πρῶτον—et in verbis: τοῦ μή τινὰς ζητῆσαί ποτε—magis commendat lectionem: μή τινα ζητῆσαι—. Plura ad meam sententiam adcuratius defendendam Stephani notæ suppeditabunt.

Cap. 24. Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. Pro illo: ἐν δεξιᾷ—recipienda est lectio: ἐνδέξια ἐσπλέοντι—quam Hemsterhusius Hesychii auctoritate huic loco reddidit.—In verbis: ξυνώκισαν δὲ καὶ τῶν Κορινθίων τινὲς καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ Δωρικοῦ γένους.—Wasse nihil mutandum censet, quamvis omnium fere librorum lectio sit: τινὲς καὶ τοῦ ἄλλου Δωρικοῦ γένους—. Mihi vero admittenda esse videtur tot librorum lectio, cum certum sit, Dorienses etiam Corinthum, sicut alias finitimas Peloponnesi regiones, incoluisse. Conf. Strabonis lib. VIII. pag. 333. ed. Casaub. Eadem de causa quoque Corinthii infra lib. I. cap. 71. Lacedæmonios adpellant: ἄνδρας τε φίλους καὶ ξυγγενεῖς.—Sub finem hujus capitis legitur: ταῦτα δὲ ἱκέται καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἡραῖον ἐδέοντο—. Nemo autem negabit, lectionem in Prisciano obviam: ταῦτα δὴ ἱκέται—huic loco esse aptissimam.

Cap. 25. Ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν· καὶ πέμψαντες ἐς Δελφοὺς, τὸν θεὸν ἐπηρώτων—. Bavero valde arridet Reiskii emendatio, ut legatur: ἐν ἀπόρῳ εἶχον τὸ θέσθαι. Sed minime sollicitanda est hæc vera Thucydidis lectio, qua Herodotum, sicut etiam in alia dicendi ratione, imitatur. Nam Herodotus et: ἔχεσθαι ἀπορίῃ, et: ἔχεσθαι ἐν ἀπορίῃ, in suis libris profert, ut Wesselingius ad Herodoti lib. IX. c. 98. docuit.

Porro pro illo: ἐπηρώτων, sicut jam Stephanus monuit, magis vera lectio: τὸν θεὸν ἐπήροντο—cum Gailio est recipienda. Nam ita non solum plurimi codices in nostro loco legunt, sed Herodoto etiam, cujus vestigia Thucydides pressit, familiare est hoc verbum. Ita in simili causa Herodotus lib. VI. c. 35. scripsit: ἐστάλη ἐς Δελφοὺς, ἐπειρησόμενος τὸ χρηστήριον.—In verbis hujus capitis: ἐδέοντό τε μὴ σφᾶς περιορᾶν διαφθειρομένους—forte antea legebatur: ἐδέοντο δὲ μὴ σφᾶς—. In verbis denique: καὶ χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις καὶ τῇ ἐς πόλεμον παρασκευῇ δυνατώτεροι—interpretandi ratio, quam Stephanus, Gottleberus et Baverus sequuntur, mihi non sufficit, sed facilius ita hæc verba conjungi puto, ut illa: δυνατώτεροι ὄντες cum duplici copula: καὶ χρημάτων δυνάμει—καὶ τῇ ἐς πόλεμον παρασκευῇ—cohæreant.

Cap. 26. Κερκυραῖοι δὲ, ἐπειδὴ ᾔσθηντο τούς τε οἰκήτορας καὶ φρουροὺς ἥκοντας—. Optimæ notæ codices postulant, ut legatur: ἐπειδὴ ᾔσθοντο τοὺς—, sicut etiam Gailio doctissimo videtur. Eorundem librorum auctoritate in verbis: μετὰ τῶν φυγάδων, ὡς κατάξοντες αὐτοὺς, ejicienda est vocula: αὐτοὺς, qua facile in hoc loco supersedere possumus. Minus autem mihi placet Gailii sententia, qui h. l. particulam: ὡς ante: κατάξοντες unius tantum codicis auctoritate omittere jubet. Nam virum doctissimum fugere non potuit, in tali dicendi ratione particulam: ὡς, non: *quasi*, indicare, sed: *ut*, sive: *quia*.

Cap. 27. Πεντήκοντα δραχμὰς καταθέντα Κορινθίας μένειν—. Aptior est lectio novem codicum: Κορινθίοις, μένειν—ut illud: Κορινθίοις ad: καταθέντα referatur. Ita etiam Valla in libro suo legere videbatur, quia vertit: *numeratis quinquaginta drachmis Corinthiis, licere manere.*—In verbis: Θηβαίους δὲ χρήματα ᾔτησαν καὶ Φλιασίους· Ἠλείους τε ναῦς τε κενὰς καὶ χρήματα—tres bonæ notæ codices legunt: Ἠλείους δὲ ναῦς—, quam lectionem jam Kistemakerus non sine causa suasit.

Cap. 28. Πρότερον δὲ οὐ καλῶς ἔχειν, τοὺς μὲν πολιορκεῖσθαι, ἑαυτοὺς δὲ δικάζεσθαι—. Duodecim codices exhibent: αὐτοὺς δὲ δικάζεσθαι—, ut jam hæc verba ad ipsos Corcyræos referantur, qui simul et obsideant Epidamnum et jure disceptare velint. Quare hanc lectionem, quia sensum non ineptum fundit, præfero. Ita etiam Valla in libro suo legit vertendo: *cum illi oppugnentur, ipsos judicio contendere*—.

Cap. 29. Ἄραντες ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε, δισχιλίοις τε ὁπλίταις, ἔπλεον—. Pro particula: τε, ne solitaria sit posita, legendum censeo: δισχιλίοις δὲ ὁπλίταις—. In verbis: τῶν μὲν νεῶν Ἀριστεὺς ὁ Πελλίκου—necessario recipienda est omnium fere codicum lectio: ὁ Πελλίχου—, qualem nominum propriorum terminationem valde consuetam fuisse, multis exemplis Kœnius ad Gregor. Corinth. de Dial. pag. 134. 135. docuit.

Cap. 30. Ὅτι ναῦς καὶ χρήματα παρέσχον τοῖς Κορινθίοις—. Codices magno numero jubent ejicere voculam: τοῖς, ante illud: Κορινθίοις, sicut aliis non paucis locis etiam articulum omisit Thucydides.—Post: ἐπιπλέοντες ἔφθειρον—cum Kistemakero punctum esse tollendum censeo, ut sequentia melius cum antecedentibus cohæreant.—In verbis: περιϊόντι τῷ θέρει πέμψαντες ναῦς—lectio: περιϊόντι a Gottlebero, sicut Reiskius conjecerat, recepta, codicum auctoritate destituitur. Nam codices legunt: περιόντι τῷ θέρει—quæ haud dubie vera est lectio, sed longe alium sensum fundit, quam vulgo interpretes, a Scholiasta inducti, qui explicavit: ἐνισταμένῳ, ei tribuerunt vocabulo. Si interpretatio Scholiastæ: ἐνισταμένῳ vera esset, Thucydides scribere debuisset: ἐπιόντι τῷ θέρει. Sed hæc lectio ne apte quidem iis, quæ antea erant narrata, responderet. Nam antea Thucydides navale prœlium, in quo Corinthios superaverant Corcyræi, commemoravit. Quia vero navale prœlium non hieme, sed verno tempore sive æstate ineunte committi potest, jam inde satis adparebit, verbis: περιόντι τῷ θέρει, quibus tempus indicatur, quod post prœlium navale, exactis jam pluribus anni mensibus, (τοῦ χρόνου τὸν πλεῖστον) incidit, non æstatis initium, sed tempus æstatis potius ad finem properantis, quod hiemem proxime antecedit, esse propositum. Nam tunc demum Corinthii victi auxilium sociis suis denuo contra Corcyræos miserunt. Verba igitur: περιόντι τῷ θέρει vertenda sunt: *superante adhuc æstate.* Quæ interpretatio etiam cum verbis postea adjectis: τὸ θέρος τοῦτο ἀντικαθεζόμενοι χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν optime poterit conciliari. Scholiastæ explicatio forte ex falsa lectione, quam sequebatur, est orta. Dodwellus subtilissimus, qui in Annalibus Thucydideis bene intellexit, anni integri res

gestas in hoc Thucydidis loco indicari, tamen Scholiastæ explicationi nimis confisus, verbo: περιόντι notionem, quæ ei non inesse potest, cum aliis quoque adfingit.—In verbis denique: ἐπέπλεόν τε οὐδέτεροι ἀλλήλοις—cum Kistemakero melior nonnullorum codicum lectio: ἐπέπλεον δὲ οὐδέτεροι—erit recipienda.

Cap. 31. Οὐδὲ ἐπεγράψαντο ἑαυτοὺς οὔτε ἐς τὰς Ἀθηναίων σπονδάς--. Novem codd. legunt: οὐδὲ ἐσεγράψαντο ἑαυτούς--. Quamvis illud: εἰσγράφεσθαι nondum Lexicorum Græcorum auctoritate sit confirmatum, tamen melius h. l. quadrat, quam vocabulum: ἐπιγράφεσθαι. Nam: εἰσγράφεσθαι non differt a vocabuli magis noti: ἐγγράφεσθαι, significatione.—In verbis: ὅπως μὴ σφίσι πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ καὶ τὸ αὐτῶν προσγενόμενον—multi bonæ notæ codd. legunt. τὸ Ἀττικὸν προσγενόμενον.-- Quam lectionem vulgatæ longe præfero. Baverus habet quidem hanc lectionem minime Græcam, sed simili ratione Thucydides lib. I. c. 47. c. 48. c. 49. αἱ Ἀττικαὶ νῆες posuit pro: αἱ νῆες Ἀθηναίων. Valla etiam nostro loco vertit: *ne sibi Attica classis*—.

Cap. 32. Τετύχηκε δὲ τὸ αὐτὸ ἐπιτήδευμα—ἐς τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι ἀξύμφορον—. Non negligenda erat plurimorum codicum lectio: ἡμετέρα αὐτῶν ἐν τῷ—, quam Stephanus jam esse præferendam censuit atque Gailius etiam recepit. Non minor codicum consensus etiam in verbis: ξύμμαχοί τε γὰρ οὐδενός πω ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ ἑκούσιοι γενόμενοι—tollere jubet vocabulum: χρόνῳ, sæpissime in aliis etiam locis omissum.—In verbis denique: ἔρημοι δι' αὐτὸ καθέστημεν—decem et septem codicum consensu Gailius recte recepit formæ antiquæ lectionem: δι' αὐτὸ καθέσταμεν—.

Cap. 33. Τίς εὐπραξία σπανιωτέρα—εἰ ἣν ὑμεῖς—ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι, αὕτη πάρεστι αὐτεπάγγελτος—. Gottleberus quidem ex Abreschii conjectura ante: εἰ ἣν—inseruit particulam: ἣ, sed jure eam uncinis Baverus inclusit, et Gailius tanquam non necessariam neque codicum auctoritate adjutam plane omissit. Sed in ejusdem capitis verbis: τὸν δὲ πόλεμον, δι' ὅνπερ χρήσιμοι ἂν εἴημεν, εἴ τις ὑμῶν μὴ οἴεται ἔσεσθαι—Gottleberi sententiam contra Baverum amplector, qui non necessarium putat, ut cum Bavero ad vocabulum: πόλεμον suppleatur ab interprete: τοιοῦτον. Nam tota oratio contexta indicat, Corcyræos in Atheniensium animis opinionem de bello cum Lacedæmoniis nulla ratione evitando excitare voluisse.

Cap. 34. Τῷ ἴσῳ ἠβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν. Optimæ notæ codices jubent h. l. Atticismum negligere et præferre lectionem: ἐβουλήθησαν. Ita infra cap. 93. omnium fere codicum auctoritate: ἐβούλετο, est editum.

Cap. 35. Ὅτι οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ὑμῖν ἦσαν—καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς, ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι. Haud dubie legendum est omnium fere codicum auctoritate: ἡμῖν ἦσαν—. Nam si hæc verba ad Corcyræos proxime referuntur, etiam facilius intelligitur, cur: ἦσαν Thucydides posuerit, quia jam prœlium navale cum Corinthiis commiserint. Optime etiam quadrat illud: ἡμῖν ad sequentia: ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι, quæ verba non de Atheniensibus, sed tantum de Corcyræis, qui a Corinthiorum societate defecerant, explicari possunt.

Cap. 36. Χωρίον προσλαβεῖν, ὃ μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦται καὶ πολεμοῦται—. Plurimi codices legunt: οἰκειοῦταί τε καὶ πολεμοῦται. Quæ particulæ: τε adjectio h. l. sensum profert aptissimum: *quæ regio non solum fœdere conjuncta, sed etiam bello petita maximi est ad bellum momenti*. Ita etiam Gailius edidit.—In verbis: βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ, τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον τῷδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε—virorum doctorum interpretationes, quas protulerunt, nimis duræ et contortæ mihi esse videntur. Omnia intellectu faciliora erunt, si litera: ω, in: ο, mutata, legerimus: τόδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε: *Ex quibus, si et omnia et singula paucis complectimur, hoc quidem, nos non esse deserendos, intelligetis*. Jam vero illud: μάθοιτε non etiam ad sequentia simul refero. Nam cum Gailio verba: τρία μὲν ὄντα etc. casibus absolutis adnumero, quæ, puncto post: Κορινθίων sublato, cum sequentibus: τούτων δ' εἰ περιόψεσθε—apte cohærent.—In verbis denique; ἕξετε πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶ ταῖς ὑμετέραις ἀγωνίζεσθαι, jam Stephanus censuit, optimorum et plurimorum codicum lectionem: ταῖς ἡμετέραις ἀγωνίζεσθαι, esse præferendam.

Cap. 37. Παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς ὧν βλάπτουσι τινὰς μᾶλλον ἢ κατὰ ξυνθήκας γίγνεσθαι—. Variam hujus loci interpretationem viri docti proferunt. Primum quidem in h. l. optimorum codicum lectionem: ὧν

βλάπτουσι τινὰ μᾶλλον—præferendam censeo, cujus vocabuli numerum singularem Stephani testimonio in notis ad lib. I. c. 23. Thucydides etiam in aliis locis potius, quam pluralem adhibet. Conf. etiam dicta ad lib. II. c. 37. Porro ad: δικαστὰς supplendum est: ἐκείνων—et ad verbum: γίγνεσθαι ex antecedentibus repeto: δικαστάς: *Situs urbis hos potius eorum judices reddit, quemcunque injuria adfecerint, quam ut ex pacto* (alii) *judices injuriæ illatæ eligantur.* Quam tamen conditionem vere obtulerant Corcyræi antea Corinthiis, (conf. cap. 28.) ut ex pacto litem suam de Epidamni colonia ortam aliarum civitatium judicio permitterent.—In ultimis verbis hujus capitis: ὅσῳ ἀληπτότεροι ἦσαν τοῖς πέλας—non possum admittere Baveri et Kistemakeri explicationem, ut: ἄληπτοι h. l. indicet: *insuperabiles*, quamvis hoc sensu sæpe occurrat illud vocabulum in Thucydidis libris. Sed sequor Scholiastæ interpretationem, ut indicet h. l. homines *labis expertes neque dignos reprehensione.* Quæ interpretatio inprimis oratione contexta adjuvatur. " Non enim propter potentiam et fortitudinem, sed propter integritatem potius et justitiæ amorem causam nostram aliis disceptandam permittimus.".

Cap. 38. Εἰ τοῖς πλέοσιν ἀρέσκοντες ἐσμὲν, τοῖσδ' ἂν μόνοις οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν, οὐδ' ἐπιστρατεύοιμεν εὐπρεπῶς, μὴ καὶ διαφερόντως τι ἀδικούμενοι. Mihi persuasum est, omnium fere librorum lectionem: ἐπιστρατεύοιμεν ἐκπρεπῶς, μὴ καὶ—ab ipso Thucydide originem repetere ideoque esse recipiendam. Primum enim in h. l. sensum admittit aptissimum. Nam: ἐκπρεπῶς indicat: *extraordinario modo*, non solito more. Ait autem Corinthiorum orator: *Si plurimis hactenus placuit nostra agendi ratio, non justa de causa* (quod ipsos attinet Corcyæos nobis succensentes) *his quidem solis displicemus, neque tam extraordinario modo* (quod nosmet ipsos attinet bellum gerentes) *cum colonis nostris, nisi insigni illorum injuria adfecti, bellum gerere poterimus.* Retenta lectione vulgata: εὐπρεπῶς sensus verborum tam aptus non existet, Quid enim verbis: *bellum decore gerere*, indicaremus? Quantum enim intelligo, quodvis bellum est indecorum, licet interdum sit necessarium. Porro vocabulum: ἐκπρεπῶς non ignotum fuit Thucydidi. Nam simili significatu occurrit lib. III. cap. 55. οὐδὲν ἐκπρεπέστερον ὑπὸ ἡμῶν οὔτε ἐπάθετε, *nihil immanius a nobis perpessi estis.* Ipse scriptor denique in verbis loci nostri hoc vocabulum: ἐκπρεπῶς simili sententia eidem adjicienda adcurate explicavit verbo: διαφερόντως, quod Scholiastes apte cum illo: ἐξαιρέτως comparat.

Cap. 39. Ἦν γε οὐ τὸν προὔχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τὶ δοκεῖν δεῖ τηρεῖν, ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τὰ ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους, πρὶν ἀγωνίζεσθαι, καθιστάντα. Plerique codices ignorant vocabulum: τηρεῖν, quod tamen Baverus aliique ad hujus loci sensum plane necessarium esse putant. Mihi quidem non ita videtur, sed codicum auctoritate potius ejicienda est vocula: τηρεῖν. Nam sensus horum verborum aptissimus existit, si illud: ἣν ad antecedens: δίκη refertur, quasi scripsisset: κατὰ ἣν δίκην: *In qua causæ disceptatione eum, qui potentior est et tuto* (sine ullo periculo) *alterum provocat* (ad disceptandum), *plane nihil dicere* (hac provocatione) *censendum est.* Ita etiam in sequentibus verbis sine necessitate Baverus, alias subtilissimus Thucydidis interpres, turbas excitat. Dicit enim, quia adsint verba: ἐς ἴσον, abundare illud: ὁμοίως. Quod equidem non nego, sed ubique sexcenta optimorum scriptorum loca occurrunt, in quibus ejusmodi particulæ ad ipsius loci sensum non plane necessariæ abundant. Sensum horum verborum esse puto: *Sed ei causam agere licet, cujus facta quidem antea ipsius dictis respondebant, quam litem intenderet, ut jam utrique æquali jure causam agendi concedatur occasio.* Quia vero bonæ notæ libri legunt: τά τε ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους—particulam: τε h. l. admittendam censeo. Non autem eodem modo particulam: τε cum Gailio unius tantum codicis auctoritate in verbis: τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας τὸ ἴσον ἕξετε post: τῆς admitterem, quia nihil habet, ad quod in sequentibus referatur.—In ultimis denique verbis hujus capitis: ἐγκλημάτων δὲ μόνων ἀμετόχους οὕτω τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων μὴ κοινωνεῖν, etiam varia interpretandi atque emendandi ratio deprehenditur. Primo lectorem merito offendere debet, in septem codd. hæc verba plane non reperiri, quæ per se quidem propter subjecti mutationem, cum antea de Corcyræis, sed in his verbis de Atheniensibus agatur, sunt intellectu difficiliora. Quare etiam Gailius doctissimus ea interpretamentis adnumerat. Sed hæc verba haud

dubie propter librariorum negligentiam in nonnullis omissa sunt codicibus, cum duo orationis membra, quæ se invicem excipiebant, similibus syllabis: ἔχειν—κοινὸν εἶν—finirentur. Ex antecedentibus vero ad hæc verba repeti debet verbum finitum: χρῆν. Ceterum nihil efficitur emendatione: μόνον, quam Kistemakerus suadet. Nam idem sensus etiam ex lectione recepta: ἐγκλημάτων μόνων redit. Τὰ μετὰ τὰς πράξεις sunt h. l. incommoda, quæ malefacta excipiunt, et illud: τούτων ad Corcyræos ejusmodi malefactorum reos refero.

Cap. 40. Ὅστις μὴ ἄλλων ἑαυτὸν ἀποστερῶν ἀσφαλείας δεῖται. Lectio elegantior multorum librorum: ἄλλου ἑαυτὸν ἀποστερῶν—videtur esse præferenda.

Cap. 43. Τοὺς σφετέρους συμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν. Codicum plurimorum auctoritas postulat, ut mutato verborum ordine cum Gailio legatur: αὐτὸν κολάζειν τινά—, quamvis non ignorem, recepto quidem ordine antea cap. 40. hæc verba adfuisse.—In sequentibus; καὶ Κερκυραίους τε τούσδε μήτε ξυμμάχους—quatuor libri a Gailio collati particulam: τε post: Κερκυραίους extrudunt. Alii quatuor libri legunt: Κερκυραίους δὲ—. Neutra particula: δὲ et: τε huic loco est apta. Quare illud: τε quatuor codicum auctoritate h. l. omittendum esse censeo.—Quod denique verba ultima: Τοιαῦτα δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι—attinet, Stephani sententiam, ut legatur: τοιαῦτα δὴ καὶ—, habeo verissimam.

Cap 44. Τὴν Κέρκυραν ἐβούλοντο μὴ προέσθαι τοῖς Κορινθίοις—. Septem codices ejicere jubent articulum: τοῖς ante: Κορινθίοις, qui etiam aliis locis sæpe omittitur. Sicut etiam cap. 46. in verbis: Ἀχερουσία λίμνη ἐς τὴν θάλασσαν—cum octo libris omittendum esse censeo articulum: τὴν ante: θάλασσαν.

Cap. 45. Ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Λακεδαιμόνιός τε ὁ Κίμμωνος—. Etiam hoc loco plurimi codices postulant, ut scribatur: ὁ Κίμωνος, altera litera: μ omissa.

Cap. 46. Ἔξεισι δὲ παρ' αὐτὴν Ἀχερουσία λίμνη ἐς τὴν θάλασσαν. Multi codices legunt: ἐξίησι δὲ παρ' αὐτὴν—. In Herodoti libris, ut lib. I. c. 180. hoc verbum sæpe de fluminibus, in mare effusis, occurrit. Quare etiam hoc Thucydidis loco codicum auctoritatem sequor.

Cap. 48. Ἀνήγοντο ὡς ἐπὶ ναυμαχίᾳ ἀπὸ τοῦ Χειμερίου—. Codices Marg. Reg. Cass. Aug. Mosqu. et alii tres Gailii cod. auctoritate sua efficiunt, ut legatur: ἐπὶ ναυμαχίαν—, cum utraque constructio in Thucydide occurrat. Iidem codd. excepto Mosqu. in antecedentis capitis 47. verbis ultimis: ἀεί ποτε φίλοι αὐτοῖς εἰσι—ordinem verborum ita mutari jubent: ποτε αὐτοῖς φίλοι εἰσί.

Cap. 50. Τούς τε αὐτῶν φίλους (οὐκ ᾐσθημένοι ὅτι ἥσσηντο—) ἔκτεινον. Particula: τε, alieno loco posita, in: δὲ mutanda esse videtur cum uno codice Paris. et pro: ᾐσθημένοι lectionem magis consuetam: αἰσθόμενοι sex codices adferunt, et Cass. suo ἐσθόμενοι simul originem falsæ lectionis non sine verisimilitudine indicavit. Quare hæc verba jam ita lego mutata: τοὺς δὲ αὐτῶν φίλους (οὐκ αἰσθόμενοι ὅτι—. In verbis: ναυμαχία γὰρ αὕτη Ἕλλησι πρὸς Ἕλληνας νεῶν πλήθει μεγίστη δὴ τῶν πρὸ αὐτῆς γεγένηται—omnes fere codices legunt: πρὸ ἑαυτῆς—. Sed neque hæc codicum lectio neque recepta est ferenda. Nam illud: ἑαυτῆς posset admitti, si deesset: τῶν πρὸ, quæ verba tamen ad hujus loci sensum sunt aptissima, et vulgata: αὐτῆς non quadrat, quia non: αὐτὴ, sed: αὕτη antecessit. Quare ex codicum vestigiis emendo: μεγίστη δὴ τῶν πρὸ ταύτης γεγένηται—. De verbis: πρὸς τὰ Σύβοτα, οἷ αὐτοῖς ὁ κατὰ γῆν στρατὸς—προσεβεβοηθήκει—jam Stephanus admonuit, meliorem codicum Marg. Ar. C. Camer. Gr. Dan. Vindob. et duorum Pariss. lectionem: Σύβοτα, οὗ αὐτοῖς—esse admittendam.—Denique in verbis: ἐπεπαιώνιστο αὐτοῖς ὡς ἐπίπλουν, haud dubie edi debet: ὡς ἐς ἐπίπλουν. Ita enim legunt codd. Marg. 2. tres Pariss. Cl. Mosqu. Bas.—Alii libri tantum: ἐς, omisso: ὡς, exhibent, ut Marg. 1. Alii tantum retinet: ὡς, ut Cass. Comparari potest similis dictio in hujus libri cap. 62. τοὺς ἐναντίους παρασκευαζομένους ὡς ἐς μάχην.

Cap. 51. Ταύτας οὖν προϊδόντες οἱ Κορίνθιοι—ἐπανεχώρουν. Codicum Ald. Bas. quatuor Pariss. Cass. Dan. Gr. Aug. Vind. lectio melior: ὑπανεχώρουν, est longe præferenda. Nam sensui verborum: πρύμναν κρουομένους optime respondet. In verbis: καὶ αὐτοὶ ἀνεχώρουν. ξυνεσκόταζε γὰρ ἤδη, καὶ οἱ Κορίνθιοι—punctum est tollendum post: ἀνεχώρουν, et verba: ξυνεσκόταζε γὰρ ἤδη, sunt parenthesi includenda, sicut jam Kistemakerus monuit, ut sequentia melius cum antecedentibus cohæreant. Denique in verbis: αἱ εἴκοσι νῆες, αἱ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν αὗται, ὧν ἦρχε Γλαύκων—tollendam censeo voculam: αἱ ante verba: ἐκ τῶν Ἀθηνῶν auctoritate codicum Gr. Cl. trium Pariss.

Cass. Aug. qui illam omittunt. Jam comniate post: Ἀθηνῶν posito, illud: αὗται cum sequentibus: ὧν ἦρχε—apte cohæret.

Cap. 53. Τῶν δὲ Κερκυραίων τὸ μὲν στρατόπεδον ὅσον ὑπήκουσεν—. Valde mihi arridet lectio: ὅσον ἐπήκουσεν, ad quos *illorum verba, ut audirentur, penetrare poterant.* Ita enim legunt Reg. Cass. Aug. et duo Pariss.

Cap. 54. Ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς, καὶ ἐπειδὴ ἦλθον, οὐκ ἀντέπλεον. Non justa de causa refragari videtur Stephanus omnium fere codicum auctoritati, ut legatur: ἐπειδὴ ἦλθον οἱ Ἀθηναῖοι, οὐκ ἀντέπλεον. Ita enim legunt Marg. Ar. C. Cam. Cl. Reg. Vindob. Cass. Dan. Aug. et duo Pariss. Verum est quidem, modo antecessisse verba: ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον, sed ibi respectu ad Corcyræos, non ad Corinthios facto, hæc verba proferuntur. Præterea Thucydides aperte indicavit cap. 52. Corinthios eo potissimum deterritos esse, quo minus postridie prœlium navale, denuo ad illud provocati, committerent, quia naves Atheniensium adhuc integras modo adventasse videbant. (ὁρῶντες προσγεγενημένας τε ναῦς ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἀκραιφνεῖς.) Neque etiam in nostro loco unum idemque his verbis: ἰδόντες—καὶ ἐπειδὴ ἦλθον Ἀθηναῖοι, indicatur. Nam tempus plane diversum antecedentis et sequentis diei hac dictione duplici innuit. Quare illud: ἰδόντες τ. Ἀ. ν. ad antecedentia: πρύμναν κρουόμενοι ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι, respicit, sed alterum: καὶ ἐπειδὴ ἦλθον Ἀθηναῖοι, cum sequentibus: οὐκ ἀντέπλεον, est conjungendum.

Cap. 56. Κορινθίων πρασσόντων, ὅπως τιμωρήσωνται αὐτούς—. Gailius recte emendavit: τιμωρήσονται αὐτούς—septem codicum auctoritate.—In verbis: ὄντας Κορινθίων ἀποίκους, ἑαυτῶν δὲ ξυμμάχους—subscribo Kistemakeri sententiæ, ut cum cod. Ar. et Dan. legatur: Κορινθίων μὲν ἀποίκους—. Ejusdem interpretis sententiam sequor etiam cap. 58. in verbis: τῆς ἑαυτῶν γῆς τῆς τε Μυγδονίας—, ubi particulam: τε ante: Μυγδονίας ejiciendam censet, sicut eam quoque Ar. C. Gr. Ald. Bas. Reg. Cass. Dan. Aug. et tres Pariss. omittunt.

Cap. 57. Ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς Ποτιδαιάτας οἱ Ἀθηναῖοι προπαρεσκευάζοντο—. Decem codicum auctoritas, ut legatur: περὶ τοὺς Ποτιδαιάτας—non est negligenda, quamvis Stephanus hanc lectionem improbet. Apta est, si vertimus: *Hæc de Potidæatis Athenienses præpararunt.*

Cap. 59. Ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, ἐφ' ὅπερ καὶ τοπρότερον ἐξεπέμποντο. Atheniensium consilium, quo hanc classem emiserant, cap. 57. est propositum. Sed vera hujus loci lectio esse videtur: καὶ τὸ πρῶτον ἐξεπέμποντο. Ita legunt Codd. Marg. Ar. C. Cam. Gr. Mosqu. Vindob. et unus Paris.

Cap. 60. Καὶ ἀφικνοῦνται τεσσερακοστῇ ἡμέρᾳ ὕστερον ἐπὶ Θρᾴκης, ᾗ Ποτίδαια ἀπέστη. Non ferri potest illud: ᾗ, sed Stephani suasu legendum est: ἢ Ποτίδαια—, ut jam particula: ἢ ad: ὕστερον, tanquam ad comparativum, referatur. Gailius etiam comprobat Stephani emendationem, sed eam tamen nondum recepit. Valla aliam sui codicis lectionem h. l. in numero dierum computando profert: *Perveneruntque in Thraciam septuagesimo die quam Potidæa defecerat.*— Præterea ante verba: καὶ ἀφικνοῦνται punctum tolli debet, ut hæc verba aptius cum antecedentibus conjungantur, illo: καὶ ad antecedens: τε in verbis: κατὰ φιλίαν τε relato, et verbis: ἦν γὰρ—ἐπιτήδειος parenthesi inclusis.

Cap. 61. Καὶ ἀφικόμενοι ἐς Βέῤῥοιαν, κἀκεῖθεν ἐπιστρέψαντες—. Quamquam observatione doctissima et Wassius et Gottleberus evicerunt, ut h. l. scribatur una tantum litera: ρ vocabulum: Βέροια, tamen nondum recepta est hæc vera lectio. Wassius quidem hanc obtulit conditionem, *in Thucydide nihil, nisi aliquo codice præeunte, esse mutandum.* Sed vere lectionem: Βέροιαν Codd. Bas. Cass. Aug. exhibent.

Cap. 63. Ἔδοξε γοῦν ξυναγαγόντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ὡς εἰς ἐλάχιστον χωρίον, δρόμῳ βιάσασθαι ἐς τὴν Ποτιδαίαν. Semper incerta manebit hujus loci interpretatio, cum Potidææ atque regionum ei vicinarum situm non satis adcurate animo nostro repræsentare valeamus. Equidem de condensatis militum ordinibus hæc verba explico, ut facilius per quasdam loci angustias transire, vi facta perrumpere (βιάσασθαι), hostium aciem et Potidæam tandem intrare possent. Particulam: εἰς ante: ἐλάχιστον retinendam censeo ad sensum hujus loci percipiendum necessariam, quamvis illa in tribus codd. desit. Nam propter similem particulam: ὡς, eidem adjectam, facile potuit intercidere, sicut cap. 50. similis librariorum negligentiæ exempla vidimus. Major autem interpretandi difficultas inest verbis: καὶ παρῆλθε παρὰ τὴν χηλὴν διὰ τῆς θαλάσσης βαλλόμενος. Mihi enim persuadere non possum, ut: διὰ τῆς θαλάσσης indicet: *præ-*

ter mare, cum jam particula: *παρὰ* his verbis sit proxima. Forte: *διὰ τῆς θαλάσσης* potius cum verbo: *βαλλόμενος* conjungi debet. Cum enim Aristei milites ad litus mare transeundo Potidæam properarent, ex alio forte sinuosi maris propinquo eoque adverso militibus Aristei litore ab Atheniensium sagittis trans interjectum maris intervallum emissis sunt petiti atque vulnerati. Valla fortasse tempus, quo mare a litore aliquamdiu recedere solet, a militibus spectatum esse censuit, cum illa maris parte in urbem penetrarent. Nam Scholiastæ interpretationem secutus vertit: *Perque mare inter muros et saxa, quæ ad arcendas undas mari objecta erant, multis missilibus jactis ægre evasit.* — In verbis: *τοὺς δὲ πλείους σώσας* — lectio margini adjecta: *διασώσας* haud dubie est elegantior et loco nostro magis conveniens, quamvis aliorum codicum auctoritate destituatur ideoque nondum tuto possit recipi. Neque verisimile est, sicut jam Dukerus censuit, scribas illud: *διὰ* de suo addidisse. Denique in verbis: *ἐπεὶ δὲ διὰ τάχους ἡ νίκη τῶν Ἀθηναίων ἐγίγνετο* — consuetudo dicendi nostro scriptori propria postulat, ut legatur: *ἐπειδὴ δὲ διὰ τάχους*—. Quam lectionem: *ἐπειδὴ δὲ* etiam codd. Ar. Cl. quatuor Pariss. Cass. Aug. exhibent.

Cap. 64. *Καὶ οἱ ξύμμαχοι γιγνομένοις δίχα ἐπίθωνται.* Verisimilior est lectio: *γενομένοις δίχα*—, quia de re jam peracta, de facta jam copiarum divisione loquitur. Lectionem: *γενομένοις* codd. Ar. C. Gr. Mosqu. Dan. et Valla confirmant. — In verbis: *ὡς δὲ οὐδεὶς ἐπεξῄει ἐς μάχην* — codd. Ar. C. Gr. Dan. Bas. duo Pariss. et Mosqu. lectionem non negligendam · *ἐπεξῄει ἐς τὴν μάχην* — proferunt. Nam aperte Phormion ad hanc pugnam Potidææ incolas provocaverat.

Cap. 65. *Παραμένων ἐν Χαλκιδεῦσι τά τε ἄλλα ἐπολέμει*—. Admittendus est tot codicum Marg. Gr. Cl. quatuor Pariss. Cass. Aug. Vindob. Vallæ consensus in lectione aptissima: *ἄλλα ξυνεπολέμει.* Nam Valla bene vertit: *Illis sociis cum alia prælia fecit*—.

Cap. 66. *Ἀλλ' ἔτι ἀνοκωχὴ ἦν* —. Hic forte est locus, quem Dionysius Halicarn. ad Thucydidem taxandum respexit. Nam plurimorum codicum auctoritas h. l. vocabulum obsoletum: *ἀνοκωχὴ* defendit. Non igitur improbo Gailii constantiam, qui lib. I. c. 40. noluit sine codicum auctoritate admittere Gottleberi doctissimi emendationem: *ἀνακωχή*. Nam etiam alibi vocabulum magis consuetum: *ἀνακωχὴ* Gottleberus, ut lib. IV. c. 117. in oratione Thucydidis contexta admisit.

Cap. 67. *Προσπαρακαλέσαντες τῶν ξυμμάχων τε καὶ εἴ τις τι ἄλλο ἔφη ἀδικεῖσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων.* Particula: *τε*, centies a librariis male intrusa, hujus loci sensum valde perturbat. Nam si vere a Thucydide adposita esset, ex his verbis sequeretur, Lacedæmonios non solum sociorum, sed etiam aliorum quorumcunque, qui vellent Athenienses accusare, querelas audire voluisse, sicut etiam Valla jam hæc verba vertit. Sed ineptum est, Lacedæmonios etiam alios quoscunque, qui non essent socii, ad accusandos Athenienses invitasse, cum tantummodo sociorum conventum indicerent, et statim post hæc verba diserte Thucydides repetat: *ξύλλογον σφῶν αὐτῶν ποιήσαντες.* Quare tollenda est h. l. particula: *τε*, sicut eam quoque quinque codd. Cass. Aug. et tres Pariss. ignorant, et explicanda sunt potius hæc verba de aliis Lacedæmoniorum sociis, si a Corinthiis, qui potissimum conventus sociorum indicendi Spartanis auctores fuerant, discesseris. Propter particulam: *τε* male intrusam factum est, ut quidam pro: *ἄλλο* legere mallent: *ἄλλος*, sicut jam Valla legisse videtur. Nam vertit: *aliusve quis*—. Ita etiam Tusanus et Reiskius legerunt. Sed opportune codicum omnium auctoritas ad ineptæ lectionis confirmationem deest.—In verbis: *καὶ ἄλλοι τε παριόντες ἐγκλήματα*—jam Valla cum plurimis codicibus lectionem veram: *ἄλλοι* tuetur. Nam altera lectio: *ἄλλα*, quam Marg. Bas. et tres Pariss. adferunt, non solum propter illud: *καὶ Μεγαρεῖς*, quod sequitur, non quadrat, sed quia etiam in sequentibus præcipue de Megarensibus narratur: *ἕτερα οὐκ ὀλίγα*—eos contra Athenienses in medium attulisse.—In verbis denique: *παρελθόντες δὲ τελευταῖοι Κορίνθιοι*—aptissima huic loco adfertur lectio in quinque Pariss.: *τελευταῖοι οἱ Κορίνθιοι.* Facile vocula: *οἱ* intercipi potuit in reliquis libris ab ultima antecedentis vocabuli: *τελευταῖοι* syllaba.

Cap. 68. *Ὧν τὸ μὲν ἐπικαιρότατον χωρίον πρὸς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἐπιχρῆσθαι.* Si quid valet codicum auctoritas in verbo non inepto, certe h. l. recipienda est lectio: *ἐπὶ Θρᾴκης ἀποχρῆσθαι*, quam decem et septem codices adferunt, neque vera esse po-

test in tanto codicum consensu Wassii sententia, qui illud: ἀποχρῆσθαι ex interpretatione ortum esse censet.

Cap. 69. Καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι, τό, τε πρῶτον ἐάσαντες—στῆσαι τείχη, ἐς τόδε τε ἀεὶ ἀποστεροῦντες οὐ μόνον τοὺς ὑπ' ἐκείνων δεδουλωμένους ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑμετέρους ἤδη συμμάχους. Pluribus locis mutanda est horum verborum lectio, si Latinam Vallæ interpretationem sequimur; quæ mihi etiam h. l. longe præferenda esse videtur. Ille enim in suo codice non τό, τε, sed: τότε, *tunc primum, cum iis permitteretis*—legit. Qua lectióne admissa, etiam non amplius ferri potest particula: τε post: τόδε, ex ultima syllaba antecedentis vocabuli male orta. Contraria ratione interdum excidit particula: τε propter similem, quæ eam excepit, syllabam. Ita lib. V. cap. 29. in verbis: πλέον τι εἰδότας μεταστῆναι αὐτοὺς—quindecim libri legere jubent: πλέον τε τι εἰδότας—. Vindob. qui exhibet: πλέον δὲ τι εἰδότας—eandem lectionem, propter particularum: δὲ et: τε permutationem sæpe a librariis factam, confirmat. Porro Valla duce nostro loco pro illo: ἀποστεροῦντες aptior lectio: ἀποστεροῦντας est admittenda, ut hæc non de Lacedæmoniis, sed potius de Atheniensibus intelligantur. Nemo enim negabit, inepte hæc verba ad Lacedæmonios referri, qui statim in sequentibus a Corinthiis Græciæ liberatores laudantur. Simili ratione lib. III. c. 13. plurimi libri male legunt: ὑμῶν δὲ οὐ προσδεξαμένων κωλυθέντες—, cum tamen recte in vulgatis edatur: κωλυθέντας. Plura exempla, quibus ultimæ syllabæ: τες et: τας sunt commutatæ, suppeditat lib. III. cap. 59.—Denique pro illo: ὑμετέρους—legendum est: ἡμετέρους ἤδη ξυμμάχους, quam lectionem quoque codd. Ar. C. Gr. Mosqu. Vindob. quatuor Pariss. et Valla auctoritate sua confirmant. Primum igitur agit orator de iis, qui Atheniensium potestati jam antea suberant, (τοὺς ὑπ' ἐκείνων) sed nullo fœdere cum reliqua Græcia erant conjuncti, quales fuerunt Samii cap. 40. laudati, deinde etiam de fœderatis Græciæ civitatibus ab Atheniensibus hostiliter lacessitis, quales ipsi erant Corinthii. Verisimilis igitur hujus loci emendatio erit, ut legamus: ὑμεῖς αἴτιοι τότε πρῶτον ἐάσαντες—ἐς τόδε ἀεὶ ἀποστεροῦντας οὐ μόνον—ἀλλὰ καὶ τοὺς ἡμετέρους ἤδη ξυμμάχους.—In verbis: οἵᾳ ὁδῷ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅτι κατ' ὀλίγον χωροῦσιν ἐπὶ τοὺς πέλας—legere malim: καὶ ὅ, τι κατ' ὀλίγον—, sicut jam Kistemakerus suasit. Nam explicat illo: καθ' ὅ, τι.—Quod denique verba attinet: καίτοι ἐλέγεσθε ἀσφαλῶς εἶναι, ὧν ἄρα ὁ λόγος τοῦ ἔργου ἐκράτει—, jam Valla pro illo: ἐλέγεσθε—legebat: ἐλέγετε. Non autem negari potest, etiam hanc lectionem nostro loco esse aptissimam et verissimam, quia statim sequitur: ὧν ἄρα ὁ λόγος, *quorum igitur dicta*.

Cap. 70. Καὶ ἅμα, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλοι, νομίζομεν ἄξιοι εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν—. Ingentis fastus et arrogantiæ accusandi essent Corinthii, si se præ aliis esse idoneos ad alios homines taxandos censerent. Quæ quidem sententia minime ab oratione contexta adjuvatur. Nam ille orator tantum de Lacedæmoniis agit vituperandis, non autem de aliis omnibus simul taxandis. Quare verba: τοῖς πέλας commate distinguenda censeo a verbis sequentibus et vertenda: *Præterea nos, si qui alii, dignos esse aliorum judicio censemus, qui* (vos) *reprehendamus*. Nam præ aliis Græcorum sociis jam Corinthii se esse damno adfectos ab Atheniensibus propter Lacedæmoniorum tarditatem querebantur. Modestiæ causa autem orator ad verba: ψόγον ἐπενεγκεῖν, omisit pronominis: ὑμῖν adjectionem, quod jam ex antecedentibus dictis aperte intelligi poterat. Simili ratione infra cap. 73. in verbis: ἀδυνάτων ἂν ὄντων pronomen: ὑμῶν Atheniensis orator, ne aures Lacedæmoniorum offenderet, omisit. Concedo quidem, Plutarchum in suo libello de discrimine adulatoris et amici, cap. 46. ubi hunc Thucydidis locum laudat, vulgarem interpretandi rationem esse secutum. Nullum tamen argumentum ab illa Plutarchi auctoritate ad sententiam, quæ a me prolata est, damnandam repeto. Nam certe hic non unicus est locus inter illa antiquorum scriptorum loca, quem male intellexit Plutarchus.—In verbis hujus capitis: ἢν δ' ἄρα που καὶ πείρᾳ σφαλῶσιν—jam doctissimus Gottleberus censuit, omnium fere librorum auctoritate legendum esse: ἢν δ' ἄρα του καὶ πείρᾳ—. Nondum tamen recepta est hæc vera lectio.—Denique in verbis: μόνοι γὰρ ἔχουσί τε καὶ ὁμοίως ἐλπίζουσιν ἃ ἂν ἐπινοήσωσι—etiam magis vera et omnium fere librorum consensu stabilita est lectio: ἔχουσί τε ὁμοίως καὶ ἐλπίζουσι—, sicut jam Kistemakerus censuit. Certe illud: ὁμοίως longe aptiorem sensum fundit cum vocabulo: ἔχουσι conjunctum:

Pariter jam habent, quæ sibi excogitarunt, atque illa sperant—.

CAP. 71. Ταύτης μέντοι τοιαύτης ἀντικαθεστηκυίας πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, διαμέλλετε· καὶ οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖν, οἳ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι—. Variam interpretandi, interpungendi, et emendandi rationem ad hujus loci interpretationem viri docti excogitarunt. Forte emendatio, etiam a me excogitata, non displicebit Thucydidis lectoribus. Interpunctione majori post: διαμέλλετε sublata, legendum censeo: διαμέλλετε καὶ οἴεσθαι τὴν ἡσυχίαν—: *vos adhuc credere cunctamini, tranquillitatem etiam illis non diu suppetere hominibus*—. Ita certe omnis explicandi difficultas amovebitur.—In verbis: τὰ τῶν Ἀθηναίων—ἐπὶ πλέον ὑμῶν κεκαίνωται—Valla legisse videtur: ἐπὶ πλέον ἡμῶν—. Nam vertit hunc locum: *multo quam nos magis student rebus innovandis*—. Posset quidem ferri hæc lectio, sed quia reliquorum omnium librorum consensu destituitur, non est admittenda.

CAP. 72. Τῶν δὲ Ἀθηναίων, (ἔτυχε γὰρ πρεσβεία—παροῦσα) καὶ ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων—: Hujus loci difficultatem optime Abreschius amovisse videtur, cum Herodoti consuetudinem, a Thucydide interdum retentam, causam eorum, quæ gesta esse narrantur, ope particulæ: γὰρ præmittendi, antequam ipsa rei gestæ narratio proponitur, in auxilium vocaret. Quam vero interpretandi rationem si etiam h. l. sequimur, verba: τῶν Ἀθηναίων cum vocabulo: πρεσβεία sunt conjungenda, commate et uncini signo post: Ἀθηναίων sublato. Ad verba vero: καὶ ὡς ᾔσθοντο per synesin supplendum est: οἱ πρέσβεις, *cum vero legati certiores facti essent de illa Corinthiorum oratione.*—De verbis: νομίζοντες μᾶλλον αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι—jam Stephanus lectores admonuit, ut melius legant: μᾶλλον ἂν αὐτοὺς—. Quia vero cum vetere Stephani codice etiam codd. Cl. Cass. Aug. tres Pariss. et margo Bas. conspirant, sine ulla hæsitatione hæc codicum lectio, ut vera et aptior, est recipienda.—Sub finem capitis legimus: οἱ δ᾽ ἐκέλευόν τε παριέναι καὶ παρελθόντες—ἔλεγον—. Sed quindecim codd. legere jubent: οἱ δ᾽ ἐκέλευόν τε ἐπιέναι καὶ—. Etiam alibi Thucydides illud: ἐπιέναι pro: *adire* posuit, h. l. inprimi hoc verbum cum simili: ἐπέρχεσθαι potest comparari, de quo Scholiastes Thucydidis lib. I. c. 90. ad verba: ὅ, τι οὐκ ἐπέρχεται—adnotavit, magis de peregrinis in concionem prodeuntibus hoc verbum adhiberi. Quia vero similis nota etiam in Scholio ad nostrum locum proposito legitur: ἐπελθόντες ἐπὶ ξένων, παρελθόντες ἐπὶ ἰδίων, (nam ita haud dubie verba Græca interpungi debent) ex ea nota non sine causa conjici potest, etiam Scholiastam nostro loco legisse: ἐπιέναι, neque ab eo esse rejectum hoc vocabulum.

CAP. 73. Ἡ μὲν πρέσβευσις ἡμῶν οὐκ ἐς ἀντιλογίαν τοῖς ὑμετέροις ξυμμάχοις ἐγένετο—. Mihi nondum persuasit doctissimus Gottleberus, ut h. l. ὑμετέροις legatur. Nam lectionem: ἡμετέροις Scholiastes, Valla et alii codices adhuc defendunt. Præterea etiam orationi contextæ est aptissima. Quamquam enim Corinthii dissentiebant cum Atheniensibus, tamen nondum publice illorum aut aliorum Græciæ populorum renuntiaverant societati. Quare orationi legatorum moratæ eorumque modestiæ magis conveniebat, ut de sociis adhuc toti Græciæ communibus (ἡμετέροις) mentionem injicerent.—In verbis: ὧν ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μάρτυρες, ἢ ὄψεις τῶν ἀκουσομένων—præfero lectionem codd. Cl. Gr. Cass. Aug. Vindob. Mosqu. marg. et sex Pariss.: ἢ ὄψις τῶν ἀκουσομένων. Nam magis consuetum est numero singulari ὄψις, sicut pluralis in vocabulo: ἀκοαὶ pro: *fama* magis frequentatur.—Quod attinet verba: τοῦ δὲ λόγου μὴ παντὸς, εἴ τι ὠφελεῖ, στερισκόμεθα—, inprimis lectionem: στερισκώμεθα orationi legatorum moratæ adcommodatam defendo, quam etiam cod. Stephani, Aug. Cass. C. Reg. Vindob. Vallæ et Græv. proferunt, et quæ optime cum antecedenti particula: μὴ convenit. Reiskius quidem πάντος simul legendum censuit, sed lectio recepta: τοῦ δὲ λόγου παντὸς aptius antecedenti: τοῦ μὲν ἔργου μέρος respondet.—Sub finem capitis in verbis: ἀδυνάτων ὄντων πρὸς ναῦς πολλὰς ἀλλήλοις ἐπιβοηθεῖν—quis non longe præferat multorum codicum Ar. Cl. C. Gr. Cass. Dan. Reg. Aug. Vindob. et quinque Pariss. lectionem: ἀδυνάτων ἂν ὄντων—, quæ tam apta est oratoris modestiæ, qui eadem de causa etiam pronominis: ὑμῶν adjectionem omisisse videtur.

CAP. 74. Ναῦς μέν γε ἐς τὰς τετρακοσίας, ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν—. Novem codices omittunt τῶν ante δύο μοιρῶν. Etiam Scholiastes articulum h. l. non legisse videtur. Quare melius omittitur.—In ver-

bis; αὐτὸν διὰ τοῦτο ὑμεῖς ἐτιμήσατε, μάλιστα δὴ ἄνδρα ξένον—etiam novem codices omittunt pronomen: ὑμεῖς, ordine verborum paullo aliter collocato: αὐτὸν διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα ξένον. Qui ordo verborum, sine ὑμεῖς, quia est concinnior, præferri meretur, cum inprimis statim adjiciatur pronomen: ὑμᾶς in verbis: τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόντων.—Ubi denique legitur: ἡμεῖς δὴ ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης—consentio cum Gailio doctissimo, qui quatuor codicum auctoritate edidit: ἡμεῖς δὲ ἀπὸ—. Nam antecesserat: ὑμεῖς μὲν γὰρ—.

CAP. 75. Ἆρ' ἄξιοί ἐσμεν—ἀρχῆς τε, ἧς ἔχομεν, τοῖς Ἕλλησι μὴ οὕτως ἄγαν ἐπιφθόνως διακεῖσθαι—. Particulæ: τε non suo loco positæ merito præferenda est apta quatuor codicum lectio: ἀρχῆς γε, ἧς ἔχομεν—. In verbis autem: ὑμῶν τε ἡμῖν οὐκ ἔτι ὁμοίως —conjicio legendum esse: ὑμῶν δὲ ἡμῖν—, ubi particula: δὲ cum vi quadam adhiberi videtur. In primis vero verbis loci prioris forte Thucydides scripserat: Ἆρ' ἀνάξιοί ἐσμεν—*annon meremur, ut nobis de imperio Græci minus invideant?*

CAP. 76. Θαυμαστὸν οὐδὲν πεποιήκαμεν—εἰ ἀρχήν τε διαδιδομένην ἐδεξάμεθα—. Dukerus jam prætulit lectionem: ἀρχήν τε διδομένην ἐδεξάμεθα—, quam codd. Marg. Ar. C. Cl. Reg. Cass. Aug. Dan. et quinque Pariss. adferunt. Quare etiam Gailius doctissimus jure suo illud: διδομένην recepit. Imperium, quod tunc Athenienses obtinebant, non erat per manus traditum. Lectio vulgata: διαδιδομένην, quam etiam Scholiastes interpretatus est, forte ex antecedente particula: τε originem traxit.—In verbis: ἐπαινεῖσθαί τε ἄξιοι, οἵτινες—δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν γένωνται—memoratu digna est lectio: δύναμιν γεγένηνται, quam codd. Ar. C. Cl. Reg. Cass. Dan. Mosqu. Aug. et unus Paris. a Gailio collatus adferunt. Ita infra cap. 86. legimus: ζημίας ἄξιοί εἰσι, ὅτι ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται.

CAP. 77. Τοῖς καὶ ἄλλοθί που ἔχουσιν ἀρχὴν—. Alio eoque meliore verborum ordine sex codices legunt: που ἀρχὴν ἔχουσι—. In verbis: Ἀδικούμενοί τε, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται—unus Scholiastarum legit: ἀδικούμενοι δὲ, ὡς ἔοικεν—, quod est longe præferendum.

CAP. 78. Ἢ θεοὺς τοὺς ὁρκίους μάρτυρας ποιούμενοι πειρασόμεθα—. Codd. Marg. Cl. Cass. quatuor Pariss. Aug. et Gr. legunt: εἰ δὲ μὴ θεοὺς τοὺς ὁρκίους—. Quamvis Stephanus putet, hæc verba ex interpretamento esse orta, ut illud: ἢ explicetur, tamen huic formulæ inter Græcos satis consuetæ singularis verborum gravitas inest et multi codices eam adferunt.

CAP. 79. Ἐπειδὴ δὲ τῶν ξυμμάχων ἤκουσαν—. Admittenda est elegantior lectio sex codicum: τῶν τε ξυμμάχων—. Nam ita refertur illud: τε ad sequentia: καὶ τῶν Ἀθηναίων—.

CAP. 80. Πρὸς μὲν γὰρ τοὺς Πελοποννησίους καὶ ἀστυγείτονας—. Septem codices omittunt articulum: τοὺς ante Πελοποννησίους—. Contra vero sex Pariss. articulum: τοὺς ante ἀστυγείτονας adjiciunt, ubi etiam vi majore est positus. Quare melius hæc verba eduntur: πρὸς μὲν γὰρ Πελοποννησίους καὶ τοὺς ἀστυγείτονας—.

CAP. 82. Καὶ ἢν μὲν ἐπακούσωσί τι πρεσβευομένων ἡμῶν, ταῦτα ἄριστα—. Quinque codices legunt: ἢν μὲν ἐσακούσωσί τι—. Quam lectionem Stephanus et Wassius ut magis propriam Thucydidi jure præferunt. Ita legitur lib. I. c. 126. et lib. III. c. 4. Hoc sensu etiam Herodotus idem vocabulum adhibet, ut lib. IX. cap. 60. cujus dicendi consuetudinem sæpe Thucydides retinuit.—In verbis hujus capitis: εἰ γὰρ ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες τεμοῦμεν αὐτὴν, ὁρᾶτε, ὅπως μὴ αἴσχιον καὶ ἀπορώτερον τῇ Πελοποννήσῳ πράξωμεν—duo vocabula forte sunt emendanda, ut legatur: ἐγκλήμασιν ἐπαχθέντες τεμοῦμεν αὐτὴν, ὁρᾶτε, ὅπως μὴ αἴσχιον καὶ ἀπορώτερόν τι Πελοποννήσῳ πράξωμεν. Utramque emendationem et linguæ Græcæ usus et sensus hujus loci defendunt. Jam Valla pro illo: ἐπειχθέντες legisse videtur: ἐπαχθέντες in suo codice. Nam vertit: *inducti.*

CAP. 83. Καὶ ἀνανδρία μηδενὶ, πολλοὺς μιᾷ πόλει μὴ ταχὺ ἐπελθεῖν. Valla vertit: *multas urbes adversus unam*—. In suo igitur codice legit: πολλὰς μιᾷ πόλει—. Sed nihil habet, quo commendetur, hæc lectio. Nam Archidamus in antecedentibus tantum de Spartanorum opibus ad hoc bellum necessariis, non autem simul de eorum fœderatis civitatibus egerat. Præterea etiam cap. 81. in verbis: τοῖς ὅπλοις αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν—diserte de majori Spartanorum armatorum multitudine mentionem injecit.

CAP. 84. Ἀεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλομένους τοὺς ἐναντίους ἔργῳ παρασκευαζόμεθα—. Codd. Marg. Cl. Reg. Vindob. Aug. Cass. Gr. Bas. Vallæ legunt: ἔργῳ παρασκευαζώ-

μεθα—. Gottleberus cum Abreschio improbant hanc lectionem, quia hæc verba adhuc ad describendos Spartanorum mores pertineant. Sed sequor Stephani sententiam, qui lectionem : παρασκευαζώμεθα præfert. Hæc verba enim cum sequentibus copula: καὶ cohærent et illud: δεῖ ἔχειν—δεῖ νομίζειν, quod jam Archidami verbis inest bis positum, satis indicat, ad Archidami admonitionem hæc omnia esse referenda, qua suos cives præsentem rerum statum inprimis respicere jubet.—In verbis: πολύ τε διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶναι—forte codices adcuratius collati meam conjecturam confirmabunt, ut legendum sit: κράτιστόν τε εἶναι, cum illud: τε ante διαφέρειν nihil habeat, quo referatur. Postea intellexi, illam particulam: τε etiam, sicut conjeceram, in uno Parisiensi codice inveniri.

Cap. 85. Πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέμπετε μὲν περὶ τῆς Ποτιδαίας. Decem codices omittunt τῆς ante Ποτιδαίας. Ita cap. 68. legebatur: καὶ Ποτίδαιαν ἐπολιόρκουν. Quare etiam hoc loco tot codicum auctoritatem sequi debemus.—In ultimis verbis hujus capitis: ἔλεξε τοῖς Λακεδαιμονίοις ὧδε—Stephanus præfert lectionem codicum Marg. Aug. Cass. et duorum Pariss.: ἔλεξεν ἐν τοῖς Λακεδαιμονίοις ὧδε—. Quæ etiam mihi eximia esse videtur, quia Thucydides scripsit: ἔλεξε—ὧδε, non autem: ἔλεξε—τάδε. Sed in antecedentibus verbis: ὁ μὲν Ἀρχίδαμος τοιαῦτα εἶπε—nondum admittendam censeo doctissimi Gailii emendationem, unius tantum codicis auctoritate stabilitam, ut legatur: ταῦτα εἶπεν. Neque etiam cap. 87. ejus sententiam sequor, ubi etiam unius libri lectione emendavit: ταῦτα λέξας pro vulgata: τοιαῦτα λέξας. Nam τάδε et ταῦτα magis in fœderibus recitatis quam in orationibus adhibet Thucydides, sicut jam adnotavit Wassius ad lib. VI. cap. 8.

Cap. 86. Ἄλλοις μὲν γὰρ χρήματά ἐστι πολλὰ καὶ νῆες καὶ ἵπποι· ἡμῖν δὲ ξύμμαχοι ἀγαθοί. Egregia est h. l. Scholiastæ animadversio, res non animatas tantum, non autem aptos socios inter opes Atheniensium ab illo Ephoro artificiose referri. Octo codices Ar. C. Gr. Dan. Bas. Mosqu. Vindob. et unus Paris. omittunt vocabulum: πολλά. Quod quidem h. l. nemo in tanta dicendi brevitate Ephoro propria desiderabit, cum inprimis ex Archidami oratione, cap. 80. adpareat, nulla re magis, quam pecunia eguisse Spartanos. Neque etiam eo defendi poterit lectio recepta: πολλὰ, quia in sequentibus illi: ξυμμάχους etiam adjectum legimus: ἀγαθούς. Nam vocabuli: ἀγαθοὺς adjectio duplici de causa erat necessaria, quia etiam multi erant Atheniensium socii, sicut Archidamus eodem cap. 80. fatetur, et quia, cum tria Atheniensibus commoda, divitias, naves, et equos tribuisset, non minor præstantia unico Spartanorum commodo erat eo tribuenda, ut tales esse Spartanorum socios diceret, (ἀγαθοὺς) quales esse deberent.

Cap. 87. Τοιαῦτα λέξας, ἐπεψήφιζεν αὐτὸς, Ἔφορος ὤν—. Unus Paris. legit: τοιαῦτα δὴ λέξας. Alii decem libri exhibent: τοιαῦτα δὲ λέξας. Constat, a librariis particulas: δὲ et δὴ centies permutari. Nemo autem dubitabit, lectionem unius codicis: τοιαῦτα δὴ λέξας esse huic loco aptissimam. Quare eam esse admittendam censeo.

Cap. 90. Ἥδιον ἂν ὁρῶντες, μήποτ' ἐκείνους μήτε ἄλλον μηδένα τεῖχος ἔχοντα—. Nimium inest vocabulo: μήποτε. Nam Spartani certe non impedituri erant, quo minus *unquam* muros urbis suæ Athenienses reficerent. Amplector igitur septem codicum lectionem: μήτε ἐκείνους, μήτε ἄλλον—. In verbis: ἕως ἂν ἱκανὸν τὸ τεῖχος—undecim codices alium verborum ordinem postulant, ut legatur: ἕως ἂν τὸ τεῖχος ἱκανὸν αἴρωσι.

Cap. 91. Ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη—. Octo codices legunt: πόλις αὐτῶν τετείχισται—, cum reliqui libri adhuc retineat illud: σφῶν. Mihi persuasum est, Thucydidem olim scripsisse: πόλις σφῶν αὐτῶν τετείχισται—, quia utriusque vocabuli lectio adhuc in diversis codicibus retinetur et dicendi consuetudo Thucydidi propria hanc emendationem admittit. Ita paullo antea: πέμψαι σφῶν αὐτῶν ἄνδρας—, et statim in sequentibus scripsit: τὰ σφίσι αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινὰ—, et lib. III. cap. 82. verbis: καὶ σφίσι αὐτοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ προσποιήσει, Scholiastes adjecit: σφίσι αὐτοῖς, ἤγουν ἑαυτῶν. Sicut autem nostro loco vocabulum: αὐτῶν esse adjiciendum mihi videtur, ita in verbis: σώζειν τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ—omittenda sunt septem codicum auctoritate verba superflua: ἐν αὐτῇ, quæ in illo: ἐνοικοῦντας continentur. Valla etiam hoc additamentum ignoravit. Ejus verba sunt: *ut idonea sit ad eos, qui incolunt, tutandos.*

Cap. 92. Προσφιλεῖς ὄντες ἐν τῷ τότε διὰ τὴν ἐς τὸν Μῆδον προθυμίαν μάλιστα αὐτοῖς ἐτύγχανον—. Octodecim codicum auctori-

tate recipienda est lectio: προθυμίαν τὰ μάλιστα αὐτοῖς—, quam etiam Wassius et Kistemakerus postularunt.

Cap. 95. Ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ. Ἤδη δὲ καὶ βιαίου ὄντος αὐτοῦ. Amplector Stephani sententiam, etiam a Dukero comprobatam, ut verba: ἐν—ἡγεμονίᾳ arcte cum sequentibus conjungantur, ejectis duabus particulis: δὲ καί. Nam primo verba: ἐν—ἡγεμονίᾳ non tam apte cum antecedentibus quam cum sequentibus possunt conjungi. Deinde in plurimis codd. deest particula: καὶ, quæ h. l. est plane supervacanea. Denique particula: δὲ, quæ sensum turbat horum verborum, si illa: ἐν—ἡγεμονίᾳ cum sequentibus conjunguntur, vere deest in cod. Reg. et in reliquis, ubi adhuc legitur, orta esse potest ex ultima syllaba antecedentis vocabuli: ἤδη.—In verbis: ἠξίουν αὐτοὺς ἡγεμόνας σφῶν γενέσθαι κατὰ τὸ ξυγγενὲς—haud dubie legendum est Wassii sententia: σφῶν γίγνεσθαι κατὰ—. Nam ita legunt codd. C. Gr. Ar. Vindob. Mosqu. Dan. Bas. et tres Pariss. et verba statim adjuncta: καὶ Παυσανίᾳ μὴ ἐπιτρέπειν, ubi etiam præsens tempus adhibetur, eandem lectionem confirmant.—In verbis: καὶ προσεῖχον τὴν γνώμην ὡς οὐ περιοψόμενοι—legendum est: προσεῖχον τῇ γνώμῃ ὡς—codicum Marg. Stephani vet. Gr. Vindob. Bas. Ar. C. Dan. et unius Paris. auctoritate. Quæ lectio, si ad: προσεῖχον supplemus: νοῦν, bene Græca est habenda.—In verbis denique: τυραννίδος μᾶλλον ἐφαίνετο μίμησις ἡ στρατηγία magis Baveri quam Gottleberi sententia mihi arridet, ut legatur: μίμησις ἢ στρατηγία. Nam si retinemus particulam: ἡ, non satis adparet, quo referendum sit illud: μίμησις, quia inepte respiceretur ad antecedens: ἀδικία.

Cap. 96. Πρόσχημα γὰρ ἦν, ἀμύνεσθαι, ὧν ἔπαθον—. Non negligenda est lectio codd. Marg. C. Cl. Reg. Bas. Cass. Aug. et trium Pariss. ut scribatur: ἀμύνασθαι, ὧν ἔπαθον—. Nam constat, aoristos sæpe futuri significatione adhiberi.—Etiam in ultimis verbis hujus capitis codicum Marg. Ar. C. Cl. Reg. Cass. Aug. et trium Pariss. auctoritas postulat lectionem: καὶ αἱ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίγνοντο. Vulgo deest articulus: αἱ, qui facile propter particulam: καὶ, quæ antecedit, intercidere poterat.

Cap. 98. Πρὸς δὲ καὶ Καρυστίους αὐτοῖς—πόλεμος ἐγένετο—. Octodecim codices rejiciunt copulam: καὶ ante Καρυστίους—, quare etiam Gailius eam uncinis inclusit. Equidem eam ut inepto loco positam plane omisissem.

Cap. 99. Λυπηροὶ ἦσαν, οὐκ εἰωθόσιν οὐδὲ βουλομένοις ταλαιπωρεῖν προσάγοντες τὰς ἀνάγκας. Non negligendum videtur Atticum: προσαγαγόντες τὰς ἀνάγκας, quod codd. Cass. Bas. Gr. Aug. et sex Pariss. adferunt.

Cap. 100. Διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ἠδωνικῇ ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν ξυμπάντων, οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον. Heilmannus pro: ξυμπάντων conjecit legendum esse: ξυστάντων. Putem vero, eundem sensum lectioni receptæ: ξυμπάντων subesse. Nam de omnibus omnino Thraciæ universæ incolis hoc non erit intelligendum, sed tantum de pluribus numero, simul cum Edonis ad debellandos Athenienses congregatis. Magis memoratu digna lectio est: ξύμπαντες, quam Valla sequitur. Nam vertit: *omnes sunt interemti*. Reliquorum tamen codicum deest consensus.

Cap. 103. Προσεχώρησαν δὲ καὶ Μεγαρῆς Ἀθηναίοις ἐς ξυμμαχίαν—. Codices Ar. C. Cass. Gr. Mosqu. Aug. et quinque Pariss. postulant lectionem: καὶ Μεγαρεῖς—. Ita etiam Gottleberus h. l. antiquiore Atticorum ratione scribendum censuit atque etiam Dukerus in nota ad lib. I. c. 67. Quo loco recte editur: Μεγαρεῖς. Quare etiam h. l. retinenda est eadem scribendi ratio. Concedamus tamen, Thucydidis ætate jam in aliis nominibus hunc scribendi usum obtinuisse, ut pro: εῖς in fine scriberetur: ῆς. Ita lib. I. c. 27. legebamus: Παλῆς et: Ἑρμιονῆς. Codicum auctoritate potissimum talium nominum scriptura stabilitur. Tantæ tamen inconstantiæ Thucydidem non facere reum licet, ut modo: Μεγαρεῖς, modo: Μεγαρῆς scripserit. Quare etiam lib. V. cap. 59. et cap. 60. ubi tantum pauci libri exhibent: Μεγαρεῖς, et vulgo adhuc editur: Μεγαρῆς, tamen lectionem illam: Μεγαρεῖς esse præferendam censeo, sicut recte editum est lib. IV. cap. 66. et cap. 67. plurimorum codicum auctoritate. Sed iterum fluctuant codices lib. IV. cap. 73. et cap. 74. quorum plurimi adferunt: Μεγαρῆς, quam tamen librorum inconstantiam admittere non licet. Plures vero codices lib. II. cap. 9. et lib. IV. cap. 109. suadent veram lectionem: Μεγαρεῖς, quamvis adhuc edatur: Μεγαρῆς.

Cap. 104. Ἰνάρως δὲ ὁ Ψαμμητίχου, Λίβυς—. Non amplius est negligenda codicum Cl. Gr. Aug. Reg. Vindob. Cass. et

unius Paris. auctoritas, ut scribatur: ὁ Ψαμμιτίχου—, quam lectionem etiam interpretes hujus loci sequendam censent et Wesselingius in sua Herodoti editione amplectebatur.

Cap. 105. Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκβοήσαντες ἐκ τῶν Μεγάρων—. Novem codicum auctoritate nititur lectio: οἱ Ἀθηναῖοι ἐκβοηθήσαντες—. Quod vocabulum etiam aliis locis a Thucydide usurpatum et huic loco aptissimum merito cum Stephano prætulerunt, sed nondum receperunt Gottleberus et Baverus. Plane eodem sensu jam in Herodoto occurrit, ut lib. VI. cap. 16: ἐξεβοήθεον πανδημεὶ καὶ ἔκτεινον τοὺς Χίους.

Cap. 106. Καὶ πάθος μέγα τοῦτο τοῖς Κορινθίοις ἐγένετο. Septem codd. Cl. Bas. Aug. Cass. et tres Pariss. articulum: τοῖς ante: Κορινθίοις omittunt, cujus omissionis, sæpe in Thucydide obviæ, plura exempla caput sequens suppeditat. Porro quinque codd. etiam priora hujus loci verba aliter collocant, ut aptius legatur: καὶ πάθος τοῦτο μέγα Κορινθίοις ἐγένετο.

Cap. 107. Τὸ δέ τι καὶ ἄνδρες τῶν Ἀθηναίων ἐπῆγον αὐτοὺς κρύφα, ἐλπίσαντες δῆμόν τε καταπαύσειν—. Præfero lectionem codicis Græv.: τὸ δ' ἔτι καὶ ἄνδρες—. *Præterea etiam illi Atheniensium clam eos instigarunt, qui sperabant, fore, ut populi minuerent imperium*—. Illud: τὸ δ' ἔτι καί, *præterea etiam*, occurrit quoque cap. 118. ubi vulgo legitur: τὸ δέ τι καὶ πολέμοις οἰκείοις ἐξειργμένοι.—In verbis: ἐπεστράτευσαν αὐτοῖς καί τι καὶ τοῦ δήμου καταλύσεως ὑποψία ἦν— omittunt voculam: ἦν omnes fere editiones et libri manuscripti, quamvis in duplici Stephani editione et illa Æm. Porti reperiatur. Præterea pro illo: καί τι καί— quinque codices Gr. Bas. et tres Pariss. exhibent: καίτοι καί—, quam lectionem non improbat doctissimus Gottleberus. Mihi quoque longe præferenda esse videtur, utque etiam vocula: ἦν, quam codices ignorant, carere possimus, scribendum censeo: ὑποψία. Quodsi igitur legimus: καίτοι καὶ τοῦ δήμου καταλύσεως ὑποψία, hæc verba sunt vertenda: *Eis obviam egressi sunt, profecto etiam suspicione de dissolvendo* (per eos) *populi imperio* (adducti).

Cap. 108. Τά τε τείχη τὰ ἑαυτῶν τὰ μακρὰ ἀπετέλεσαν. Hæc verba cum antecedentibus ita cohærent, ut antea de damno quædam narrentur, quo hostes suos Atheniensium exercitus adfecerit, in his autem verbis commoda commemorentur, quæ suæ simul urbi muro altiore tandem perficiendo paraverint. Quare puto, Thucydidem scripsisse: τὰ δὲ τείχη—, cum inprimis illud: τε nihil habeat, ad quod referatur. Porro articulum: τὰ ante: ἑαυτῶν ignorant codices Ar. C. Mosqu. Dan. et unus Paris., qui etiam loco alieno positus esse videtur, cum ter paucorum verborum intervallo repeteretur. Denique pro: ἀπετέλεσαν codices Cl. Aug. Græv. Cass. Bas. et quinque Pariss. legunt: ἐπετέλεσαν, quod hoc sensu, ut: *perficere* significet, est magis consuetum, et sæpe a librariis cum illo: ἀποτελέω confunditur, ut multis locis Schweighæuserus in suis ad Polybium notis docuit. Quare scriptura hujus loci ita erit mutanda: τὰ δὲ τείχη ἑαυτῶν τὰ μακρὰ ἐπετέλεσαν.—In verbis: ὡμολόγησαν δὲ καὶ οἱ Αἰγινῆται μετὰ ταῦτα τοῖς Ἀθηναίοις—codices Cl. Gr. Cass. Bas. Aug. et quatuor Pariss. omittunt articulum: οἱ ante: Αἰγινῆται, quem h. l. nemo, si Thucydideam dicendi rationem respexeris, desiderabit, cum inprimis vocabulo: Ἀθηναίοις statim sequenti articulus: τοῖς adhæreat. Iidem codices in sequenti capite, ubi legitur: τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐκράτουν τῆς Αἰγύπτου οἱ Ἀθηναῖοι—, etiam articulum: οἱ ante: Ἀθηναῖοι omittunt, quod quoque, cum modo antecesserit: οἱ δὲ Ἀθηναῖοι—, non improbo.

Cap. 109. Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἔτι ἐπέμενον—. Nullam vim aptam h. l. particula: ἔτι admittit. Quare melius illa omittitur novem codicum consensu.—In verbis: ὅπως—καὶ ἀπ' Αἰγύπτου ἀπαγάγοι Ἀθηναίους—plurimorum codicum auctoritate copula: καὶ ejicienda est ante: ἀπ' Αἰγύπτου, sicut jam Kistemakerus suasit. Etiam in Latina Vallæ interpretatione nullum hujus particulæ: καὶ vestigium adparet.—In verbis: τούς τε Αἰγυπτίους καὶ τοὺς ξυμμάχους μάχῃ ἐκράτησε—novem codices omittunt particulam: τε; qua etiam h. l. facile supersedere possumus, et quam quoque Valla in sua interpretatione Latina omisit.—Denique in verbis: ἐπολιόρκει ἐν αὐτῇ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἕξ—decem codicum auctoritate mutandus est ultimorum verborum ordo, ut legatur: καὶ ἓξ μῆνας; sicut statim capite sequenti legitur: ἓξ ἔτη.

Cap. 110. Διὰ τῆς Λιβύης ἐς Κυρήνην διεσώθησαν—. Aptum quidem est h. l. verbum: διεσώθησαν, sed undecim codices tamen legere jubent: ἐσώθησαν; quorum auctoritas non est rejicienda.—In verbis: Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένετο—lectio: βα-

πιλεῖ codicum auctoritate destituitur. Multi legunt: βασιλέως, quæ non ferenda est lectio. Quare sequor sex codicum Vindob. Cass. Aug. Bas. et duorum Pariss. lectionem: βασιλέα—etiam ab Hemsterhusio in suis ad Aristophanis Plutum notis non improbatam.—In verbis: Ἰνάρως δὲ ὁ τῶν Λιβύων βασιλεὺς—ejiciendus est articulus: τῶν—omnium fere codicum auctoritate.—In verbis vero ultimis: στρατείαν Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων—iidem codices particulam: τε non necessariam ignorant.

Cap. 111. Καὶ παραλαβόντες τοὺς Βοιωτοὺς καὶ Φωκέας, ὄντας ξυμμάχους, οἱ Ἀθηναῖοι—. Undecim codd. ejiciunt articulum: τοὺς ante vocabulum: Βοιωτοὺς, quem etiam Kistemakerus h. l., me non invito, omitti jubet. De eo tamen mihi non persuasit vir doctus, ut articulus adjiciatur, si scriptor *omnes*, sed omittatur, si *quosdam* tantum indicaverit. Innumeris certe et Thucydidis et aliorum scriptorum locis hæc proposita scribendi norma refutabitur. Quid? quod etiam in nostro loco, ubi bene quadrat articulus: οἱ ante: Ἀθηναῖοι, tamen illud: οἱ decem codicum auctoritate melius omittitur.

Cap. 112. Φοίνιξι καὶ Κυπρίοις καὶ Κίλιξιν ἐναυμάχησαν καὶ ἐπεζομάχησαν ἅμα. Verba: καὶ Κυπρίοις ex interpretamento orta et ejicienda esse censeo. Nam cum bellum contra Cyprios suscepissent Athenienses, (ἐς Κύπρον ἐστρατεύοντο) sponte intelligitur, huic duplici prœlio, quod socii Cypriorum, Phœnices et Cilices, qui auxilio veniebant contra Athenienses, commiserunt, etiam Cyprios interfuisse; id quod etiam vocabulum adjectum: ἅμα, *simul præter Cyprios cum Phœnicibus et Cilicibus*—aperte indicat. Hæc verba: καὶ Κυπρίοις etiam codices Vallæ, Cl. Gr. Cass. Aug. et quinque Pariss. ignorant.

Cap. 113. Καὶ Χαιρώνειαν ἑλόντες καὶ ἀνδραποδίσαντες ἀπεχώρουν, φυλακὴν καταστήσαντες. Codices Vallæ, Cl. Græv. Cass. Aug. et quatuor Pariss. omittunt verba: καὶ ἀνδραποδίσαντες. Illud: εἷλον modo sine additamento, ut lib. I. c. 89. et c. 108. modo cum additamento: καὶ ἠνδραπόδισαν, ut lib. I. c. 98. occurrit. Forte h. l. hæc verba melius absunt, quia militum præsidium urbi impositum esse dicitur, quod non facile in urbe direpta et civibus spoliata locum habebit. Etiam Gailius doctissimus hæc duo verba ex interpretamento orta esse censet.

Cap. 115. Νίσαιαν, καὶ Ἀχαΐαν, καὶ Πηγὰς, καὶ Τροιζῆνα—. Codices Vallæ, Ar. C. Dan. Aug. et septem Pariss. ita ordinem verborum mutant, ut verba: καὶ Ἀχαΐαν ultimo loco post: Τροιζῆνα collocentur. Quo servato verborum ordine, facilius jam sub Achaia regionem illis urbium nominibus simul adjunctam intelligere possumus.—In ultimis verbis: ξυναπέστησαν δὲ αὐτοῖς Βυζάντιοι—antea scriptum fuisse: ξυναπέστησάν τε αὐτοῖς—conjicio, quia antecesserat: ἐπί τε Μίλητον. In Gailii editione plane omissa est particula: δὲ, haud dubie typographi incuria. Sicut autem h. l. particulam: δὲ in illud: τε muto, ita sub finem cap. 123. legendum censeo: ἠδικημέναις τε μᾶλλον βοηθήσετε, pro: ἠδικημέναις δὲ—, quia antecessit: σπονδάς τε οὐ λύσετε. Contraria autem ratione libri V. cap. 43. in verbis: πανταχόθεν τε νομίζων ἐλασσοῦσθαι sex codicum auctoritate haud dubie legendum est: πανταχόθεν δὲ νομίζων—.

Cap. 117. Ἐκράτησαν ἡμέρας περὶ τεσσαρεσκαίδεκα—. Haud dubie mutato accentus loco legendum est: ἡμέρας πέρι τέσσαρας καὶ δέκα—. Lectionem: τέσσαρας καὶ δέκα tuentur codices Ar. C. Cl. Gr. Cass. Aug. et tres Pariss.

Cap. 118. Καὶ ὅσα πρόφασις μεταξὺ τοῦδε τοῦ πολέμου κατέστη. Concedo equidem, particulam: μεταξὺ h. l. apte explicari posse, si separatim positam censes, neque cum verbis: τοῦδε τοῦ πολέμου, quæ ad: πρόφασις pertinent, conjungis. Quam plurimi tamen codd. Ar. C. Cl. Gr. Cass. Aug. Dan. Bas. Vindob. Vallæ et quatuor Pariss. hanc omiserunt particulam. Quare eam quoque ejiciendam censeo, quia forte ex sequentibus verbis, ubi etiam hæc particula: μεταξὺ occurrit, huc male tracta est a librariis.—In illis autem verbis: μεταξὺ τῆς τε Ξέρξου ἀναχωρήσεως—novem codices omittunt particulam: τε, quæ etiam, salvo hujus loci sensu, abesse potest.

Cap. 119. Δεηθέντες μὲν καὶ κατὰ πόλεις πρότερον ἑκάστων ἰδίᾳ, ὥστε ψηφίσασθαι πόλεμον—. Cum Scholiasta tredecim codd. legunt: ψηφίσασθαι τὸν πόλεμον—, quam lectionem singulari quadam vi h. l. prolatam etiam Kistemakerus recipere jubet. Sub initium vero hujus capitis consueto Thucydidis more legendum est: Αὖθις δὲ τοὺς ξυμμάχους (non: συμμάχους)—, quam lectionem quoque quatuor Pariss. adferunt.

Cap. 120. Πολλὰ γὰρ κακῶς γνωσθέντα, ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντα, κατορθώ-

θη—. Octo codices legunt: τῶν ἐναντίων τυχόντων, κατωρθώθη. Quam lectionem esse longe aptiorem puto: *quando forte fortuna stolidi hostes adversantur.* Ultimæ syllabæ: τα et: τῶν centies a librariis propter scripturæ compendium permutantur. Etiam Valla eandem octo codicum lectionem secutus esse videtur. Nam vertit: *Multa enim male consulta, hostibus inconsultius agentibus, emendata sunt.*

Cap. 121. Ὃ γὰρ ἡμεῖς φύσει ἔχομεν ἀγαθὸν—. Duodecim codices alio ordine: ἡμεῖς ἔχομεν φύσει ἀγαθὸν—hæc verba collocare jubent; quamvis hæc ordinis mutatio ad ipsum verborum sensum nihil referat.—Eodem modo cap. 122. etiam in verbis: εἰ μὲν ἡμῶν ἦσαν ἑκάστοις—octo codicum auctoritate ita ordo verborum mutari debet: εἰ μὲν ἦσαν ἡμῶν ἑκάστοις.

Cap. 123. Τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἁπάσης ξυναγωνιουμένης—. Suavius sonat in hoc verborum ordine dissyllabum: πάσης, ut novem codicum auctoritate legatur: Ἑλλάδος πάσης ξυναγωνιουμένης.

Cap. 124. Ὥστε πανταχόθεν καλῶς ὑπάρχον ὑμῖν πολεμεῖν—. Valla cum cod. Reg. Gr. et aliis nonnullis legit: ἡμῖν πολεμεῖν—. Quæ lectio haud dubie est vera et statim cum vi repetitur idem pronomen in verbis: καὶ ἡμῶν κοινῇ τάδε—sive potius alio ordine: ἡμῶν τάδε κοινῇ—, sicut novem codicum auctoritas postulat.—In verbis: ψηφίσασθε δὴ τὸν πόλεμον—particulam: δὴ quam plurimi libri ignorant. Quare dubito, an illa h. l. adhuc inter verba Thucydidis sit admittenda.

Cap. 126. Πρόφασις εἴη τοῦ πολεμεῖν, ἢν μή τι ἐσακούωσι—. Non negligenda est magis consueta codicum Ar. C. Mosqu. Dan. Cass. Aug. Vindob. lectio: ἢν μή τι ἐσακούσωσι—. In verbis sequentibus: Κύλων ἦν Ἀθηναῖος, ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης τῶν πάλαι εὐγενής—ordinem verborum, quem codices Bas. Aug. Cass. Gr. et quinque Pariss. adferunt: Κύλων ἦν Ὀλυμπιονίκης, ἀνὴρ Ἀθηναῖος τῶν πάλαι, εὐγενής—jam Kistemakerus aptiorem et magis perspicuum esse censuit. Nam verba: τῶν πάλαι longe aptius conjunguntur cum: ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ut ita indicaret Thucydides, se ex antiquiore Atheniensium historia narrationem adferre. Vocabulum: ἀνὴρ ad utrumque nomen collocari potest. Nam Herodotus lib. V. c. 71. sane posuit: ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης, et forte ex illo Herodoti loco alter verborum ordo in reliquis codicibus originem repetiit. Sed potest etiam dici: ἀνὴρ Ἀθηναῖος, sicut mox in eodem capite: Μεγαρέως ἀνδρὸς mentio injicitur.—Ad verba: Ἐν τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίστῃ ἑορτῇ καταλαβεῖν—est adnotandum, articulum: τῇ ante: τοῦ Διὸς esse superfluum neque a Thucydide adjectum esse videri. Nam Attici sæpe post: ἐν ponunt genitivum, si vel dativus nominis non adest, ad quod illud: ἐν refertur. Hoc loco tamen non deest dativus. Præterea articulum: τῇ etiam codd. Ar. C. Gr. Mosqu. Dan. Bas. et quatuor Pariss. ignorant.

Cap. 127. Ἐλαύνειν ἐκέλευον δῆθεν τοῖς θεοῖς πρῶτον τιμωροῦντες, εἰδότες δὲ Περικλέα—. Ordinem horum verborum Stephanus ita melius constituit: ἐκέλευον ἐλαύνειν τοῖς θεοῖς δῆθεν πρῶτον τιμωροῦντες. Nam illud: δῆθεν non ad: ἐκέλευον, si ejus sensum spectas, sed ad: τιμωροῦντες pertinet. Neque codicum auctoritate destituitur hæc emendatio. Nam octo libri legunt: ἐκέλευον ἐλαύνειν—et illud: δῆθεν quatuor libri recte collocant post: τοῖς θεοῖς. Præterea illud: δὲ ante: Περικλέα non quadrat. Quare trium codicum lectio: εἰδότες τε Περικλέα est præferenda, sicut jam Kistemakerus censuit.—In verbis: ῥᾷον σφίσι προχωρήσειν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων—haud dubie legendum est: σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ—. Nam ita octodecim libri scripserunt. Constat autem, tempus præsens verborum purorum sæpe ab Atticis futuri loco adhiberi. Sed in verbis: οὐ μέντοι τοσοῦτόν γ' ἤλπιζον—particulam: γ' ante: ἤλπιζον sine justa codicum auctoritate a Gottlebero adjectam nondum admitto, quamvis locum habere possit.

Cap. 128. Ἀναστήσαντές ποτε ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἀπὸ Ταινάρου τῶν Εἱλώτων τοὺς ἱκέτας—. Decem codices Cl. Gr. Cass. Bas. Aug. et quinque Pariss. articulum: τοὺς ante: ἱκέτας omiserunt, quem nemo h. l., ubi articulus tam sæpe est repetitus, desiderabit.—In verbis: ἀφικνεῖται—τὰ πρὸς βασιλέα πράγματα βουλόμενος πράσσειν—vocabulum: βουλόμενος cum Dukero librarii cujusdam interpretamentum habeo. Nam infinitivus: πράσσειν pendet dictione satis consueta ab illo: ἀφικνεῖται. Deest autem vocabulum: βουλόμενος in cod. Cl. Gr. Aug. Cass. et quatuor Pariss. In aliis vero libris non suo loco, sed ante: τὰ πρὸς βασιλέα collocatur. Ita exhibent codd. Ar. C. Mosqu. Dan. et unus Paris. Denique interpretamenti vestigia Scholiastes satis indicat h. l. verbis adjectis: βουλόμενος

δηλονότι—. In verbis: ᾧπερ ἐπέτρεψε τότε Βυζάντιον—novem codices legere jubent: ᾧ ἐπέτρεψε—sine ulla sensus mutatione.—A verbis: ἐνεγέγραπτο δὲ τάδε καὶ ἐν αὐτῇ—copula: καὶ abesse debet, sicut jam Gesnerus illam in Chrestomathia Græca omisit atque etiam Kistemakerus suadet. Nam deest in duodecim codicibus et sensum hujus loci perturbat.

Cap. 129. Οὕς μοι πέραν θαλάσσης ἐκ Βυζαντίου διέσωσας—. Decem codd. simul cum Vindob. legunt: ἐκ Βυζαντίου ἔσωσας. Quare non negligendus est tot codicum consensus.

Cap. 130. Ὁ Παυσανίας—πολλῷ τότε μᾶλλον ἦρτο, καὶ οὐκέτι ἠδύνατο ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ βιοτεύειν—. Ante Wassii emendationem alio verborum ordine legebatur: πολλῷ μᾶλλον τότε—. Hunc priscum ordinem ut magis consuetum ex sex codd. Pariss. esse revocandum censeo. Pro illo autem: ἐν τῷ καθεστῶτι—undecim codices exhibent: ἐν τῷ καθεστηκότι—. Cum utraque scribendi forma in Thucydidis libris occurrat, haud dubie plurium codicum auctoritatem sequi debemus.

Cap. 131. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι, τό, τε πρῶτον δι' αὐτὰ ταῦτα ἀνεκάλεσαν αὐτὸν, καὶ ἐπειδὴ—. Hunc locum aliter interpungendum et interpretandum censeo, quam reliqui interpretes. In antecedenti capite dicebatur Pausanias cultus magnificentia et insolentia aperte indicasse clandestina animi consilia de regno Græciæ adfectato. Sub initium cujus capitis jam primum Lacedæmonii ex ejusmodi indiciis sensisse dicuntur hæc Pausaniæ consilia. Quare eum etiam revocarunt, postquam denuo, injussu Spartanorum, in navi Hermionide vectus Sparta discesserat. Certe nemo negabit, qui attente perlegerit hæc Thucydidis verba, illud: τό, τε πρῶτον non ad: τὸ δεύτερον, quod sequitur, referri posse. Nam: τὸ δεύτερον, sicut verborum ordo postulat, non ad: ἀνεκάλεσαν, sed ad: ἐκπλεύσας pertinet. Quare etiam illud: τότε πρῶτον non cum: ἀνεκάλεσαν conjungo, sed cum: αἰσθόμενοι. Pro: τό, τε autem cum Thoma Magistro, Valla, cod. Cass. Gr. et Aug. lego: τότε, et commate distinguo verba: διὰ ταῦτα a sequenti: ἀνεκάλεσαν. *Lacedæmonii, qui tunc primum sentiebant* (clandestina Pausaniæ consilia), *propter hæc eadem* (quæ agebat) *etiam postquam denuo, injussu eorum, ex urbe discesserat, eum revocarunt.* Nisi ita hunc locum interpretamur, non satis adparebit, cur illud: αἰσθόμενοι statim a verbis: τό, τε πρῶτον διὰ αὐτὰ ταῦτα excipiantur, cum tamen: τό, τε πρῶτον ad illud: τὸ δεύτερον non apte referri possit.—In verbis sequentibus: πράσσων τε ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς ἐς τοὺς βαρβάρους—cum codd. Cam. Cl. tribus Pariss. Cass. Gr. Aug. Mosqu. legendum censeo: αὐτοῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους. Ita legitur lib. IV. c. 114: τοὺς πράξαντας πρὸς αὐτὸν τὴν λῆψιν τῆς πόλεως—et lib. II. c. 5: πρὸς ὃν ἔπραξαν οἱ προδιδόντες—.

Cap. 132. Καὶ ἐπεί γε δὴ ἐν τούτῳ καθειστήκει—. Omissa particula: γε, decem codices lectionem Thucydidi magis consuetam suadent: καὶ ἐπειδὴ ἐν τούτῳ.—In verbis: ἢ καὶ ἐκεῖνος μεταγράψαι τὶ αἰτήσῃ—ut alio verborum ordine legatur: ἐκεῖνος τὶ μεταγράψαι αἰτήσῃ—duodecim codicum auctoritas postulat.

Cap. 133. Τόδε δὴ οἱ Ἔφοροι, δείξαντες αὐτοῦ τὰ γράμματα—. Recte censet Kistemakerus, legendum esse: Τότε δὴ οἱ Ἔφοροι—. Nam illud: τότε est huic loco aptissimum et quatuordecim codicum auctoritate defenditur.

Cap. 134. Αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Κεάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεσαν—. Et sensus hujus loci et optimorum codicum auctoritas postulat, ut legatur: τοὺς κακούργους εἰώθασιν, ἐμβάλλειν. Lectionem: εἰώθασιν, etiam ab Hemsterhusio comprobatam, adferunt codices Ar. C. Gr. Dan. Bas. Vindob. et tres Pariss.—Ordinem verborum, ut illud: ἐμβάλλειν ultimo loco ponatur, etiam servant codices Cam. Cass. Aug. Græv. Bas. et quinque Pariss. quare hunc verborum ordinem Dukerus quoque jure præferendum censet, quo illud: ἐμβάλλειν cum verbo: ἐμέλλησαν cohæret. Quamquam vero Dukerus ex nonnullis libris: ἐς τὸν Κεάδαν—recepit, cum Leopardo tamen, in ejus ad Ammonium notis, majore codicum auctoritate niti censeo lectionem: ἐς τὸν Καιάδαν—et propterea eam præfero. Nam cum aliis multis codd. etiam octo Pariss. lectionem: Καιάδαν defendunt.

Cap. 135. Ἠξίουν τε τοῖς αὐτοῖς κολάζεσθαι αὐτόν. Non verisimile est, Lacedæmonios postulasse ab Atheniensibus, ut iisdem pœnis quoque Themistoclem adficerent, cum extraordinario modo Pausanias fame enectus periisset. Præfero igitur quatuor librorum Ar. C. Dan. Vindob. lectionem: αὐτοὺς, pro illo: τοῖς αὐτοῖς, et quia

præterea h. l. particula: τε esset solitaria, pro illa potius: δὲ est legendum. Etiam duo Pariss. omittunt articulum: τοῖς ante: αὐτοῖς. Aptiorem igitur sensum fundet hæc lectio: ἠξίουν δὲ αὐτοὺς κολάζεσθαι αὐτόν. Sed negare non possum, longe magis mihi placere conjecturam, qua Thucydidis forte scripserit: ἀξιοῦντες αὐτοὺς κολάζεσθαι αὐτόν.

CAP. 136. Διωκόμενος ὑπὸ τῶν προστεταγμένων κατὰ πύστιν οἷ χωροίη—. In cod. Vindob. et aliis quatuordecim libris legitur: κατὰ πύστιν ᾗ χωροίη. Quæ lectio eundem sensum fundit ideoque tot librorum consensu est admittenda.—In verbis: ὑπ᾽ ἐκείνου πολλῷ ἀσθενεστέρου ἐν τῷ παρόντι κακῶς πάσχειν—cum Dukero lectionem Vallæ, qui vertit: *se enim nunc multo imbecilliorem ab illo lædi*—præfero. Haud dubie enim legit: πολλῷ ἀσθενέστερον ἐν τῷ παρόντι—. Quam lectionem quoque quidam Paris. codex et ed. Flor. exhibent.—Cui quidem lectioni aptissimæ tantum in sequentibus verbis: καὶ ἅμα, αὐτὸς μὲν ἐκείνῳ χρείας τινὸς καὶ οὐκ ἐς τὸ σῶμα σώζεσθαι, ἐναντιωθῆναι —mutata verborum constructio obstare videtur. Nam Themistocles de se duplicem casum et accusativum: ἀσθενέστερον, et nominativum: αὐτὸς usurpat. Cum vero, si ad voculam: καὶ ἅμα suppleveris: ἔφη, aut simile verbum, uterque casus locum habere possit et plane conveniat cum Thucydidis consuetudine variandi verborum constructionem, nihil amplius obstare puto recipiendæ lectioni: ἀσθενέστερον. Neque vero mihi persuadere possum cum Gottlebero doctissimo, vocabulum: χρείας accusativo casu esse positum. Haud dubie est genitivus et in sequentibus iterum more suo constructionem mutat scriptor adjecto: καὶ οὐκ ἐς—.

CAP. 139. Ψήφισμα καθελοῦσι μὴ ἂν γενέσθαι πόλεμον—. Apta et plurimorum codicum auctoritate præferenda est lectio: μὴ ἂν γίγνεσθαι πόλεμον—. Ita enim Ar. C. duo Pariss. Cass. Dan. Mosqu. Aug. Gr. Vindob. legunt atque etiam in verbis capite 140. repetitis: μὴ ἂν γίγνεσθαι τὸν πόλεμον.—Porro in verbis: εἴη δ᾽ ἄν, εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφεῖτε—novem codd. Ar. C. Cl. duo Pariss. Cass. Aug. Vindob. Gr. legere jubent: αὐτονόμους ἀφῆτε—. In verbis denique: ἐδόκει, ἅπαξ, περὶ ἁπάντων βουλευσαμένους ἀποκρίνεσθαι—etiam undecim Ar. C. Cl. Cass. Aug. Mosqu. Vindob. et quatuor Pariss. auctoritate commendatur lectio: βουλευσαμένους ἀποκρίνασθαι.

CAP. 140. Ἦν ἄρα τι καὶ σφαλώμεθα, βοηθεῖν· ἢ μηδὲ, κατορθοῦντας, τῆς ξυνέσεως μεταποιεῖσθαι. Nimis artificiosa mihi videtur Stephani interpretatio, ut illud: μηδὲ a vocabulo: κατορθοῦντας separetur. Neque etiam Gailii doctissimi explicationem cum linguæ legibus convenire puto; ut separato illo: μηδὲ, particulam: δὲ cum: κατορθοῦντας conjungamus. Equidem verto hæc verba: *sive, si ne felici quidem rerum gerendarum successu utimur, ut omnem prudentiam exerceant.* Suos enim adseclas ad sustentandam civitatis sententiam evocat Pericles, si forte in re quadam ipse erraverit, sive, si ne felici quidem successu bellum geri sit cœptum, ad prudentiam exercendam. Quæ quidem interpretatio etiam sequentibus verbis quam maxime est accommodata. Nam pergit Pericles adfirmare: Fieri enim posse, ut non minus res gerendæ præter opinionem male succedant, quam hominum sententiæ errore impediantur. Eandem interpretationem jam Valla protulit atque etiam Scholiastes sequitur.—Porro in verbis: ὅσα ἂν παραλόγως ξυμβῇ, εἰώθαμεν αἰτιᾶσθαι—codices Aug. Bas. Mosqu. Vindob. Cl. Cass. Gr. et tres Pariss. nos legere jubent: ὅσα ἂν παρὰ λόγον ξυμβῇ. Quæ lectio aptissima etiam a Kistemakero probatur.—In verbis: δίκας μὲν τῶν διαφόρων ἀλλήλοις διδόναι—septem codd. etiam postulant lectionem: τῶν διαφορῶν ἀλλήλοις—. Utraque dicendi ratio in Thucydide est obvia atque etiam similem sensum profert.—In verbis: τὸ γὰρ βραχὺ τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει τὴν βεβαίωσιν—lectionem elegantiorem: τὸ γὰρ βραχύ τι τοῦτο—undecim codices exhibent. Quare tot codicum lectionem Gailius doctissimus jure recepit.—In verbis ultimis: ἄλλο τι μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε, ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσοντες· ἀπισχυρισάμενοι δὲ, σαφὲς ἂν καταστήσητε αὐτοῖς—legendum est: καὶ τοῦτο ὑπακούσαντες—sicut quatuordecim codices Marg. Ar. C. Cass. Gr. Dan. Reg. Aug. Vindob. et quinque Pariss. postulant. Sed in Gailii notis non injectam esse codicis Regii mentionem animadverto, quem ille litera: G. indicat. Non autem illud: ὑπακούσαντες futuri significatione usurpatum puto, sed de præterito tempore intelligo. Indicat nempe Pericles, mox graviora ipsis mandata a Spartanis impositum iri, quando in hoc jam de Megarensi-

bus postulato ipsis quasi timore impulsi morem gesserint. Denique in verbis: καταστήσητε αὐτοῖς—melior et aptior erit lectio: καταστήσαιτε αὐτοῖς—, sicut jam Tusanus conjecit, atque etiam in duobus Pariss. et Bas. exhibetur. Illorum librorum lectio, qui scribunt: καταστήσετε et καταστήσητε, ex eadem lectione vera: καταστήσαιτε—originem traxisse videtur. Eodem quoque respicit lectio Vindob. codicis: καταστήσατε.

Cap. 141. Αὐτόθεν δὴ διανοήθητε, ἢ ὑπακούειν—. Valla videtur legisse: Αὐτὸ δὲ δὴ διανοήθητε, quia Latine vertit hunc locum: *atque hoc reputate*. Sed præferenda est lectio recepta. Illud: αὐτόθεν—respondet h. l. Ciceroniano: *Quæ cum ita sint*. Ita Thucydides lib. VI. c. 71. eandem particulam adhibuit: χειμών τε γὰρ ἦν, καὶ τὸν πόλεμον αὐτόθεν (propterea) ποιεῖσθαι οὔπω ἐδόκει δυνατὸν εἶναι. Constat, Latinorum: *inde* etiam eodem sensu usurpari.—In verbis: ἥ τε μεγίστη καὶ ἡ ἐλαχίστη δικαίωσις—haud dubie tollenda est decem codd. auctoritate vocula: ἡ ante: ἐλαχίστη. Gailius etiam h. l. codicis regii ab aliis laudati non mentionem injecit.

Cap. 144. Ἄλλα καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἐκλείποντες—τόν τε βάρβαρον ἀπεώσαντο—. Cum Vindob. adhuc quatuordecim codices postulant, ut edatur: τὰ ὑπάρχοντα ἐκλιπόντες—. Neque intelligo, quid efficacius lectioni: ἐκλείποντες, Wassii opinione, insit, cum aperte tempus præteritum respiciatur.

Libri II. Cap. 3. Οἱ δὲ Πλαταιῆς, ὡς ᾔσθοντο ἔνδον τε ὄντας τοὺς Θηβαίους—. Cum Vindob. adhuc quatuordecim codices antiquorum Atticorum more postulant lectionem: οἱ δὲ Πλαταιεῖς—. Ita etiam plurimi libri capite quarto, quinto et nono scribunt, quamvis in capite 5. et cap. 9. adhuc edatur: Πλαταιῆς. Conf. dicta ad lib. I. cap. 103.

Cap. 4. Καὶ αἱ θύραι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ. Tredecim libri legunt: καὶ αἱ πλησίον θύραι—. Stephanus quidem superfluum habet illud: πλησίον. Sed mihi apto loco positum et recipiendum esse videtur. Nam illo: αἱ πλησίον θύραι indicantur anteriores domicilii januæ, quæ jam posticis opponuntur, per quas Thebani exitum sperabant. Ceterum cum Bavero hæc verba in parenthesi posita esse censeo.—In verbis: ὁρῶντες αὐτοὺς δὲ οἱ Πλαταιεῖς—multi codices alio et magis consueto ordine legunt: ὁρῶντες δὲ οἱ Πλαταιεῖς αὐτούς.—Denique in verbis: ξυνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι σφᾶς τε αὐτοὺς παραδοῦναι καὶ τὰ ὅπλα—plurimorum codicum auctoritate particula: τε omitti debet et legendum est: τοῖς Πλαταιεῦσι παραδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα—.

Cap. 5. Καὶ τὸν ποταμὸν μόγις διαβάντες ὕστερον παρεγένοντο—. Præfero octo codicum lectionem: ποταμὸν μόλις διαβάντες—. Nam si illud: μόλις sæpe indicat i. q. βραδέως, ut antiqui Grammatici testantur, huic loco est aptissimum. Eodem sensu adfuit hæc particula lib. I. c. 69: μόλις δὲ νῦν τε ξυνήλθομεν, *sero nunc convenimus*.—In verbis: ὅτι οὔτε τὰ πεποιημένα ὁσίως δράσειαν—admittendam censeo decem codicum lectionem: ὅσια δράσειαν—. Nam illud: ὅσια δρᾶν sæpe occurrit apud optimos scriptores Græcos.

Cap. 6. Ἠγγέλθη εὐθὺς τὰ παρὰ τῶν Πλαταιέων γεγενημένα—. Meliorem puto esse sex codicum lectionem: τὰ περὶ τῶν Πλαταιέων—. Nam illud: παρὰ, quia non ad: ἠγγέλθη, sed ad: γεγενημένα deberet referri, h. l. minus quadrat. Aperte nuntius Platæensium primus respicitur, quo Athenienses de suo oppido a Thebanis capto certiores fecerunt. In Gailii ed. quatuor codices adferuntur, qui et: παρὰ et: περὶ omittunt. Sed fateor, me dubitare, ut satis adcurate horum codicum lectio sit laudata. Nam consilium doctissimi editoris, cum hos codices laudaret, tantum variam lectionem nonnullorum codicum: Πλαταίων, pro vera illa: Πλαταιέων respexisse videtur, quia inter codices, in quibus hæc particula: περὶ s. παρὰ non adfertur, etiam codicem Regium laudavit. Sed Dukerus adcurate de illo adnotavit, a prima manu scriptum: περὶ τῶν Πλαταιέων, sed inter versus a manu recent. adjectum legi: γρ. παρὰ—. In verbis: οὕτω δὴ οὐκ εἰδότες οἱ Ἀθηναῖοι ἐπέστελλον—recipienda est lectio: Ἀθηναῖοι ἀπέστελλον—, quam Stephanus jam ex conjectura commendaverat et quæ etiam in sex codd. Vindob. Ar. C. Dan. et duobus Pariss. reperitur.

Cap. 7. Λακεδαιμόνιοι μὲν πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις, ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας, τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις ναῦς ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι. Variam hujus loci et emendandi et explicandi rationem, cum maxima codicum pars lectionem: Λακεδαιμονίοις defendat, proposuerunt interpretes. Illam Stephani conjecturam, ut legatur: ἐπετάχθη, egregie codex Vindob. comprobavit.

Quia tamen in reliquis libris illud: ἐπετάχθησαν reperitur, forte hoc vocabulo in tres voces diviso, emendari debet: ναῦς ἐπετάχθη σ' ἂν ποιεῖσθαι, *naves ducentæ imperatæ sunt.* Illud: σ igitur positum esset pro: διακοσίας. Qui navium numerus tantum de fœderatis Italiæ et Siciliæ civitatibus deberet intelligi. Sed in universum naves a Lacedæmoniis paratæ, si illæ inprimis, quas ipsi Lacedæmonii et civitates in Peloponneso (vid. cap. 9.) et in eorum ditione sitæ possidebant, cum ducentis modo laudatis computantur, numerum quingentarum navium (ὡς ἐς τὸν πάντα ἀριθμὸν πεντακοσίων νεῶν ἐσομένων) efficiebant.—Dativus: Λακεδαιμονίοις tunc pro illo: ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, erit positus.

Cap. 8. Οὕτως ὀργῇ εἶχον οἱ πλέους τοὺς Ἀθηναίους—. Quatuordecim codicum lectio: οἱ πλείους τοὺς Ἀθηναίους—etiam a Kistemakero ut vera et Thucydidi magis consueta jure præfertur. Ita etiam capite sequenti: πλείους legitur.

Cap. 10. Περιήγγελλον κατὰ τὴν Πελοπόννησον καὶ τὴν ἔξω ξυμμαχίδα στρατιὰν παρασκευάζεσθαι ταῖς πόλεσι, τά τε ἐπιτήδεια—. Novem codices legunt: τὴν ἔξω ξυμμαχίαν—. Etiam Valla eandem lectionem in libris suis invenisse videtur. Nam vertit: *edixerunt sociis intra atque extra Peloponnesum.* In fine capitis antecedentis modo legebatur: ξυμμαχία μὲν αὕτη ἑκατέρων—ἦν —pro: ξύμμαχοι μὲν οὗτοι—. Puto igitur admittendam esse h. l. veram lectionem: τὴν ἔξω ξυμμαχίαν. Ut vero illud: τε ante: ἐπιτήδεια aliquid habeat, quo referatur, in antecedentibus, eadem particula: τε inserta, legendum censeo: παρασκευάζεσθαί τε ταῖς πόλεσι—. In ultimis verbis: καὶ ἀξιολογωτάτους παρεῖναι, τοιάδε ἔλεξε—cum Stephano quinque librorum Marg. Ar. C. Dan. Vindob. lectionem magis consuetam: καὶ ἀξιωτάτους παρεῖναι—præfero. Gailius doctissimus nullam plane lectionis varietatem de hoc vocabulo adnotavit. Quod sane mirum est, cum etiam Valla jam hanc lectionem: ἀξιωτάτους in sua interpretatione Latina expresserit: *maximeque digni, qui adessent.*

Cap. 11. Καὶ ἡμῶν αὐτῶν οἱ πρεσβύτεροι οὐκ ἄπειροι—. Decem codices mutato ordine legunt: καὶ αὐτῶν ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι—. Quæ lectio non est rejicienda, quia modo præcesserat: οἱ πατέρες ἡμῶν—. Quare cum vi quadam illi: ἡμῶν jam repetito præmittitur: αὐτῶν.—In verbis: οὐκ οὖν χρὴ—τούτων ἕνεκα ἀμελέστερόν τι παρεσκευασμένους χωρεῖν—quindecim codicum lectionem: τούτου ἕνεκα ἀμελέστερον—præferre debemus. Etiam Valla legisse: τούτου videtur, quia vertit: *Idcirco aliquid de apparatu belli remittatur.*—Ita etiam in verbis hujus capitis: τῷ δὲ ἔργῳ δεδιότας παρεσκευάσθαι—Vallæ liber et Vindob. cum aliis sexdecim codd. legere jubent: δεδιότας παρασκευάζεσθαι. Valla vertit: *cum metu se præparare.* Quæ lectio haud dubie est aptior et antecedenti: στρατεύειν bene respondet.—Denique in verbis: ἕπεσθ' ὅποι ἄν τις ἡγῆται—undecim codices lectionem meliorem: ὅπη ἄν τις ἡγῆται—suadent. Apud Homerum apte vocula: ὅπη respondet illi: τῇ, ut Iliad. μ. 48.: ὅππη τ' ἰθύσῃ, τῇ τ' εἴκουσι—. Etiam Dukerus in Lexico Thucyd. pluribus scriptorum Græcorum exemplis illud: ὅπη illustravit. Ita etiam adfuit lib. I. cap. 52.: ὅπη κομισθήσονται, et multorum librorum auctoritate infra lib. III. cap. 112. legendum est: ὅπη τράπωνται. Inprimis vero etiam illud: ὅπη ἂν—, quod in nostro loco occurrit, Hoogeveenus in opere suo: *De particulis Græcis*, egregie multorum scriptorum exemplis illustravit. Quare non audiendus est Stephanus, qui et h. l. et alibi in Thucydide legere jubet: ὅποι.

Cap. 12. Καὶ ἐκέλευον—ἀναχωρήσαντες ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἤν τι βούλωνται, πρεσβεύεσθαι—. Verissima est lectio quinque codicum Pariss. ἀναχωρήσαντας ἐπὶ τὰ σφέτερα—, quam vel ipsæ Grammatices regulæ postulant.—In verbis: ἐπειδὴ ἐπὶ τοῖς ὁρίοις ἐγένετο καὶ ἔμελλε διαλύεσθαι—tredecim codices scribunt: ἔμελλε διαλύσεσθαι. Cum utraque dicendi ratio defendi posset, prævalere debet plurium codicum auctoritas.

Cap. 13. Προηγόρευε τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὅτι Ἀρχίδαμος μέν οἱ ξένος εἴη, οὐ μέντοι ἐπὶ κακῷ γε τῆς πόλεως γένοιτο—. Hæc verba mihi non satis inter se connexa esse videntur. Forte Thucydides scripserat: ὅτι Ἀρχίδαμος, ὅς μέν οἱ ξένος εἴη—. *Archidamum, qui suus sit hospes, non talem malo civitatis esse futurum.*—In verbis: ἔς τε τὴν μάχην μὴ ἐπεξιέναι, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐσελθόντας φυλάσσειν—duodecim codices omittunt: τὴν ante: μάχην, quod, quia etiam in aliis locis sæpe omittitur, codicum auctoritate est ejiciendum.

Cap. 15. Ἵδρυται δὲ καὶ ἄλλα ἱερὰ ἀρχαῖα ταύτῃ—. Quindecim codices elegantiore

verborum ordine legere jubent: ἱερὰ ταύτῃ ἀρχαῖα—. In verbis: τῶν τυράννων οὕτω σκευασάντων—probabilem Dukeri conjecturam ex Hesychio prolatam, ut legatur: οὕτω κατασκευασάντων—tres codd. Pariss. egregie confirmant. Alii duo Pariss. legunt: κατασκευασθέντων—, in qua quidem falsa lectione saltem particula: κατὰ huic verbo est adjecta. Aliorum codicum lectio: κελευσάντων haud dubie ex interpretamento librariorum est orta.

Cap. 19. Οὐκ ἐδύναντο ἐλεῖν, οἵ τε Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἐπεκηρυκεύοντο—. Mihi verisimile esse videtur, Thucydidem olim scripsisse: οἵ γε Ἀθηναῖοι—. In verbis: χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων καλουμένων. καὶ καθεζόμενοι ἐς αὐτὸ—non negligenda est sex codicum lectio: χῶρον μέγιστον—, sicut etiam in capite sequenti legitur: ἅμα μὲν γὰρ αὐτῷ ὁ χῶρος ἐπιτήδειος ἐφαίνετο—. Iidem libri deinde cum duobus aliis codd. etiam legunt: καθεζόμενοι ἐς αὐτὸν—, quæ lectio aperte respicit: χῶρον μέγιστον—et cum priori digna est, quæ recipiatur.

Cap. 20. Ἅμα δὲ καὶ οἱ Ἀχαρνῆς, μέγα μέρος ὄντες—. Novem codices scriptura Thucydidi magis consueta et hoc loco et capite sequenti legere jubent: Ἀχαρνεῖς.—In verbis: τό, τε πεδίον τεμεῖν καὶ ἐς αὐτὴν τὴν πόλιν χωρήσεσθαι—ejicienda est particula: τε ante πεδίον quatuordecim codicum auctoritate, et pro: ἐς αὐτὴν edendum est: πρὸς αὐτὴν, ut jam totus ille locus ita emendatus legatur: τὸ πεδίον τεμεῖν καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν—. Particula: ἐς h. l. male inserta est a librariis, cum toties in hoc capite occurrat. Lectionem: πρὸς cum Vindob. et Valla simul etiam alii tredecim codices tuentur. Valla vertit: *et ad ipsam urbem accedi*—.

Cap. 21. Διὸ δὲ καὶ ἡ φυγὴ αὐτῷ ἐγένετο ἐκ Σπάρτης—. Longe aptior ideoque admittenda est decem codicum lectio: διὸ δὴ καὶ—. In verbis: ἀλλ' αὐτοῖς, ὡς εἰκὸς, τῆς γῆς τεμνομένης—sexdecim codicum auctoritate ejicitur vocula: τῆς; quæ sane dicendi ratione in Thucydide obvia abesse potest.—In verbis: ὧν ἀκροᾶσθαι ὡς ἕκαστος ὥρμητο—longe magis mihi placet cum Dukero sex librorum Cl. Mosqu. Cass. Reg. Aug. et unius Paris. lectio: ὡς ἕκαστος ὤργητο—, ut ita optime superstitiosorum vehemens cupiditas ex vatibus futura audiendi indicetur.—In ultimis verbis: ἀλλ' ἐκάκιζον, ὅτι στρατηγὸς ὢν, οὐκ ἐπεξάγοι· αἴτιόν τε σφίσιν ἐνόμιζον—mihi quidem particula: τε post: ἐκάκιζον excidisse videtur, ut ita respondeat alteri particulæ: τε post: αἴτιον. Forte jam Valla legerat: ἐκάκιζόν τε, ὅτι—. Nam vertit: *convitiabantur etiam*—. Contraria ratione, cap. 30. in verbis: ἐπί τε Κεφαλληνίαν τὴν νῆσον—legere malim: ἐπὶ δὲ Κεφαλληνίαν—.

Cap. 22. Μέχρις οὗ προσβοηθησάντων τοῖς Βοιωτοῖς τῶν ὁπλιτῶν—. Consuetudine Thucydidis legendum est cum quinque codicibus: μέχρι οὗ—. Vid. dicta ad lib. IV. c. 4. Etiam lib. II. c. 31. in verbis: μέχρις οὗ Νίσαια ἑάλω—trium codd. auctoritate nititur lectio melior: μέχρι οὗ—.

Cap. 24. Τριήρεις τε μετ' αὐτῶν ἐξαιρέτους ἑκατὸν ἐποιήσαντο—. Octo codicum auctoritate verborum ordo ita mutari debet: μετ' αὐτῶν ἑκατὸν ἐξαιρέτους ἐποιήσαντο—.

Cap. 26. Καὶ ἐν Ἀλώπῃ τοὺς βοηθήσαντας Λοκρῶν μάχῃ ἐκράτησεν—. Etiam Vindob. cum Cass. Ar. C. sicut Homerus, Hesychius, Stephanus Byzantinus aliique, confirmant lectionem magis veram: καὶ ἐν Ἀλόπῃ τοὺς—. Eandem scribendi rationem etiam falsa lectio codicis Dan.: Ἀκόπῃ indicat. De codd. Pariss. plane nihil adnotatum reperitur.

Cap. 29. Πείσειν γὰρ Σιτάλκην πέμπειν στρατιὰν Θρᾳκίαν Ἀθηναίοις—. Plurimi codices legunt: πέμψειν στρατιὰν—, atque etiam falsæ lectiones: πέμψειν et: πέμψαν ad hanc lectionem: πέμψειν confirmandam conducunt. Quare non negligenda esse videtur hæc lectio, quamvis sit minus consueta. Nam illi futuro: πέμψειν inesse videtur promissio a Sitalce, Nymphodori opera facta, *se fore paratum ad exercitum auxilio mittendum* Atheniensibus, si illo indigerent. Nam vere ab illo hunc Thracum exercitum auxilio esse missum, non constat.

Cap. 30. Καὶ παραδιδόασιν Παλιρεῦσι Ἀκαρνάνων μόνοις τὴν γῆν—. Octo codices legunt: Παλαιρεῦσιν—, quæ vera est hujus urbis: Πάλαιρος incolarum scriptura, sicut Strabo lib. X. testatur.

Cap. 31. Ἔτυχον γὰρ ἤδη ἐν Αἰγίνῃ ὄντες—. Particulam: ἤδη h. l. interpretamentis librariorum adnumero, qua facile supersedere possumus. Deest illud: ἤδη in codicibus Cl. Cass. Aug. Mosqu. et tribus Pariss. Etiam Scholiastes ignorat hanc particulam. Nam caput Scholii est: ἔτυχον γὰρ ἐν Αἰγίνῃ. Neque etiam Valla legisse hanc particulam videtur. Nam vertit: *Apud Æginam autem tunc erant.* Illud: *tunc* re-

fero tantum ad interpretationem verbi: ἔτυχον.—In verbis: ἐγένοντο δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ ὕστερον—non tantum uncinis includenda, sed plane ejicienda est vocula: πολλαί. Nam codices Vindob. Bas. Mosqu. Cass. Reg. Cl. Gr. quinque Pariss. et Vallæ liber eam ignorant. Neque hac vocula opus est, quia adjecta vocabula: κατὰ ἔτος ἕκαστον—jam idem indicant.

Cap. 32. Μετὰ τὴν τῶν Πελοποννησίων ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀναχώρησιν—. Articulus: τὴν, qui olim omittebatur, omnium fere codicum auctoritate est adjectus. Sed illud: τῶν sex codices ignorant neque in hoc loco, ubi tam frequens occurrit articulus, desiderabitur.

Cap. 33. Ἄνδρας τε ἀποβάλλουσι σφῶν αὐτῶν, ἐπιθεμένων ἀπροσδοκήτως τῶν Κρανίων. Memoratu dignissima neque rejicienda est octo codicum Cass. Gr. Mosqu. Aug. et quatuor Pariss. lectio: ἐπιθεμένων ἀπροσδοκήτοις τῶν Κρανίων. Haud dubie elegantior est hæc dicendi ratio atque etiam alibi Thucydides hoc sensu vocabulum: ἀπροσδόκητος adhibuit. Lib. VI. c. 69. legitur: οἱ δὲ Συρακούσιοι ἀπροσδόκητοι μὲν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἦσαν ὡς ἤδη μαχούμενοι—. Ad eandem lectionem: ἀπροσδοκήτοις etiam alii codices respiciunt. Ita cod. Bas. habet: ἀπροσδόκητοι, et Cl.: ἀπροσδοκήτους.—In antecedentibus verbis pro vulgata lectione: τεσσαράκοντα ναυσὶ Valla in codice suo legisse videtur: πεντήκοντα ναυσί. Nam vertit: *quinquaginta navibus.* Nulla tamen lectionum varietas in reliquis libris h. l. est adnotata.

Cap. 34. Ἐπειδὰν δὲ [καὶ] ἡ ἐκφορὰ ᾖ—. Cum Vindob. adhuc alii septemdecim codices ignorant particulam: καί, plane superfluam; quare non amplius est retinenda. Eodem modo etiam in verbis: ἔνεστι δὲ καὶ τὰ ὀστᾶ, ἧς ἕκαστος ἦν φυλῆς—particula: καὶ non apto loco est posita haud dubie a librariis nonnullis adsuta, quam quoque decem codices, Cl. Gr. Cass. Aug. Mosqu. et quinque Pariss. omiserunt.—In verbis: δοκῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι καὶ ἀξιώματι προήκῃ—plurimi codices, Vindob. Marg. Cl. Gr. Cass. Aug. Mosqu. Basil. et sex Pariss. pro illo: ἀξιώματι legere jubent: ἀξιώσει προήκῃ. Ita idem vocabulum infra cap. 37. in verbis: κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν, ὡς ἕκαστος ἐν τῷ εὐδοκιμεῖ—et aliis locis usurpatur.

Cap. 35. Ἐμοὶ δ' ἂν ἀρκοῦν ἐδόκει εἶναι—. Cum Scholiasta et undecim codicum auctoritate scribendum est: ἐμοὶ δὲ ἀρκοῦν ἂν ἐδόκει—.

Cap. 36. Πρέπον δὲ ἅμα ἐν τῷ τοιῷδε τὴν τιμὴν ταύτην τῆς μνήμης δίδοσθαι—. Magis mihi placet sex codicum lectio: τὴν τιμὴν ταύτης τῆς μνήμης. Nam major vis inest lectioni: ταύτης, *talis memoriæ* (laude plenæ) *honorem.*

Cap. 37. Παράδειγμα δὲ αὐτοὶ μᾶλλον ὄντες τισὶν, ἢ μιμούμενοι ἑτέρους. Pro: τισὶν haud dubie legendum est: τινὶ, sicut jam Stephanus censuit, quia talis dicendi ratio magis consueta sit Thucydidi. Eadem observatio me retinuit, quo minus lib. VIII. c. 76. in verbis: καὶ εἴ τινα τῶν τριηράρχων ὑπώπτευον—lectionem octo codicum: εἴ τινας τῶν—recipiendam esse censerem. Conf. dicta ad lib. I. c. 23. et c. 37. Lectionem: τινὶ codices Bas. Aug. Reg. Cass. Cl. Gr. unus Paris. atque etiam Valla tuentur. Nam Valla vertit: *Ipsi potius alteri exemplar*—. Præterea plurimi codices mutato ordine verba prima legere jubent: δὲ μᾶλλον αὐτοὶ ὄντες—.

Cap. 40. Πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον ἐν καιρῷ ἢ λόγου κόμπῳ χρώμεθα. Baverus doctissimus sequitur Scholiastæ et Vallæ sententiam et verba: ἔργου ἐν καιρῷ sensu cohærere censet. Mihi vero Gottleberi præstantissimi interpretatio magis placet, qui verba: πλούτῳ ἔργου inter se conjungit. Nam aperte: λόγος vocabulo: ἔργον etiam in aliis scriptorum locis opponitur, et verbo: πλοῦτος illud: κόμπος respondet. Πλοῦτος ἔργου nihil aliud indicat, quam labores sumtuosos, in quibus perficiendis non sumtibus parcitur quam plurimis. Simili ratione capite 41. λόγων κόμπος et ἔργων ἀλήθεια opponuntur. In multis quidem codicibus deest particula: ἐν ante vocabulum: καιρῷ. Quia tamen Scholiastes eam particulam legisse videtur, atque ea in nonnullis saltem superest codicibus, non h. l. videtur esse omittenda, quamvis illius omissio non hujus loci sensum mutaret neque dicendi consuetudini esset contraria.

Cap. 41. Ξυνελών τε λέγω, τήν τε πᾶσαν πόλιν—. Mihi non est verisimile, Thucydidem ita frequentasse particulam: τε hoc loco, ut plane non inter se cohæreat. Quare puto, legendum esse: ξυνελόντι λέγω, τήν τε πᾶσαν—. Nam constat optimorum scriptorum testimoniis, quam sæpe apud illos locutio elliptica: συνελόντι (sc. λόγῳ) εἰπεῖν s. λέγειν occurrat.—In verbis: τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ' εἴδη—plurimorum codicum, etiam Vindob. et Scholiastæ consensus postulat, ut legatur: ἐπὶ πλεῖστ' ἂν

εἴδη—. Nam satis constat, particulam: ἂν non sine apto sensu cuilibet loco quidem proprio sæpius in uno eodemque membro repeti posse. Hoc loco etiam orator conjecturam suam de Atheniensibus, quales in posterum, quamquam incertum erat, futuri sint, apte repetitæ particulæ: ἂν adnectit. In verbis: τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει—verissimam habeo Dukeri et Baveri interpretationem, ut: ἔχει pro: παρέχει positum censeamus. Cui explicationi quoque Scholiastes favere videtur et Vigeri editores in ejus libro de Græcæ linguæ idiotismis jam satis confirmarunt exemplis, quam sæpe: ἔχειν pro: παρέχειν apud Græcos scriptores occurrat.—In verbis denique: τῶν δ' ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἡ ἀλήθεια βλάψει consuetam Thucydidi breviloquentiam deprehendo. Kistemakerus censet quidem in parenthesi hæc verba esse posita. Sed ejus sententiæ tamen hoc obesse videtur, quod verba: τῶν δ' ἔργων—aperte ad antecedentia: ἔπεσι μὲν—respiciunt. Puto igitur, ad verba: τῶν δ' ἔργων—ex antecedenti: ὅστις—supplendum atque intelligendum: οὗ seu: ὅτου—*cujus vero opinionem de præclare factis excitatam ipsa rerum gestarum veritas lædet et refutabit.*

Cap. 42. Τῶνδε δὲ οὔτε πλούτου τὶς τὴν ἔτι ἀπόλαυσιν προτιμήσας ἐμαλακίσθη. Quamquam lectionem: οὔτε πλούτῳ τὶς—improbat Stephanus, quæ occurrit in sexdecim codicibus, Marg. Bar. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Cass. Aug. et septem Pariss., tamen hæc lectio: πλούτῳ, tot codicum auctoritate confirmata, recipi debet et optime respondet in sequentibus simili dativo: πενίας ἐλπίδι. Mecum sentiunt etiam recentissimi hujus scriptoris interpretes.—In verbis: ἠβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι—negligendus esse videtur Atticismus codicum auctoritate et legendum: ἐβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ—, sicut non solum Dionysius Halicarn. sed etiam codices Bas. Cass. Gr. Aug. et duo Pariss. exhibent. Similis codicum lectio occurrebat lib. I. c. 34. et c. 93. Ita etiam Thucydides non semper Atticorum more scripsit: ἠδύνατο. Quamvis enim ita edatur infra cap. 52. tamen septem codicum auctoritate ibi legendum censeo: ἔθαπτον δὲ ὡς ἕκαστος ἐδύνατο. Sed ibi quoque nullam lectionis varietatem adnotavit Gailius celeberrimus.—Verba denique: καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνασθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι ἢ τῷ ἐνδόντες σώζεσθαι—ita explico, ut cum Scholiasta ad illud: ἐν αὐτῷ ex antecedentibus suppleam: ἔργῳ—et in illo: τῷ ἐνδόντες constructionem verborum mutatam putem, pro: ἢ τῷ τῷ ἐνδοῦναι. Qualis constructionis varietas sæpe in Thucydide est obvia, cum inprimis participium sæpe infinitivi loco a Græcis ponatur. Ceterum simul cum Dionysio Halicarn. omnes fere codices h. l. postulant lectionem: τῷ ἀμύνεσθαι.

Cap. 44. Ὧν ἄν τις μὴ πειρασάμενος ἀγαθῶν στερίσκηται. Jure Baverus aptissimam multorum librorum lectionem: μὴ πειρασόμενος ἀγαθῶν—prætulit, quam etiam Vindob. duo Pariss. et Vallæ liber retinuerunt. Nam Valla vertit: *nunquam potituri.*—In verbis: ἰδίᾳ τε γὰρ τῶν οὐκ ὄντων λήθη—duodecim codices alio verborum ordine: ἰδίᾳ γάρ τε τῶν οὐκ—utuntur. Mihi quidem alienum illud: τε ab hoc loco esse videtur. Longe melius quadrat: ἰδίᾳ γὰρ δὴ τῶν—et ita initio quidem Thucydidem scripsisse censeo.—In verbis denique: καὶ τῇ πόλει διχόθεν ἔκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ ξυνοίσειν amplector Dukeri sententiam, ut cum quatuordecim libris, Cl. Gr. Cass. Dan. Aug. Mosqu. Bas. Vindob. et sex Pariss. legatur: ἀσφαλείᾳ ξυνοίσει. Quæ lectio amovet omnem interpretandi hujus loci difficultatem.

Cap. 45. Φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον—. Gailius doctissimus emendavit: πρὸς τὸν ἀντίπαλον, nulla mentione de lectionis varietate in h. l. facta, cum tamen cod. Reg. inter Pariss. saltem cum quatuor aliis codd. legerit: πρὸς τὸ ἀντίπαλον. Præter codd. non solum dicendi consuetudo Thucydidi propria defendit lectionem: τὸ ἀντίπαλον, sed sequentia etiam hujus loci verba: τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν, quæ aperte illi: πρὸς τὸ ἀντίπαλον sunt opposita.

Cap. 46. Ἡ πόλις μέχρις ἥβης θρέψει—. Lego quinque codicum auctoritate: μέχρι ἥβης, sicut solet Thucydides scribere. Conf. dicta ad lib. II. c. 22. et lib. IV. c. 4.

Cap. 49. Λύγξ τε τοῖς πλείοσιν ἐνέπιπτε κενή—. Plurimi libri legunt: ἐνέπεσε κενή—, quod jure prætulit Gailius. Nam ille aoristus h. l. simul verbum: *solere* involvit, et ita apte cum reliquis imperfectis conjungitur. Sed alium locum, quam ante: κενὴ, non adsignassem cum Gailio huic vocabulo, quia codd. consensus refragatur.—In verbis: τὰ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκαίετο, ὥστε μήτε—quatuor codicum, Cass. Mosqu. Aug. et unius cod. Paris. lectionem magis Atticam: οὕτως ἐκάετο—cum Dukero præfe-

rendam esse censeo.—In verbis: ἀπαύστῳ τῇ δίψῃ ξυνεχόμενοι—mutatum verborum ordinem: τῇ δίψῃ ἀπαύστῳ—plurimi codices postulant.—In verbis: οἱ πολλοὶ ὕστερον δι' αὐτὴν ἀσθενείᾳ διεφθείροντο—undecim codices legunt: ἀσθενείᾳ ἀπεφθείροντο—. Quæ lectio multo minus est negligenda, quia modo præcesserat: ὥστε ἢ διεφθείροντο—. Nam constat verborum variorum inopia non laborare Thucydidem.—Denique pro verbis: κατέσκηπτε γὰρ καὶ ἐς τὰ αἰδοῖα—plurimorum codicum auctoritate legendum esse videtur: κατέσκηπτε γὰρ ἐς αἰδοῖα—. Nam omnes fere libri ignorant voculam: τὰ, atque in optimis codicibus etiam copula: καὶ deest.

Cap. 51. Ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα, ὡς εἰπεῖν—Plurimi libri legunt: ἕν τε οὐδὲ ἓν κατέστη—, quod quia magis Atticum est, cum Kistemakero præferendum censeo. Quia vero illud: ἓν simul adjectum est huic: οὐδὲ ἓν et superfluum esse videtur, cum tamen horum verborum vim augeat: *ne unicum quidem medicamentum*, non sine causa Scholiastes hanc dicendi rationem adpellat: τὸ σχῆμα καινοπρεπές.

Cap. 53. Ὅ, τι δὲ ἤδη τε ἡδὺ καὶ πανταχόθεν τὸ ἐς αὐτὸν κερδαλέον—. Gottleberus jure edere voluit: τὸ ἐς αὐτὸ κερδαλέον—, sed nondum recepta est hæc lectio in editionibus recentissimis. Cum Vindob. etiam Ar. Cl. C. Gr. Dan. Reg. Cass. Aug. Ald. Flor. Bas. et adhuc tres Pariss. hanc lectionem tuentur. Ita etiam Kistemakerus legere jussit. Tamen mihi non placet Kistemakeri explicatio, qui illud: ἐς αὐτὸ vertit: *in præsens*. Malim illud: ἐς αὐτὸ referre ad antecedens: ἡδὺ, *et quod quisque ad hanc voluptatem utile sciebat*.—In verbis: τὸ μὲν, κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μὴ—τῶνδε ἁμαρτημάτων οὐδεὶς ἐλπίζων μέχρι τοῦ—puto illud: τῶνδε—mutandum esse in: τὸ δὲ, ἁμαρτημάτων—, ut antecedenti: τὸ μὲν—respondeat: τὸ δὲ—*partim, partim*—. Jam Baverus doctissimus talem suadebat emendationem, ut ex ejus verbis ad hujus loci explicationem prolatis conjicere licet.

Cap. 54. Ὅ, τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν—. Cum Scholiasta adhuc decem codd. legere alio verborum ordine jubent: ὅ, τι ἄξιον καὶ εἰπεῖν—.

Cap. 57. Ὅσον δὲ χρόνον οἵ τε Πελοποννήσιοι ἦσαν ἐν τῇ γῇ τῶν Ἀθηναίων—. Vera lectio hujus loci esse videtur: Ὅσον τε χρόνον οἱ Πελοποννήσιοι ἦσαν ἐν τῇ γῇ τῇ Ἀθηναίων—. Illud: ὅσον τε—exhibent sex codices. Particulam: τε ante: Πελοποννήσιοι omittunt novem codices, et lectionem: τῇ γῇ τῇ Ἀθηναίων—quoque novem codices confirmant.

Cap. 59. Καὶ παρελθὼν ἔλεξε τοιάδε. Codicum auctoritate haud dubie edendum est: παρελθὼν δὲ ἔλεξε—, sicut etiam Kistemakerus suasit. Nam in decem codd. deest copula: καί. Loco illius copulæ autem octo codices legunt: παρελθὼν δὲ—.

Cap. 60. Ὃς οὐδενὸς ἥσσων οἴομαι εἶναι—. Elegantiore verborum ordine Scholiastes cum decem codd., non improbante Wassio, legit: οὐδενὸς οἴομαι ἥσσων εἶναι—. In verbis: ἐν ἴσῳ, εἰ καὶ μὴ ἐνεθυμήθη—etiam septem codices meliorem verborum ordinem: ἐν ἴσῳ καὶ, εἰ μὴ ἐνεθυμήθη—suadent. Denique in verbis ultimis: οὐκ ἂν εἰκότως νῦν γε τοῦ ἀδικεῖν αἰτίαν φεροίμην—tredecim libri etiam mutare verborum ordinem jubent, ut particulis minus connexis legatur: νῦν τοῦ γε ἀδικεῖν—.

Cap. 61. Ὁ ὑμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις—γεγένηται—. Cum Valla octo codices legunt: ὃ ἡμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις—. Valla enim vertit: *id, quod nobis cum circa alia—usu venit.*—Præfero hanc lectionem, quia magis mitigat Periclis cives suos reprehendentis sententiam.

Cap. 62. Καὶ προσέτι διασώσαντες παρέδοσαν ἡμῖν αὐτὰ—. Quindecim libri legunt: παρέδοσαν ὑμῖν αὐτὰ—. Modestiæ Periclis, qui non sibi, sed civibus suis, civitatem tam potentem a majoribus esse traditam adfirmat, hæc lectio: ὑμῖν magis est adcommodata.

Cap. 64. Ἐπιγεγένηταί τε, πέρα ὧν προσεδεχόμεθα, ἡ νόσος ἥδε—. Gailius quidem doctissimus revocavit lectionem vulgatam: ἐπεὶ γεγένηται. Sed mihi magis placet illa Gottleberi subtilissimi emendatio: ἐπιγεγένηται—, quæ aptum admittit sensum, quæ multorum codicum consensu nititur et meliorem quoque conjunctionem particulis: τε et: καὶ in verbis: ἐπιγεγένηταί τε—et: καὶ δι' αὐτὴν—conciliat.

Cap. 65. Ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς τε ἐς αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν. Ita Gottleberus doctissimus ex Valckenarii sententia et trium codicum auctoritate edidit. Mihi tamen nondum satis certa esse videtur hæc emendatio, cum reliqui codices magno numero adhuc defendant lectionem olim receptam: τῆς τε ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς—atque eandem quoque Scholiastes tueatur. Quodsi vero de illa observatione argutari velimus,

particulam: ἐπὶ inprimis apud Atticos significare: *contra*, si verbis motum ad locum quendam significantibus adjiciatur, certe ea non obest huic loco, cum Athenienses tunc temporis ira pleni contra Periclem communia de eo lacessendo et puniendo consilia agitarent.—In verbis: ὧν δὲ ἡ ξύμπασα πόλις προσεδεῖτο—elegantior et Thucydidi magis consuetus verborum ordo: ὧν δὲ ξύμπασα ἡ πόλις—novem codicum auctoritate defenditur.—In verbis: ἐπειδή τε ὁ πόλεμος κατέστη—undecim codd. suadent lectionem: ἐπεί τε ὁ πόλεμος—. Quod eo facilius potest admitti, quia statim eadem particula: ἐπειδὴ adjicitur in verbis: καὶ ἐπειδὴ ἀπέθανεν—. Pro illo: ἐγίγνετό τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ δὲ—Thucydides scripsisse videtur: ἐγίγνετό γε λόγῳ μὲν—. In verbis autem: ἀλλὰ κατὰ τὰς ἰδίας διαφορὰς περὶ τῆς τοῦ δήμου προστασίας—Stephani suasu inprimis retenta est lectio: διαφορὰς—, cum tamen vetus ejus codex cum Gr. Cl. Mosqu. Aug. et sex Pariss. legere jubeant: τὰς ἰδίας διαβολὰς—*propter calumnias ab ipsis contra se invicem de imperio in populum exercendo excogitatas.* Equidem censeo, non jure rejectam esse lectionem: διαβολὰς—, cum tota oratio contexta et ipsa illorum temporum historia nos cogant illas inprimis calumnias contra Alcibiadem ab ejus inimicis prolatas respicere, de quibus agitur lib. VI. c. 29. et aliis locis, et quibus,cum ad Spartanos aufugeret Alcibiades, tam infelix exitus bello contra Syracusanos gesto et toti Atticæ ingens malorum Ilias parabatur. Altera igitur lectio minus verisimilis: διαφορὰς—ex verbis Thucydidis in sequentibus statim adjectis: κατὰ τὰς ἰδίας διαφορὰς περιπεσόντες—, ubi in universum de dissidiis civium internis agit, orta esse videtur. Non verisimile est, Thucydidem, cui tanta verborum copia est propria, mox eadem verba in diversa narratione repetiisse. Satis autem constat, inter Athenienses nihil frequentius ad viros principes omni auctoritate privandos esse adhibitum, quam turpes inimicorum calumnias, contra illos in populi mutabilis concione prolatas.—Denique in verbis: τοῦ ναυτικοῦ τῷ πλέονι μορίῳ—lego quinque librorum consensu: τῷ πλείονι μορίῳ—et in verbis: τῶν ξυμμάχων ἔτι τοῖς πλέοσιν etiam amplector octo codd. lectionem: τοῖς πλείοσιν. Ita enim postulat scribendi consuetudo in Thucydide obvia. Conf. dicta ad lib. II. cap. 8.

Cap. 67. Λέαρχος ὁ Καλλιμάχου, καὶ Ἀμεινιάδης ὁ Φιλήμονος παρὰ τῷ Σιτάλκῃ—. Plurimi codices omittunt articulum: ὁ ante duo vocabula: Καλλιμάχου et: Φιλήμονος. Neque negari potest, interdum articulum in tali verborum nexu a Græcis scriptoribus omitti. Quare non negligendus est h. l. tot codicum consensus. In editione Gailii ante: ἐκέλευσεν ἐκείνοις παραδοῦναι—deest copula: καὶ ante: ἐκέλευσεν, quam ad plenum hujus loci sensum necessariam esse puto.

Cap. 68. Διδόασιν ἑαυτοὺς Ἀκαρνᾶσι καὶ προσεκαλέσαντο ἀμφότεροι Ἀθηναίους—. Aptissima est codd. Ar. C. Ald. Marg. Flor. Bas. Cl. Gr. Dan. Cass. Aug. et quatuor Pariss. lectio: καὶ προσπαρακαλέσαντες ἀμφότεροι—et digna, quæ recipiatur. Particula: καὶ, quæ h. l. notat: *etiam*, huic lectioni obesse non potest. Etiam duo codd. Pariss. qui exhibent: καὶ προσκαλέσαντες, ad illam codicum lectionem magis confirmandam conferunt.

Cap. 70. Ἀνηλωκυίας τε ἤδη τῆς πόλεως δισχίλια τάλαντα ἐς τὴν πολιορκίαν—. Articulum: τὴν octo codices omittunt. Quem tamen, nisi plurium codicum auctoritas accesserit, adhuc retinendum esse puto.—In verbis: ἐξῆλθον ἔς τε τὴν Χαλκιδικὴν—novem codd. legunt: ἐπὶ τὴν Χαλκιδικὴν—Quæ lectio non sine causa a Wassio probatur. Nam indicat illud: ἐπὶ, eos versus agrum Chalcidicum iter suscepisse, qua parte quisque potuerit.—In verbis: ἐνόμιζον γὰρ ἂν κρατῆσαι τῆς πόλεως, ἢ ἐβούλοντο—ad marginem cod. Dan. legitur: εἰ ἐβούλοντο—. Ita etiam legit Valla, quia vertit: *si voluissent.* Negari non potest, hanc lectionem: εἰ esse huic loco aptissimam.—In capite sequenti 71. ubi legitur: στρατεῦσαί τε μηδένα ποτὲ ἀδίκως ἐπ' αὐτούς, μήδ' ἐπὶ δουλείᾳ—, forte scripserat Thucydides: μήτ' ἐπὶ δουλείᾳ—, quia antecesserat: στρατεῦσαί τε—. Sæpe enim librarii particulam: μηδὲ et: μήτε permutarunt, sicut etiam in eodem capite pro: οὐδ' ἄξια in Dionysio Halic. ubi hunc locum excerpsit, male legitur: οὔτ' ἄξια.

Cap. 72. Ἀρχίδαμος ὑπολαβὼν εἶπεν. Sequor sex codd. Pariss. lectionem: ὑπολαβὼν εἶπε—. In verbis: καὶ τάδε ἡμῖν ἀρέσκει—cum Kistemakero magis convenientem orationi contextæ puto esse lectionem: ἡμῖν ἀρκέσει—, sicut Dionysius Halic. Valla, cod. Marg. Vindob. Dan. et tres Pariss. legerunt.—In verbis: οἰκίας παρά-

δοτε ἡμῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις—elegantiorem verborum ordinem exhibent codices C. Cass. Gr. et septem Pariss. οἰκίας ἡμῖν παράδοτε τοῖς Λακεδαιμονίοις—. In verbis: ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ, ἀποδώσομεν. μέχρι δὲ τοῦ δὲ ἕξομεν παρακαταθήκην—tredecim codicum auctoritas, Dionysii Halicarn. et Vallæ consensus cogunt nos ita emendare hunc locum: ἀποδώσομεν ὑμῖν, ἃ ἂν παραλάβωμεν. μέχρι δὲ τοῦδε ἕξομεν—. Quæ omnia huic loco sunt aptissima.

Cap. 73. Ἀθηναῖοι φασὶν ἐν οὐδενὶ ἡμᾶς προέσθαι—. Melius quadrat: ὑμᾶς προέσθαι—, quia legati reduces facti civibus suis, quæ egerint et sibi mandata sint, renuntiant. Ita vero cum Valla legunt cod. Cl. et sex Pariss.—Valla vertit: *Neque—inquiunt Athenienses, se permisisse vobis injuriam fieri.*

Cap. 76. Ἐκ τοῦ ἐντὸς ἐς τὴν πόλιν μηνοειδὲς προσῳκοδόμουν. Mutato verborum ordine secundum plurimorum codicum auctoritatem legendum est: ἐκ τοῦ ἐντὸς μηνοειδὲς ἐς τὴν πόλιν προσῳκοδόμουν.—In verbis: ὑπὲρ τοῦ τείχους, ἀνελκύσαντες ἐγκαρσίως—similis codicum plurimorum consensus, quibus etiam Vindob. et Vallæ liber sunt adnumerandi, postulat, ut edatur: ἀνελκύσαντες ἐγκαρσίας—. Cum illud ad: δοκοὺς μεγάλας sit referendum, haud dubie aptior horum verborum sensus existit, ut ea de trabibus transversis ex muro demissis intelligantur. Verum est quidem, in vocabulo: ἐγκάρσιος etiam occurrere terminationem: ος feminino genere usurpatam. Sed in aliis etiam adjectivis utroque modo diversi scriptores et communi genere terminationem: ος usurpant et aliam quoque feminini generis adhibent flexionem. Gailius doctissimus tamen de illa tacet lectionis varietate in vocabulo: ἐγκαρσίως obvia, quamvis etiam cod. Regins legerit: ἐγκαρσίας.

Cap. 78. Μέρος μέν τι καταλιπόντες τοῦ στρατοῦ, τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες, περιετείχιζον τὴν πόλιν—. Duodecim codices legere jubent: καταλιπόντες τοῦ στρατοπέδου. Nam constat, in Herodoti et Thucydidis scriptis vocabulum: στρατόπεδον etiam *de exercitu* usurpari. Verba autem sequentia: τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες—non sine causa interpretamentis librariorum adnumeramus. Nam sunt inepta, quia in sequentibus demum de exercitu in varias urbes dimisso agitur. Stephanus, cum ea tantum superflua haberet, propterea pro illo: λοιπὸν legere malebat: πλεῖον, quæ lectio etiam in uno Paris. reperitur. Sed neque Scholiastes neque alii septem codices, Ar. C. Cl. Dan. Aug. Mosqu. et unus Paris. hæc verba: τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες—attulerunt. Denique particula: μὲν in verbis: μέρος μὲν, si omissa sunt hæc verba, apte potest ad sequentia: τάφρος δὲ ἐντὸς—referri.—In verbis: καὶ πλῆθος τὸ ἀχρεῖον τῶν ἀνθρώπων—memoratu dignissima est novem codicum lectio: τὸ ἄχρηστον τῶν ἀνθρώπων—, quæ parem vulgatæ lectioni sensum fundit.

Cap. 79. Προπεμψάντων δὲ ἐς Ὄλυνθον τῶν μὴ ταῦτα βουλομένων—. Quatuordecim codices legunt: προσπεμψάντων—, quam lectionem quoque Dukerus præferebat. Cum etiam sensus hujus vocabuli: προσπέμπειν, *mittere ad aliquem*, loco nostro sit aptus, tot codicum consensum respuere non licet. Præterea illam lectionem: τῶν οὐ ταῦτα βουλομένων—, quam sexdecim codices adferunt, recipere non dubitaverim, sicut etiam illud: ταυτὰ pro: ταῦτα non sine causa a Dukero, Gottlebero et Kistemakero præfertur.—In verbis: καθίστανται Ἀθηναῖοι ὑπ' αὐτῇ τῇ πόλει—novem codices scribunt: καθίστανται οἱ Ἀθηναῖοι—et duodecim codices exhibent: πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει—, sicut etiam Valla, qui vertit: *ante ipsam urbem*, legisse videtur. Quare eam lectionem: καθίστανται οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς αὐτῇ τῇ—admittendam censeo.—In verbis: καὶ ὅτι πρότερον οὐχ ἥσσηντο—decem codices lectionem imperfecti temporis huic loco aptiorem admittere jubent: οὐχ ἡσσῶντο—. In verbis: προσιππεύοντες ἢ δοκοῖ, ἐσέβαλλον—duodecim codices legunt: προσέβαλλον pro illo: ἐσέβαλλον, neque negari potest, hoc verbum in tali narratione frequentari. Ita lib. III. cap. 3. legitur: προσέβαλλον εὐθὺς καὶ ἐς χεῖρας ᾔεσαν. Quare vulgatæ loco lectionem: προσέβαλλον—esse recipiendam arbitror.—Denique pro illo: ἅπαντες—in verbis: τετρακόσιοι καὶ οἱ στρατηγοὶ ἅπαντες—Kistemakerus cum tredecim codicibus jure præfert lectionem: στρατηγοὶ πάντες.

Cap. 80. Ὧν ἡγοῦντο ἐπ' ἐτησίῳ προστατείᾳ—. Sine dubitatione legendum est cum codd. Pariss.: ἐπετησίῳ προστασίᾳ. Nam superflua esset h. l. particula: ἐπὶ, cum jam antecedat: ὧν ἡγοῦντο. Præterea codicum fere omnium auctoritate nititur lectio: προστασία.—Eadem de causa nondum in verbis: ἐπίτροπος ὢν Θάρυπος τοῦ βασιλέως—sine ulla codicum auctoritate

cum Gottlebero ederem: Θαρύπου, cum satis constet, quam varie nomina propria eorundem virorum a diversis flectantur scriptoribus.—Simili ratione nondum in verbis: καὶ διὰ τῆς Ἀργείας ἰόντες Λυμναίαν—admitterem cum Gottlebero ingeniosam Palmerii conjecturam, librorum consensu destitutam, ut legatur propter locum lib. III. c. 106.: τῆς Ἀγραίας. Nam Kistemakerus non sine causa censet, h. l. agrum Amphilochicum ab hostibus occupatum intelligi, quem simul Argivi incolebant, ut docuit Thucydides lib. II. c. 68. Ejusdem terræ, quæ ἡ Ἀργεία dicitur, etiam infra lib. III. c. 105. mentio est injecta.—In ultimis denique verbis hujus capitis: ἀφικνοῦνταί τε ἐπὶ Στράτον—verisimile est Thucydidem scripsisse: ἀφικνοῦνται δὲ ἐπὶ Στράτον—, et pro illis: εἰ πρώτην ταύτην λάβοιεν, mutato verborum ordine, sicut plurimi codices postulant, legendum est: εἰ ταύτην πρώτην λάβοιεν—.

Cap. 81. Εἰ μὴ λόγῳ πείθοιεν, ἔργῳ πειρῷντο τοῦ τείχους—. Plurimorum codicum auctoritate legendum est: εἰ μὴ λόγοις πείθοιεν—. Ita scribitur lib. II. c. 140.: βούλονται δὲ πολέμῳ μᾶλλον ἢ λόγοις τὰ ἐγκλήματα διαλύεσθαι. In Gailii editione varia lectio: λόφοις (pro: λόγοις) haud dubie typographi errore adfertur.—In verbis hujus capitis: οὔτε ἐπέσχον τὸ στρατόπεδον καταλαβεῖν, χωρήσαντές τε ῥύμῃ μετὰ τῶν ἄλλων βαρβάρων—primo quidem non sollicitandam puto lectionem: ἐπέσχον, quia h. l. non indicat: *retineri*, sed potius: *morari*. Sensus horum verborum est: *non morabantur tamdiu, donec locum castris cepissent*. Ita illud: ἐπέχειν, *morari*, apud Herodotum sæpe occurrit. Ut lib. VI. c. 102. lib. VIII. c. 23. Porro lectionem: ῥύμῃ, quæ librorum consensu destituitur, h. l. retinere nolim, quamvis illam Stephanus alio loco, cap. 76. defenderit, ubi omnes fere codices: ῥύμη legunt. Uterque locus plane diversam interpretationem admittit. Nam cap. 76. verba: ἡ δὲ ῥύμη ἐμπίπτουσα—agunt de trabe, quæ celeri motu et gravi pondere dejecta arietis rostrum refringebat. Quare: ῥύμη proprie de celeri ponderosi corporis motu in illo loco usurpatur. Nostro loco autem de militibus fiducia plenis et propter fortitudinem ferocibus agitur. Quare vera lectio: χωρήσαντές τε ῥώμῃ, quam codices Vindob. Marg. Ar. C. Cl. Cass. Dan. Græv. Aug. octo Pariss. Ald. Flor. Bas. tuentur, nostro loco est præferenda et denuo admittenda. Nam hæc: χωρήσαντές τε ῥώμῃ—aperte opponuntur antecedentibus: διὰ φυλακῆς ἔχοντες, ἕως ἐστρατοπεδεύσαντο. Sicut autem ἀσθένεια non solum virium imbecillitatem, sed quandam quoque segnitiem inde ortam significat, (conf. Perizon. ad Æliani Var. Hist. lib. IV. c. 8.) ita quoque ῥώμη non solum robur corporis, sed fiduciam quoque et ferociam ex vegeto corpore ortam indicat, quæ ad ea negligenda, quæ caveri debent, nos sæpe inducit. Quo sensu vocabulum: ῥώμη nostro loco aptissime ponitur, ubi nondum de celeri impetu in hostes facto, sed de militum ferocium et fiducia plenorum incessu agebatur.

Cap. 83. Ἔπλεον μὲν ὡς οὐκ ἐπὶ ναυμαχίᾳ—. Novem codicum auctoritate legendum est: ἔπλεον μὲν οὐχ ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν—. Ita aptiori sensu collocatæ sunt particulæ: οὐχ ὡς, et particula: ἐπὶ accusativo juncta plerumque verba sequitur, quæ *ire* significant, ut causa, *propter* quam iter suscipiamus, indicetur.

Cap. 84. Καὶ εἰώθει γίγνεσθαι ἐπὶ τὴν ἕω—. Sex codices, Ar. C. Cl. Reg. Mosqu. Dan. lectionem magis consuetam: περὶ τὴν ἕω—adferunt et Thucydide non indignam.—In verbis: Καὶ τὰς ἄλλας, ᾗ χωρήσειαν, διέφθειρον· καὶ κατέστησαν—præferendam censeo cum Kistemakero undecim codicum lectionem: καὶ πάσας, ᾗ χωρήσειαν—, quia aptius cum sequentibus: καὶ κατέστησαν, cohæret, si colon post: διέφθειρον tollitur. Nam narratur, totam classem postea sive demersam esse, sive in fugam conversam. Uni certe navi prætoriæ non bene aliarum navium numerus, sed tota potius navium classis opponitur.

Cap. 86. Διειχέτην δὲ ἀπ' ἀλλήλων σταδίους μάλιστα ἑπτὰ τῆς θαλάσσης—. Vulgata lectio olim erat: διειχέτον—. Ita etiam sex codd. Pariss. legunt. De aliis codd. qui haud dubie etiam varias lectiones exhibent, nihil est adnotatum. Mihi persuasum est, Thucydidem olim scripsisse: διέχετον δὲ ἀπ' ἀλλήλων—. Nam situs horum duorum quidem promontoriorum mutari non potuit et adhuc idem erat, quo tempore hæc scripsit Thucydides. Quod igitur præsenti tempore indicari debuit. Literam: ε et: ει multis locis permutant librarii, ut Thucyd. lib. IV. c. 96.: καθειστήκει et: καθεστήκει, lib. VI. c. 61.: περιειστήκει et: περιεστήκει inter se permutantur.

Cap. 87. Τῆς ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι ἀμβλύνεσθαι—. Sex codd. Pariss. et Cass. legunt: τῆς ξυμφορᾶς τε τῷ ἀποβάντι—. Unus vero Paris. et Mosqu. veram lectionem: ξυμφορᾶς γε τῷ ἀποβάντι—tuentur. Ita etiam antea est editum. Quare revocanda est lectio vulgata: ξυμφορᾶς γε τῷ ἀποβάντι—.

Cap. 89. Ἐπεὶ εὐψυχίᾳ γε οὐδὲν προφέρουσι· τῷ δὲ ἑκάτεροί τε ἐμπειρότεροι εἶναι, θρασύτεροί ἐσμεν. Λακεδαιμόνιοί τε ἡγούμενοι τῶν ξυμμάχων—προσάγουσι τοὺς πολλούς—. Particula: τε post: Λακεδαιμόνιοι nihil habet, ad quod referatur. Puto etiam particulam: δὲ ante: ἑκάτεροι—in particulam: τε esse mutandam, quia utramque particulam: δὲ et: τε centies librarii permutant.—Deinde in verbis: τῶν ξυμμάχων—plures codd. et edd. nempe Vindob. Marg. Bar. Ald. Flor. Bas. Steph. I. legunt: αὐτῶν ξυμμάχων—. Quodsi igitur illud: αὐτῶν syllabis divisis: αὖ τῶν ξυμμάχων, *qui iterum sociis præsunt*, legimus, sicut etiam vere scriptum est in uno Paris., aptissima lectio inde oritur. Totum igitur locum ita edendum esse censeo: ἐπεὶ εὐψυχίᾳ γε οὐδὲν προφέρουσι· τῷ τε ἑκάτεροί τι ἐμπειρότεροι εἶναι, θρασύτεροί ἐσμεν, Λακεδαιμόνιοί τε ἡγούμενοι αὖ τῶν ξυμμάχων—. In verbis: ἐπεὶ οὐκ ἄν ποτε ἐνεχείρησαν—αὖθις ναυμαχεῖν—haud dubie aptior et sensui horum verborum magis conveniens est Stobæi, Cl. Gr. trium Pariss. Aug. Marg. Ald. Cass. lectio: οὐκ ἄν ποτε ἐπεχείρησαν—. Nam præparabantur modo ad pugnam, sed eam nondum susceperant Peloponnesii.—In verbis: καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἡγοῦνται, μὴ μέλλοντάς τι—ἀνθίστασθαι ὑμᾶς—legendum est: ἀνθίστασθαι ἡμᾶς—. Non solum enim aptius est illud: ἡμᾶς, quia hoc vocabulo simul Phormio suæ mentis consilia, quæ tanquam dux Atheniensium exsecuturus erat, indicat, sed lectionem: ἡμᾶς quoque Scholiastes, Valla, Cl. Gr. Cass. Bas. Aug. Mosqu. et quinque Pariss. defendunt.—In verbis: πρὸς πολλὰς ναῦς ἀνεπιστήμονας ὀλίγαις ναυσὶν ἐμπείρως καὶ ἄμεινον πλεούσαις—jam Kistemakerus jure prætulit plurimorum codd. et edd. Marg. Cam. Cl. Gr. Cass. Aug. Ald. Vind. et quinque Pariss. lectionem: ναυσὶν ἐμπείροις καὶ—. Nam illud: ἐμπείροις egregie opponitur antecedenti: ἀνεπιστήμονας—. Illa vero Stephani emendatio in verbis: ὥστε τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν ξυμφέρει—, ut legatur: ὅ ἐς τε τὰ πολλὰ—certe est ingeniosa et consueta Thucydidis dictione dignissima.—Denique in verbis: ἀμύνεσθέ τε τούσδε ἀξίως τῶν προειργασμένων—codicum plurimorum auctoritate legendum est: ἀμύνασθε δὲ τούσδε ἀξίως—. Nam septem Pariss. cum quatuor aliis codd. defendunt lectionem: ἀμύνασθε—. Constat autem aoristum primum hujus verbi sæpius quam reliqua ejus tempora usurpari. Vid. lib. III. c. 38. Porro particulam: τε ante: τούσδε nonnulli libri plane omittunt. Alii sex aperte legunt: ἀμύνασθε δὲ—. Unus codex adeo: οὖν pro: τε adfert. Sicut etiam Valla legisse videtur, quia vertit: *Propulsate igitur istos*—.

Cap. 91. Ἐκράτουν τε καὶ ἔφθειραν τὰς Ἀττικὰς ναῦς—. Novem codices legunt: καὶ διέφθειρον τὰς—. Ita antecedenti capite legebatur: ἐξέωσάν τε καὶ διέφθειραν. Alii tres libri, qui exhibent: καὶ ἔφθειρον—ad eandem lectionem prosunt confirmandam. Quare lectionem: διέφθειρον—admittendam esse censeo.—In verbis: ἣν ἐς τὴν γῆν ἐπὶ σφᾶς ἐπιπλέωσιν—duodecim codd. exhibent: ἐπὶ σφᾶς πλέωσιν—, quod præfero, quia illud: ἐπὶ verbo: πλέωσιν haud dubie ex antecedenti: ἐπὶ σφᾶς a librario male sedulo est adnexum.—Denique in verbis: τῇ διωκούσῃ Λευκαδίᾳ ἐμβάλλει—et in ultimis: χωρίων ἀπειρίᾳ ὤκειλαν—plurimi codd. mutato verborum ordine jubent scribere: τῇ Λευκαδίᾳ διωκούσῃ—et: ἀπειρίᾳ χωρίων ὤκειλαν—.

Cap. 92. Ἐσέπλευσαν ἐς τὸν κόλπον τὸν Κρισαῖον καὶ Κόρινθον—. Articulum: τὸν ante: κόλπον, quia eum novem codices omiserunt, delendum esse puto. Ita etiam ad: Κόρινθον articulus deest, quod ad meam sententiam conducit admittendam. Nam lectio quorundam librorum: Κορίνθιον, quamvis etiam in Vallæ libro reperiatur, est valde inepta, quia ille Crissæus sinus simul etiam Corinthius adpellabatur. Præterea etiam initium capitis sequentis lectionem: καὶ Κόρινθον satis confirmat.

Cap. 94. Τήν τε τῶν Σαλαμινίων πόλιν ᾑρῆσθαι—. Pro: ᾑρῆσθαι—multi codd. et edd. Marg. 2. Vindob. Ar. C. Ald. Flor. Bas. Steph. I. Dan. et duo Pariss. legunt: ἑαλωκέναι—, quæ haud dubie magis est Attica lectio, ideoque jure a Kistemakero præfertur. Porro lectionem illam: τήν τε τῶν Σαλαμινίων πόλιν—ex interpretamento natam esse puto, ut explicaretur vera hujus loci lectio: τήν τε Σαλαμῖνα—, quam Marg. 1. Cam. Gr. Cl. Cass. Aug. Mosqu.

et quinque Pariss. exhibent. Nam constat, in Salaminis insula urbem fuisse cognominem, sive, ut Strabo ait lib. 9. pag. 393.: ἔχει δ' ὁμώνυμον πόλιν, quæ h. l. haud dubie est intelligenda. Ergo vera hujus loci lectio erit: τήν τε Σαλαμῖνα ἑαλωκέναι—. In verbis: πάλιν ἐπὶ τῆς Κορίνθου ἀπεχώρησαν πεζοί—mihi legendum videtur: ἀπεχώρησαν πεζῇ. Ita enim de eodem itinere cap. 93. legimus: πεζῇ ἰέναι ἐκ Κορίνθου—. Eandem lectionem: πεζῇ h. l. etiam exhibent codices Marg. Ar. C. Dan. unus Paris. Vindob. et Valla. Nam ille vertit: *Corinthum pedestri itinere redierunt.* Idem vocabulum in fine periodi etiam legebatur lib. I. cap. 109.: διαβὰς εἷλε τὴν νῆσον πεζῇ—. Denique in verbis: καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἤδη τοῦ Πειραιῶς μᾶλλον τὸ λοιπὸν ἐποιοῦντο—magis mihi placet codicum Cl. Gr. Cass. Bas. Aug. et quinque Pariss. lectio: φυλακὴν ἅμα τοῦ Πειραιῶς—. Nam illud: ἤδη est valde superfluum, cum simul in eodem membro legantur: μετὰ τοῦτο, et: τὸ λοιπόν.

Cap. 95. Ἐστράτευσεν ἐπὶ Περδίκκαν—καὶ ἐπὶ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης διὰ δύο ὑποσχέσεις—. Memoratu dignissimum est, a septem codd. particulam: διὰ omitti. Quam plurima certe loca in Thucydide, in quibus simili accusativo absoluto est usus, occurrunt.

Cap. 96. Ἧρχε μέχρι θαλάσσης τῆς ἐς τὸν Εὔξεινόν τε πόντον—. Articulum: τῆς ignorant duodecim Codd. Quare etiam omitti debet. Nam verba: μέχρι θαλάσσης explicantur sequentibus: ἐς τὸν Εὔξεινον etc. Quæ explicatio sine illo articulo melius locum habebit.

Cap. 97. Κατεστήσαντο γὰρ τοὐναντίον τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας τὸν νόμον—. Articulum: τῶν—tredecim libri ignorant. Quare eum quoque Kistemakerus h. l. recte ejecit. Sicut etiam proxime sine articulo scriptum legebatur: γενναίοις Ὀδρυσῶν.

Cap. 99. Τὴν δὲ περὶ θάλασσαν νῦν Μακεδονίαν Ἀλέξανδρος—. Jam Dukerus recte censuit, legendum esse: τὴν δὲ παρὰ θάλασσαν—. Nam ita cum Vindob. adhuc alii quindecim codices scribunt.—In verbis: ὧν οἱ μὲν πολλοὶ διεφθάρησαν, βραχὺ δέ τι—quatuordecim codices etiam sua auctoritate evincunt, ut edatur: πολλοὶ ἐφθάρησαν βραχύ—.

Cap. 101. Μὴ οἱ ὑπ' αὐτῶν ἀγόμενοι κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν καὶ ἐπὶ σφᾶς χωρήσωσι—. Gottleberus adjecit: οἱ ante: ὑπ' αὐτῶν—et illud: χωρήσουσι, quod antea edebatur, mutavit in: χωρήσωσι. Nemo quidem infitiabitur, optime quadrare hanc duplicem emendationem, tamen illud: οἱ sine codicum auctoritate saltem non est recipiendum. De altera emendatione: χωρήσωσι Gailius doctissimus in sua editione plane nihil adnotavit. Quare puto, eam nonnullorum saltem codicum consensu esse confirmatam. Sicut etiam paullo antea Thucydides scripserat: μὴ καὶ ἐπὶ σφᾶς ὁ στρατὸς χωρήσῃ.—In verbis: ἀναπείθεται ὑπὸ Σεύθου, τοῦ Σπαραδόκου, ἀδελφιδοῦ ὄντος—librorum plurimorum auctoritate legendum est: τοῦ Σπαρδόκου, ἀδελφιδοῦ—. Ita etiam Valla legit et eodem respicit falsa nonnullorum librorum lectio: Σπαρδάκου—. In verbis statim sequentibus: καὶ μέγιστον μετ' αὐτὸν δυναμένου—etiam plurimorum librorum consensus postulat, ut legatur: μεθ' ἑαυτὸν δυναμένου—, sicut jam Kistemakerus censuit.—In ultimis vero verbis: τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Σιτάλκου στρατείαν οὕτως ἐγένετο—codices magno numero omittunt: οὖν, neque opus est illa particula, quia simul adjectum est: οὕτως et illi: τὰ μὲν—in sequentibus respondet: οἱ δὲ ἐν Ναυπάκτῳ—.

Cap. 103. Ὃν Θουκυδίδης συνέγραψε. Egregie confirmatur Hermanni longe doctissimi sententia, ut scribatur: ξυνέγραψεν, et hoc loco et sub finem libri III. codicum Parisiensium aliorumque auctoritate.

Libri III. Cap. 9. Ὑπάρχοι τῆς ἀποστάσεως· ὃ ἡμῖν τε καὶ Ἀθηναίοις οὐκ ἦν—. Plurimorum librorum auctoritate, extrusa particula: τε, legendum est: ὃ ἡμῖν καὶ Ἀθηναίοις—.

Cap. 12. Ἐν ᾗ παρὰ γνώμην ἀλλήλους ὑπεδεχόμεθα—, *in qua contra, quam volumus, nos invicem amice tractamus*—. Sanam et aptam puto esse lectionem receptam. Sed Valla legisse videtur: ἀλλήλους ὑποπτευόμεθα. Nam vertit: *præter opinionem utrique alteri sumus suspecti.* Forte ex sequentibus verbis nata est hæc lectio.—In verbis: ὅ, τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα εὔνοια πίστιν βεβαιοῖ—merito Dukerus offenditur et πίστιν in πιστὸν mutandum esse censet, sicut vere in uno Paris. legitur. Non sine causa posset aliquis suspicari, vocabulum: πίστιν ex interpretamento esse ortum, quia, si vel abfuerit hoc vocabulum, tamen sponte ex oratione contexta intelligitur. Sed

mihi tamen multo magis placet trium codicum lectio: ὅτε τοῖς ἄλλοις μάλιστα—, *quando aliorum fidem benivolentia maxime confirmat.*—Quod attinet verba: καὶ ὁποτέροις θᾶσσον παράσχοι ἀσφάλεια θράσος—ἔμελλον; interrogandi signum post: ἔμελλον est tollendum. Nam illud: ὁποτέροις vertendum est: *utricunque.* Eandem interpretandi rationem quoque Scholiastes sequitur. Porro in iisdem verbis lectio quinque codicum: παράσχοι ἀσφάλεια θάρσος—memoratu est dignissima. Nam non tam audaciam suis popularibus tribuere orator videtur, quam potius animum fiducia plenum.—In verbis: αὐτοὶ οὐκ ἀντεναμείναντες σαφῶς εἰδέναι—Thucydidem potius scripsisse censeo: οὐκ ἂν ἀναμείναντες σαφῶς—. Primo enim non aptum sensum fundit illud: ἀντεναμείναντες, quia non de mutua quadam expectatione orator loquitur. Porro adparet, unde illud: ἀντεναμείναντες librarii festinatione sit ortum, quia statim in sequentibus legitur: καὶ ἀντεπιβουλεῦσαι καὶ ἀντεπιμελλῆσαι. Denique codicum lectio etiam defendit hanc emendationem. Nam Cass. et Aug. diserte exhibent: ἂν ἀναμείναντες—. Scholiastes, cod. Ar. C. Dan. tantum legunt: ἀναμείναντες—et Gr. codex novæ lectionis originem magis indicat falsa lectione: οὐ καταναμείναντες—. In verbis modo allatis: ἀντεπιμελλῆσαι (pro vulgato: ἀντεπιμελῆσαι) recte defendunt Dukerus et Reiskius. Neque codicum Cass. Vindob. quatuor Pariss. et Scholiastæ alterius deest auctoritas. Inprimis etiam hæc lectio antecedentibus verbis: διὰ τὴν ἐκείνων μέλλησιν—confirmatur.

Cap. 13. Ἀλλ' ἢ ἡμᾶς οὐκ ἀμυνοῦνται ἐπιπλέοντας, ἢ ἀπ' ἀμφοτέρων ἀποχωρήσονται. Omnium fere codicum lectio: ἀλλ' ἢ ὑμᾶς οὐκ—est præferenda. Nam ita etiam in antecedentibus tantum de Lacedæmoniis orator locutus erat: ἢν ὑμεῖς—ναυσί τε καὶ πεζῷ ἅμα ἐπεσβάλητε τὸ δεύτερον. Sed hæc eadem verba simul præmuniunt veram hujus loci nostri interpretationem. Nam illud: ἀπ' ἀμφοτέρων—Valla, Scholiastæ interpretationem secutus, vertit: *utrisque vobis nobisque cessuros*—, ut Lacedæmonii et Lesbii, quos fugituri sint Athenienses, in his verbis intelligantur. Mihi vero illud: ἀμφοτέρων potius ad duplicem Spartanorum expeditionem, quam contra Athenienses sint suscepturi, et pedestrem et nauticam, (ναυσί τε καὶ πεζῷ) est referendum.

Cap. 14. Κοινὴν δὲ τὴν ἐκ τοῦ κατορθῶσαι ὠφέλειαν ἅπασι διδόντας—. Haud dubie aptior est et magis adcommodata orationi contextæ illa Vallæ, Vindob. et aliorum fere omnium codicum lectio: ἅπασι δώσοντας—. Nam non de re præsenti, sed de re futura orator loquitur. Scholiastes utramque lectionem adfert in verbis: ἅπασι διδόντας, δώσοντας. Quare Kistemakerus putat, ex Scholiastæ interpretamento fluxisse lectionem: δώσοντας. Tantus tamen codicum consensus huic obest opinioni. Quare malim credere, a Scholiasta duplicem codicum lectionem in hoc loco indicari, et forte particula: ἢ ante: δώσοντας excidit, qua sæpe a librariis ejusmodi duplex lectio adfertur.

Cap. 15. Ξυμμάχους τε τοὺς Λεσβίους ἐποιήσαντο καὶ τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολήν. τοῖς τε ξυμμάχοις παροῦσι κατὰ τάχος ἔφραζον ἰέναι ἐς τὸν ἰσθμὸν τοῖς δύο μέρεσιν, ὡς ποιησόμενοι. καὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἀφίκοντο—. Insolens est ordo horum verborum, qui adhuc magis falsa interpunctione perturbatur, sicut jam Heilmannus et Gottleberus viderunt. Puncta igitur post: ἐσβολὴν et: ποιησόμενοι sunt tollenda, ut inter se cohæreant altera ex parte verba: καὶ τὴν ἐσβολὴν—ὡς ποιησόμενοι, altera ex parte vero verba: τοῖς τε ξυμμάχοις—ἔφραζον—καὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἀφίκοντο—.

Cap. 16. Καὶ περὶ τὸν ἰσθμὸν ἀναγαγόντες ἐπίδειξίν τε ἐποιοῦντο—. Novem codices aptissime legunt: καὶ παρὰ τὸν ἰσθμὸν—, quibuscum etiam Vallæ liber consentit. Nam vertit: *prætervecti Isthmum*—. Quare de hac lectione recipienda non amplius dubitare licet.

Cap. 20. Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος οἱ Πλαταιῆς—. Undecim codicum auctoritate legendum est: οἱ Πλαταιεῖς—, sicut jam adfuit et adnotatum est ad lib. II. cap. 3. Eandem lectionem postulant plurimi codices etiam cap. 21. 22. 23. 24. et cap. 52. 57. 59. 60. lib. IV. c. 67.—In verbis: ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων καὶ τῶν Βοιωτῶν—omittendus est articulus: τῶν ante: Βοιωτῶν, omnium fere codicum auctoritate.

Cap. 21. Διήκοντες ἔς τε τὸ ἔσω μέτωπον αὐτοῦ καὶ οἱ αὐτοὶ καὶ ἐς τὸ ἔξω—. Plurimi codd. omittunt particulam: ἐς ante: τὸ ἔξω, quæ facile ex antecedentibus ad hæc verba suppleri potest.

Cap. 22. Καὶ τὸν ἀριστερὸν πόδα μόνον ὑποδεδεμένοι—. Plurimorum codicum consensu hic verborum ordo constitui debet: καὶ τὸν ἀριστερὸν μόνον πόδα ὑποδεδεμ.

Cap. 23. Τῶν πύργων αὐτοὶ ἐνστάντες ἐφύλασσον—. Etiam alio verborum ordine plurimi codd. legere jubent: ἐνστάντες αὐτοὶ ἐφύλασσον—.

Cap. 26. Ἐπειδὴ τὰς ἐς Μιτυλήνην δύο καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέστειλαν—. Duodecim codices postulant, ut legatur: ἐς τὴν Μιτυλήνην—, sicut etiam in sequentibus verbis ejusdem capitis scribitur.—Porro illud: δύο καὶ—est valde suspectum. Nam cap. 16. cap. 25. et cap. 29. narratur, quadraginta tantum naves a Peloponnesiis esse missas. Etiam Valla nostro loco non vertit verba: δύο καὶ—. Quare conjeci, sub illo: δύο καὶ—forte latere: διώκειν. Nam syllabæ: ειν et: αι, in fine vocabulorum positæ, a librariis sæpenumero confunduntur. Ut uno saltem exemplo ad hoc probandum defungar, lectores Herodoti modo meminerint, quam sæpe librarii in ejus libris vocabulum: εἶπαι et: εἰπεῖν confundant. Idem adfirmat Jac. Perizonius ad Æliani Var. Hist. lib. XI. cap. 13. quia in his syllabis quidem ultimis compendia scriptionis fuerint usitatissima. Quodsi igitur nostro loco lectionem: διώκειν admittimus, etiam vocabulum: προστάξαντες apte ad illud: διώκειν referri poterit. Nam alias illud: προστάξαντες nihil habet, quocum conjungatur. Ita jam hæc verba cohærent: ἐπειδὴ ἀπέστειλαν Ἀλκίδαν ἔχοντα τὰς τεσσαράκοντα ναῦς ἐς τὴν Μιτυλήνην διώκειν προστάξαντες.—Denique in verbis hujus capitis: πατρὸς ἀδελφὸς ὤν—quatuordecim codices scribere jubent: πατρὸς δὲ ἀδελφὸς ὤν.

Cap. 30. Νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ καινὸν τοῦ πολέμου, ἢ τὸ τοιοῦτον—. Jam Scholiastes adnotaverat, aliam quoque adferri hujus loci lectionem: εἶναι τὸ κενὸν τοῦ πολέμου—, quam etiam quatuor codices exhibent. Longe præferenda mihi cum Abreschio et Reiskio videtur esse hæc lectio: κενὸν τοῦ πολέμου, *quod omnem in bello efficaciam effectu suo et eventu optato privat*—et toti contextæ orationi quam maxime adcommodata. In primis etiam cum verbis: τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν illud: κενὸν aptius, quam alterum: καινὸν, conjungitur.

Cap. 31. Ἐλπίδα δ' εἶναι· οὐδὲν γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι—. Cum Vallæ libro et aliis decem codd. Gailius recte emendavit: οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίως—. Illud: ἀφῖχθαι temporis præsentis significatione: *nemine invito s. ex omnium sententia se venire*—positum esse puto; qua significatione præterita sæpe usurpantur.—In verbis: Καὶ ἅμα, ἢν ἐφορμῶσιν αὐτοὺς σφίσι δαπάνη γίγνηται, πείσειν τε οἴεσθαι καὶ Πισσούθνην—plurimorum quoque codicum et Scholiastæ auctoritate legendum est: ἐφορμῶσιν αὐτοῖς σφίσι—*si sibi ipsis* (nempe Peloponnesiis) *hostes adgredientibus sumtus sint impendendi*. Quæ interpretatio cum reliquis verbis apte cohæret. Cum enim Peloponnesiorum opes nimis parvæ essent ad faciendas belli impensas, se Pissuthnæ, ditissimo Persæ, persuasuros promittunt, ut cum ipsis belli gerendi ineat societatem. Ceterum particula: τε post: πείσειν vix locum habere poterit, cum: καὶ ante: Πισσούθνην aperte indicet: *etiam*. Quare antea scriptum fuisse conjicio: πείσειν γε οἴεσθαι καὶ Πισσούθνην.

Cap. 32. Καὶ προσχὼν Μυονήσῳ τῇ Τηίων—. Haud dubie scribendum est: καὶ προσσχὼν Μυοννήσῳ τῇ Τηίων—. Nam ita προσέχειν, quod huc pertinet, ab illo: προέχειν recte distinguitur; sicut etiam censuit Æm. Portus in nota ad lib. IV. cap. 11. scripta. Nam ibi quoque in verbis: διότι οὐκ ἦν πλείοσι προσχεῖν, rectius legitur: προσσχεῖν. Lectionem: Μυοννήσῳ optime defendit Dukerus in nota doctissima ad h. l. Sed et h. l. et infra in verbis: οὔτε χεῖρας ἀνταιρουμένους, οὔτε πολεμίους—, ubi certe emendandum est etiam codicum quorundam auctoritate: χεῖρας ἀνταιρομένους—, Dukerus sibi religioni duxit, sine justo codicum consensu quidquam emendare. Cum vero in lectionibus tam aperte corruptis saltem unius vel alterius codicis scriptura veram et meliorem tueatur lectionem, in edendis horum scriptorum libris meliorem lectionem corruptæ loco, quamvis illa a pluribus adhuc codicibus retineatur, recipere non dubitarem.

Cap. 33. Καὶ μέχρι μὲν Λάτμου τῆς νήσου ἐπεδίωξεν—. Ingeniosa et simul aptissima fuit Palmerii conjectura, ut legatur: μέχρι μὲν Πάτμου τῆς νήσου—, quam egregie lectio duorum codd. Ar. et Vindob. confirmant.

Cap. 34. Παρὰ Πισσούθνου ἐπικούρους Ἀρκάδων τε καὶ βαρβάρων ἐπαγόμενοι—. Non negligenda mihi esse videtur novem codd. lectio: καὶ τῶν βαρβάρων—, quia ita Persæ adcuratius a Thucydide indicantur.—In verbis: ὁ δὲ, προσκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν—quinque Pariss. Cass. et Camer. legunt: ὁ δὲ, προκαλεσάμενος ἐς λόγους—. Quæ haud est vera lectio. Nam ita: προκαλεῖσθαι cum particula: ἐς pro illo: *invitari ad aliquid* occurrit. Ut lib. I. c. 34.:

προκληθέντες γὰρ—ἐς κρίσιν. lib. III. c. 64.: πρόκλησιν ἐς ἡσυχίαν ὑμῶν — οὐκ ἐδέχεσθε. lib. IV. c. 19.: Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμᾶς προκαλοῦνται ἐς σπονδὰς καὶ διάλυσιν πολέμου. lib. VII. c. 18.: ἐς δίκας προκαλουμένων τῶν Ἀθηναίων—.

Cap. 35. Καὶ τοὺς ἐκ τῆς Τενέδου Μιτυληναίους ἄνδρας ἅμα—Sequor undecim codicum auctoritatem, ut legatur: ἐκ τῆς Τενέδου Μιτυληναίων ἄνδρας. Nam nonnullos tantum Mitylenæorum ibi adservandos curaverat.

Cap. 36. Παρεσκεύασαν—ὥστε αὖθις γνώμας προθεῖναι—. Non est spernenda sexdecim codd. lectio: γνώμας προσθεῖναι. Nam notum est, γνώμην sæpe pro: ψῆφος poni. Sicut autem: ψῆφον προστίθεσθαι, lib. I. c. 40. pro simplici: ψῆφον τίθεσθαι dicitur: ita etiam h. l. γνώμην προσθεῖναι pro simplici: γνώμην θεῖναι est positum.

Cap. 37. Πολλάκις μὲν ἤδη ἔγωγε καὶ ἄλλο τε ἔγνων δημοκρατίαν, ὅτι ἀδύνατός ἐστιν ἑτέρων ἄρχειν—. Adcuratius legitur codicum plurimorum consensu: καὶ ἄλλοτε ἔγνων, δημοκρατίαν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἑ. ἄ.—. Nullum enim sensum fundit: ἄλλο τε—in hoc loco. Lectionem: ἀδύνατον præter multos codices etiam Scholiastes tuetur. Qua recepta, interpungi debet post: ἔγνων, ut: δημοκρατίαν ad ultima verba: ἑτέρων ἄρχειν referatur.—In verbis: οἱ οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε βλαπτόμενοι αὐτοὶ, ἀκροῶνται ὑμῶν—vocula: οἱ a plurimis codicibus ignoratur. Neque illa opus est, si ab his verbis: οὐκ ἐξ ὧν—novam periodum incipimus.

Cap. 38. Ὁ γὰρ παθὼν τῷ δράσαντι ἀμβλυτέρᾳ τῇ ὀργῇ ἐπεξέρχεται. ἀμύνεσθαι δὲ, τῷ παθεῖν ὁτιεγγυτάτω κείμενον, ἀντίπαλον ὂν, μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει—. Inter plura hujus capitis loca adfecta etiam hæc verba referri debent. Cleon taxat in antecedentibus moram, quæ supplicio Mitylenæis imponendo injiciatur. Ita agendo enim Athenienses non tam injuria adfectis quam ipsam patrantibus injuriam fore similes. Jam pergit verbis modo prolatis: *Non enim remissa ira uti injuria adfectum adversus hostem, qui injuria ipsum adfecerit.* Talem quidem horum verborum sensum requiri, tota oratio contexta confirmat. Sed recepta lectio sensum horum verborum plane contrarium fundit, quamvis jam Scholiastes ita hunc locum legerit. Mihi quidem persuasum est, Thucydidem scripsisse: οὐ γὰρ παθὼν—, qua quidem emendatione admissa omnis sublata est hujus loci difficultas. Pro illo: ἀμύνεσθαι octo libri legunt: ἀμύνασθαι, quod non respuo; quia aoristus primus hujus verbi inprimis frequentatur. Vid. lib. II. c. 89. Porro in verbis: τῷ παθεῖν ὁτιεγγυτάτω κείμενον, ἀντίπαλον ὂν—decem codices postulant, ut legatur: τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω—.Qua quidem meliore codicum lectione hoc lucrabimur, ut illud: κείμενον aptius cum sequentibus: ἀντίπαλον ὂν, commate ante: ἀντίπαλον sublato, conjungatur: *Injuriæ perpessio defensioni est proxima et cum eadem defensio ei simillima* (h. e. ab hominibus injuria adfectis potissimum exspectanda,) *ad ultionem quam maxime capiendam cohæret.*—In verbis: τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισταμένας—mihi necessaria esse videtur lectio: ξυμφορὰς οὐ τοῖς ξυμμάχοις—, quam duo codd. Pariss. Marg. et Valla adferunt. Non enim eos taxat orator, qui calamitates Atheniensium etiam sociis fore detrimento adfirmant, sed hos potius, qui negant.—In verbis: τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη, οὐ τὸ θεαθὲν πιστότερον ὄψει λαβόντες, ἢ τὸ ἀκουσθὲν, ἀπὸ τῶν λόγων καλῶς ἐπιτιμησάντων—inepta est lectio: τὸ θεαθὲν, quæ cum illo: ὄψει λαβόντες non potest apte conjungi. Quare amplectenda est lectio: οὐ τὸ δρασθὲν πιστότερον—, quam cum Vallæ codice etiam Marg. Cam. Cl. Gr. Cass. Aug. et quatuor Pariss. adferunt. Denique longe magis convenit in sequentibus undecim codicum lectio: ἀπὸ τῶν λόγῳ καλῶς—, quam etiam Abreschius, Reiskius et Baverus jure præferunt. Jam sensus erit horum verborum: *Quod ea attinet, quæ jam acciderunt, non factum habent fide dignius ipsorum oculis conspectum, quam quod ex iis auditur, qui verbis ad persuadendum aptis eos reprehendunt.*

Cap. 39. Πάντες γὰρ ἡμῖν γε ὁμοίως ἐπέθεντο, οἷς γ' ἐξῆν ὡς ἡμᾶς—. Tredecim codices legunt: πάντες γὰρ ὑμῖν γε ὁμοίως—. quod singularem vim his verbis addit, quibus Athenienses ad iram contra Mitylenæos est instigaturus.—In verbis: εἰ τοῖς τε ἀναγκασθεῖσι ὑπό τε τῶν πολεμίων—jam plures interpretes jure ejiciendam censuerunt particulam: τε ante: τῶν πολεμίων, quam etiam octo codd. omiserunt.

Cap. 40. Ὡς ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν ἀνθρωπείως λήψονται—. Cum Vindob. adhuc novem codices atque etiam Scholiastes lectionem: ἀνθρωπίνως λήψονται tuentur. Cum vero optimi scriptores Græci etiam hoc vocabulum non respuant, hoc loco tot codicum auctoritati parere debemus. Conf.

Ernesti in Clave Ciceron. sub voc. *divinus*. —In verbis: ὁ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθὼν, χαλεπώτερος διαφυγὼν τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ— Baverus impugnat Gottleberi atque Scholiastæ sententiam, qui illud: τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης (sc. μοίρας) ἐχθροῦ explicant de hoste, qui antea æque injuria adfecit alterum atque ab eo est adfectus. Sed apparet, virum optimum non satis sibi constare in vero sensu horum verborum constituendo. Quare adhuc retinendam censeo Gottleberi et Scholiastæ interpretationem, quæ orationi contextæ est maxime adcommodata.—In verbis: ἃ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιῆσαι κρατήσαντας ἡμῶν—sex Pariss. cum Vindob. Cass. Gr. et aliis legunt: κρατήσαντας ὑμῶν—. Quod jure prætulit Kistemakerus. —Ita etiam in verbis: μὴ οὖν προδόται γένησθε ἡμῶν αὐτῶν—totidem Pariss. cum quinque aliis codd. legunt: ὑμῶν αὐτῶν—, quod etiam cum Kistemakero admittendum esse censeo.

Cap. 42. Εὖ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἂν ἡγεῖται περὶ τοῦ μὴ καλοῦ—. Admittenda est quatuor codd. Pariss. lectio: οὐκ ἂν ἡγῆται—, quam linguæ leges adeo postulant.—In verbis ultimis: ὅ, τε μὴ ἐπιτυχὼν, ὀρέγοιτο τῷ αὐτῷ χαριζόμενός τι καὶ αὐτὸς προσάγεσθαι τὸ πλῆθος. Ad plenum hujus loci sensum particula negandi deest, quæ ex antecedentibus non facile potest suppleri. Puto igitur, Thucydidem olim scripsisse: οὔτε, μὴ ἐπιτυχὼν, ὀρέγοιτο—. Ita apte hæc verba respondent antecedentibus: ὅ, τε κατορθῶν ἥκιστα ἂν—λέγοι—.

Cap. 43. Νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἥντινα τύχητε ἔστιν ὅτε σφαλέντες, τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε;—. Sine ulla dubitatione recipi debuisset certissima Abreschii conjectura: πρὸς ὀργὴν ἥν τινα τύχητε—, *nunc vero, si interdum in negotiis nonnullis* (τινὰ) *erraveritis, unam tantum illius sententiam, qui vobis hæc suasit, ira pleni puniendam censetis*—. Nam sine ulla emendatione non aptus his verbis sensus inest, neque, si eam admiserimus, in fine hujus membri opus est signo interrogationis. Valla jam ita legebat, sicut Abreschius conjecit. Nam vertit: *nunc si quando destituti spe estis*—.

Cap. 44. Καὶ τοῦτο, ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται ἐς τὸ λοιπὸν—. Non est rejicienda sex codicum, Vindob. Gr. Ar. C. Dan. aptissima lectio: καὶ τοῦτο, ᾧ μάλιστα—. Etiam Valla in suo codice ita haud dubie legebat, quia vertit: *et hoc, quo Cleon præcipue nititur*—.

Cap. 46. Ἐκείνως δὲ, τίνα οἴεσθε, ἥντινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάζεσθαι πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον, εἰ τὸ αὐτὸ δύναται, σχολῇ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι; ἡμῖν τε πῶς οὐ βλάβη—. Quinque Pariss. et Vindob. cum tribus aliis legunt: ἢ νῦν παρασκευάσασθαι—. Quæ quidem lectio magis præstat, quia aoristi post verba existimandi et opinandi sæpe futuri significationem admittunt. Tunc etiam aoristi cum futuro aliorum verborum simul conjunguntur, sicut cum aliis Reitzius in suis notis ad Luciani Piscat. cap. 22. adnotavit. Porro omnium fere codicum est lectio: ἢ τὸ αὐτὸ δύναται—, quæ haud dubie vulgatæ est præferenda, si cum nonnullis interpretibus interrogationis signum post: τοὔσχατον ponitur et verba: ἢ τὸ αὐτὸ—vertuntur: *an unum idemque valet*—. Qui adhuc vulgatam defendunt, iis potissimum obesse puto verbum: ξυμβῆναι. Nam illud indicat: *pacisci*. Quando autem alicujus urbis incolæ sunt interficiendi, non amplius de pacto vel cito vel sero tandem ineundo potest mentio injici. Quare aptius hæc verba: ἢ τὸ αὐτὸ δύναται—cum sequentibus conjunguntur, ubi uberius damnum explicatur, ex diuturna urbis obsidione oriturum. Porro particula: τε ante: παρατενεῖσθαι mutanda est in: δὲ, ut legatur: πολιορκίᾳ δὲ παρατενεῖσθαι. Nam antecesserat: ἄμεινον μέν. Contraria ratione in fine hujus capitis pro illo: χρὴ δὲ τοὺς ἐλευθέρους οὐκ—legere mallim: χρή τε τοὺς—, ut hæc particula: τε in sequentibus verbis: κρατήσαντάς τε apte ad similem particulam referatur.

Cap. 48. Καὶ μηδὲ οἴκτῳ πλέον νείμαντες, μήτ' ἐπιεικείᾳ (οἷς οὐδὲ ἐγὼ ἐῶ προσάγεσθαι) —πείθεσθε—. Plurimorum codicum lectio: καὶ μήτε οἴκτῳ—longe est præferenda vulgatæ. Nam hanc lectionem legitimus illarum particularum usus vel sine codicum consensu requirit.

Cap. 49. Γνωμῶν τούτων μάλιστα ἀντιπάλων πρὸς ἀλλήλας—. Cum Vindob. etiam Ar. C. Ald. Flor. Bas. Dan. Aug. et quatuor Pariss. legunt: πρὸς ἀλλήλους—. Quod recipiendum esse censeo, quia sententiæ coram viris invicem decertantibus proferebantur.—In verbis: προεῖχε δὲ ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτὶ μάλιστα—particula: τε a quatuordecim codd. ignoratur, qua etiam facile in hoc loco carere possumus.—In verbis denique: ἤσθιον—οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἄλφιτα πεφυρμένα—admitto sex codicum lectionem: ἄλφιτα πεφυραμένα—. Nam: φυ-

ρᾶν Phavorini judicio est: ἀναμάσσειν τὰ ἄλευρα. Sed: φύρειν est i. q. ἀναμιγνύειν, μολύνειν. Quare πεφυραμένα h. l. melius quadrat, quam πεφυρμένα.

Cap. 52. Δικασταῖς ἐκείνοις χρήσασθαι, τούς τε ἀδίκους κολάζειν—. Illud: τε non a Thucydide ortum esse videtur. Forte scripserat: τούς γε ἀδίκους—, *illisque uti judicibus, ad injustos saltem puniendos.*—Duo codices male legunt: τοὺς δὲ ἀδίκους—.

Cap. 54. Δίκαια—καὶ ἐς ὑμᾶς καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας—. Novem codd. omittunt particulam: ἐς—ante: τοὺς ἄλλους—, quod dicendi brevitati, quam amat Thucydides, est consentaneum. Similis locus cap. 21. adfuit.

Cap. 56. Ὀρθῶς τε ἐτιμωρησάμεθα κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα—. Hoc loco particula: τε, si indicat: *non solum*, non bene cum sequenti: καὶ νῦν—βλαπτοίμεθα, potest conjungi. Quare melius h. l. abest particula: τε, sicut eam quoque multi codices et antiquæ editiones ignorant.—In verbis: δίκαιον, ἡμῶν τῆς νῦν ἁμαρτίας (εἰ ἄρα ἡμάρτηταί τι) ἀντιθεῖναι τὴν τότε προθυμίαν—non agnoscunt voculam: τι quatuordecim codices. Neque quisquam negabit, ineptum et odiosum esse hoc loco voculæ: τι additamentum, cum Platæenses non tam culpam a se omnem avertere, quam vitæ veniam potius hac sibi expetere vellent oratione.—Verba ultima: χρὴ—καὶ τὸ ξυμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι ἢ τῶν ξυμμάχων τοῖς ἀγαθοῖς ὅταν ἀεὶ βέβαιον τὴν χάριν τῆς ἀρετῆς ἔχωσι καὶ τὸ παραυτίκα που ἡμῖν ὠφέλιμον καθιστῆται—nulla emendatione mihi indigere videntur, nisi quod duodecim codicum auctoritate legi debet: ὑμῖν ὠφέλιμον καθιστῆται. Jam ad illud: ἔχωσι ex antecedentibus intelligo: οἱ ξύμμαχοι. *Oportet etiam nihil aliud utile putare, quam cum socii semper honestis inter socios constantem propter virtutem gratiam exhibent et ita statim, quod vobis est salutare, constituitur.* Horum verborum explicatio etiam capite sequenti 57. reperitur, ubi Platæenses se viros honestos (ἀνδρῶν ἀγαθῶν πέρι) adpellant et simul de Lacedæmoniis timent, si nimia contra Platæenses severitate sint usi, ne sibimet ipsi inter reliquos socios, qui improbaturi sint eorum decreta, noceant.

Cap. 57. Προσκέψασθέ τε, ὅτι νῦν μὲν παράδειγμα—νομίζεσθε. Longe aptior erit hujus loci interpretatio, si emendamus: προσκέψασθέ γε—. *Utique antea considerate.*—Simili modo caput sequens 58. incipit: καίτοι ἀξιοῦμέν γε καὶ θεῶν ἕνεκα—. Certe nostro loco particula: τε nihil habet, quo referatur.—Verba: ἐπαινούμενοι δὲ περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτῶν—non in codice suo Valla legisse videtur, quia illa non Latine vertit. Sane superflua sunt, quia statim eadem sententia in verbis: ἀνδρῶν ἀγαθῶν πέρι, αὐτοὺς ἀμείνους ὄντας—repetitur. Præterea in iisdem verbis non satis apte injecta est particula: δὲ post illud: ἐπαινούμενοι—et eadem particula potissimum mihi indicare videtur, hæc verba olim interpretamenti loco ex verbis sequentibus deprompta et codicis margini adjecta fuisse; quare postea inter ipsa Thucydidis verba male recepta fuerint. Ipsa denique laus, quam sibi in verbis: περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτῶν tribuunt Platæenses, nimium fastum indicat, neque cum hominum supplicum deprecatione, qui hostili animo Spartanis repugnaverant, bene convenire videtur.—In verbis: οἵτινες Μήδων τε κρατησάντων ἀπολλύμεθα καὶ νῦν ἐν ὑμῖν—Θηβαίων ἡσσώμεθα—lectionem cod. Cass. κρατησάντων ἀπωλλύμεθα, quam etiam Baverus prætulit, maxime necessariam et verissimam esse puto. Illa: Θηβαίων ἡσσώμεθα verto: *vestro judicio Thebanis postponimur.* Ita, ut alia loca taceam, ἡττωμένους (posthabitos) ἀπέπεμπεν occurrit Xenoph. Hist. Gr. lib. III. c 4. §. 8.—Verba denique hujus capitis: ἔρημοι καὶ ἀτιμώρητοι—Valla vertit: *deserti, inhonorati*—, quasi pro illo: ἀτιμώρητοι legisset: ἀτίμητοι. Quæ sane non aliena ab hoc loco esset lectio. Sed codicum reliquorum, Thomæ Magistri et Scholiastæ auctoritas lectionem receptam firmiter tuentur.

Cap. 58. Ἐτιμῶμεν κατὰ ἔτος ἕκαστον δημοσίᾳ ἐσθήμασί τε καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις. Jam Dukerus doctissimus adnotavit, nusquam vestium in aliis scriptorum locis mentionem injici, quæ in sacris anniversariis propter mortuos a Platæensibus celebratis sint oblatæ aut concrematæ. In loco autem Plutarchi, qui in vita Aristidis cap. 21. præcipue hæc Platæensium sacra describit, de summo Platæensium magistratu (τῶν Πλαταιέων ἄρχων) hæc sacra peracturo inter alia etiam hæc narrantur: καὶ τὸν ταῦρον εἰς τὴν πυρὰν σφάξας, καὶ κατευξάμενος Διὶ καὶ Ἑρμῇ χθονίῳ παρακαλεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τοὺς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποθανόντας ἐπὶ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν αἱμακουρίαν—. Quibus Plutarchi verbis jam in-

nitor ad emendationem in nostro Thucydidis loco stabiliendam, quæ mihi verisimilis esse videtur, ut legamus: δημοσίᾳ ἑστιάσει τε καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις, *publico convivio et aliis ritibus legitimis.* Ex Scholiastæ silentio nihil neque contra hanc emendationem neque ad illam defendendam potest proferri.—In fine verborum: ὧν ὑμεῖς τοὐναντίον ἂν δράσαιτε, μὴ ὀρθῶς γνόντες—signum interrogandi adjiciendum esse censeo: *Num igitur his contraria, iniquo judicio de nobis lato, facere poteritis?* Ita etiam in sequentibus repetitæ interrogationes occurrunt: καταλείψετε;—δουλώσετε;—ἐρημοῦτε;—ἀφαιρήσεσθε;

Cap. 59. Ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ, οἶκτον σώφρονα λαβόντας—. Duodecim codices legunt: οἴκτῳ σώφρονι λαβόντας—. Horum igitur auctoritas non est negligenda, neque inepta est lectio, si ad: λαβόντας ex antecedentibus supplemus: ἡμᾶς.

Cap. 61. Ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς διάφοροι ἐγενόμεθα τὸ πρῶτον—. In codd. Bar. Cl. Ald. Flor. Bas. Cass. Aug. et duobus Pariss. legitur: ἐγενόμεθα πρῶτον, omisso: τό. Quos equidem sequor, quia alias Thucydides, quod non facile in eo deprehenditur, statim idem repeteret in verbis: ὥσπερ ἐτάχθη τὸ πρῶτον.

Cap. 62. Ὕστερον Ἀθηναίων ἰόντων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας—. Plurimorum codd. consensu ordo verborum ita mutari debet: ὕστερον ἰόντων Ἀθηναίων ἐπὶ—.

Cap. 63. Ὑπάρχον τε ὑμῖν, εἴ τι καὶ ἄκοντες προσήγεσθε—. Thucydides scripsisse videtur: ὑπάρχον γε ὑμῖν, *cum saltem vobis occasio esset* (sc. subterfugiendi iniquam Atheniensium societatem). Postea inveni hanc lectionem: γε etiam ex uno cod. Paris. adnotatam.—Sed in verbis: ἱκανή γε ἦν ἡμᾶς τε ὑμῶν ἀποτρέπειν—, quæ explicationi antecedentium inserviunt, legere malim cum Græv. et Marg.: ἱκανὴ γὰρ ἦν ἡμᾶς—. Porro in verbis: εἵλεσθε μᾶλλον τὰ τῶν Ἀθηναίων—plurimi codd. non legunt: τῶν ante vocabulum: Ἀθηναίων, sicut etiam ille articulus in aliis locis centies omittitur. Quare non negligenda est illorum codicum auctoritas.—In ultimis verbis: καίτοι τὰς ὁμοίας χάριτας μὴ ἀντιδιδόναι αἰσχρὸν μᾶλλον etc.—sequor aptissimam interpretandi rationem a Kistemakero doctissimo propositam: *non tam turpe est, similem referre gratiam, quam potius, juste debitam non sine injustitia referre.*

Cap. 65. Οὐ νομίζομεν οὐδ' ἐν τούτοις ὑμῶν μᾶλλον ἁμαρτάνειν—. Octo libri, Vindob. Ar. C. Marg. Reg. Cass. Dan. Aug. et tres Pariss. legunt: μᾶλλον ἁμαρτεῖν—. Cum vero de rebus olim gestis orator mentionem injiciat, hæc lectio vulgatæ præferenda esse videtur.

Cap. 66. Κατὰ τὰ τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια πολιτεύειν—. Plurimorum librorum consensus articulum: τῶν—ante: πάντων omittere jubet.—In verbis: τὰ μὲν ὅμοια οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν, μήτε νεωτερίσειν ἔργῳ, λόγοις τε πείσειν—tredecim codd. legunt: μήτε νεωτερίσαι—. Constat, aoristos interdum cum futuris conjungi, ut supra ad cap. 46. adnotavimus. Præterea h. l. singularis quidem vis inesse futuro: πείσειν videtur, ut simul indicet, facile persuasuros fuisse Platæenses Thebanis, si verbis tantum eos ad exeundum adhortarentur. Tot igitur codicum auctoritas non est rejicienda.—Denique in verbis: καὶ ζωγρήσαντες, ὑποσχόμενοί τε ἡμῖν ὕστερον μὴ κτενεῖν—potius scribendum puto: ὑποσχόμενοί γε ἡμῖν—, *et vivos capientes, cum nobis quidem promisissetis, non eos interfectum iri.*

Cap. 67. Καὶ μὴ παλαιὰς ἀρετὰς, εἴ τινες ἄρα καὶ ἐγένοντο, ἀκούοντες ἐπικλασθῆτε—. Cum Vindob. et quinque Pariss. adhuc alii decem codices legunt: ἀρετὰς, εἴ τις ἄρα καὶ ἐγένετο, ἀκούοντες—. Quæ quidem lectio, tot codicum auctoritate confirmata, Thebanorum quidem consilio, ut Platæensium laudibus obtrectarent, est aptissima.—In verbis: οἴκτου τε ἀξιώτεροι τυγχάνειν οἱ ἀπρεπές τι πάσχοντες—tres codices legunt: οἴκτου δὲ ἀξιώτερα—et unus scripsit: οἴκτου διαξιώτεροι—. Quare Gottleberus legere jubet: οἴκτου δὲ ἀξιώτεροι—. Aptior tamen huic loco videtur esse particula: γε, *saltem*, ut emendemus: οἴκτου γε ἀξιώτεροι—. De verbis denique: ἀλλ' ἢν οἱ ἡγεμόνες, ὥσπερ νῦν ὑμεῖς—διαγνώμας ποιήσησθε—nulla amplius controversia, quomodo explicanda sint, excitabitur, si quinque codicum, Ar. C. Dan. et duorum Pariss. auctoritate voculam: οἱ omittimus, et interpunctione non post: ὑμεῖς, sed post: νῦν posita legimus: ἀλλ' ἢν ἡγεμόνες, ὥσπερ νῦν, ὑμεῖς—διαγνώμας ποιήσησθε, *si vos, sicut nunc, tanquam Græcorum arbitri et duces—succincta contra omnes causarum cognitione usi fueritis.*

Cap. 68. Τοιαῦτα μὲν οἱ Θηβαῖοι εἶπον. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι—. Particulam: μὲν ignorant h. l. codices. Nam magno numero legunt: τοιαῦτα δὲ οἱ Θηβαῖοι—. Equidem puto, Thucydidem scripsisse: τοιαῦτα δὴ

οἱ Θηβαῖοι—. In illo loco: κοινοὺς εἶναι κατ' ἐκεῖνα· ὡς οὐκ ἐδέξαντο, ἡγούμενοι—mira verborum trajectio animadvertitur. Mihi quidem videtur colon post: ἐκεῖνα tollendum esse, ut verba: κατ' ἐκεῖνα cum sequenti: ἡγούμενοι arcte conjungantur.—In verbis vero antecedentibus: εἴτι ἐν τῷ πολέμῳ ὑπ' αὐτῶν ἀγαθόν τι πεπόνθασι—omnes fere codices omittunt voculam: τι ante: πεπόνθασι, quæ tamen cap. 52. ubi eadem occurrunt verba, reperitur. Utroque loco sive adjectio sive omissio hujus voculæ ex solo scriptoris arbitrio pependisse videtur. Quare sola codicum auctoritas decernere debet, utro loco hæc vocula: τι sit retinenda sive omittenda.—In verbis ultimis: Καὶ τὰ μὲν κατὰ Πλάταιαν—οὕτως ἐτελεύτησαν—sex Pariss. cum duobus aliis codd. recte scribunt: οὕτως ἐτελεύτησεν—.

Cap. 69. Ἔκ τε τῶν Ἀθηνῶν ἐπιδιωχθεῖσαι —κατηνέχθησαν—. Plurimi codices legunt: ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἐπιδιωχθεῖσαι—. Quam lectionem ipsa narratio a Thucydide cap. 33. prolata defendit, quia Paches, Atheniensium dux, non ex Athenarum, sed ex Mitylenes urbe navibus profectus Peloponnesios persequebatur.

Cap. 70. Ἐκ τοῦ τε Διὸς τεμένους καὶ τοῦ Ἀλκίνου—. Legendum est cum undecim codd. τοῦ τε Διὸς τοῦ τεμένους—, sicut jam Wassio placuit.—In verbis: καθεζομένων διὰ τὸ πλῆθος τῆς ζημίας—, sicut etiam Kistemakerus doctissimus suasit, legendum est: διὰ πλῆθος τῆς ζημίας—, articulo: τὸ ejecto, tredecim codicum auctoritate.

Cap. 72. Ἐν δὲ τούτῳ τῶν τε Κερκυραίων οἱ ἔχοντες—. Nemo desiderabit h. l. particulam: τε, si orationem contextam respicimus, quæ etiam ab octo codd. omittitur.—In verbis: καὶ αὐτοῦ ξυλλεγεὶς ἱδρύνθη —plurimi codd. legunt: ξυλλεγεὶς ἱδρύθη—, quod magis est consuetum in Thucydide, sicut ad lib. I. c. 131. Wassius adnotavit. Scholiastes tamen nostro loco ἱδρύνθη legisse videtur. Quem vero, cum ei tot locorum et codicum auctoritas repugnet, nondum sequimur. Gailius doctissimus omisit h. l. regii codicis lectionem: ἱδρύθη. Cum Thoma Magistro etiam Phavorinus improbat ἱδρύνθη.—In ultimis verbis: καὶ τὸν λιμένα τὸν πρὸς αὐτὴν καὶ πρὸς τὴν ἤπειρον—verisimilior est undecim codicum lectio: τὸν πρὸς αὐτῇ, *portum in fori vicinia, qui simul in continentem spectabat.* Forte igitur plures portus, sicut Athenæ, etiam illa Corcyræ urbs habuit.

Cap. 79. Τούς τε ἐκ τῆς νήσου πάλαι ἐς τὸ Ἡραῖον διεκόμισαν—. Non aptum sensum h. l. particula: πάλαι fundit. Quare præfero lectionem: πάλιν ἐς τὸ Ἡραῖον—, quam codd. Ar. C. Dan. Mosqu. et Vallæ liber exhibent. Valla vertit: *reportarunt iterum*—. In verbis: τρεῖς δὲ καὶ δέκα ναῦς ἔχοντες τῶν Κερκυραίων—plurimi codd. alium verborum ordinem: τρισκαίδεκα δὲ ναῦς— præscribunt.

Cap. 80. Καί τινας αὐτῶν ἔπεισαν ἐς τὰς ναῦς ἐμβῆναι—. Cum Vindob. tredecim codd. legere jubent: ἐς τὰς ναῦς ἐσβῆναι—, sicut in capite sequenti legitur: ὅσους ἔπεισαν ἐσβῆναι—.

Cap. 81. Καὶ κατέγνωσαν ἁπάντων θάνατον—. Octo Pariss. et haud dubie etiam alii libri, quorum varia lectio non est indicata, exhibent: πάντων θάνατον—. In verbis: ταῖς ἑξήκοντα ναυσὶ παρέμεινεν, οἱ Κερκυραῖοι—ἐφόνευον—extruso articulo: οἱ legere jubent plurimi codices: παρέμεινε, Κερκυραῖοι—.

Cap. 82. Προβουλεύσας δὲ, ὅπως μηδὲν αὐτῶν δεήσοι—. Septem Pariss. Vindob. Dionys. Halic. Cass. et Dan. legere jubent: μηδὲν αὐτῶν δεήσει—. Nam ita plerumque particula: ὅπως ab Atticis cum futuro conjungitur.

Cap. 87. Ὥστε Ἀθηναίους τε μὴ εἶναι ὅ, τι μᾶλλον τούτου ἐπίεσε καὶ ἐκάκωσε τὴν δύναμιν—. Mira lectionum varietas in hoc loco reperitur. Lectio recepta quidem jam Scholiastæ nota erat, quia eam in notis suis commemorat, quamvis non ipse in suo codice ita legerit. Neque tamen dicendi brevitati Thucydidi propriæ est satis adcommodata. Omnes fere codices et Vallæ interpretatio in eo consentiunt, ut legatur: ὥστε Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι—, quod bene locum habere potest, si refertur ad: τὴν δύναμιν. Porro vocabulum: τούτου cum Vindob. et Valla ignorant Ar. C. Marg. Cl. Gr. Aug. Reg. Cass. et Scholiastes. Alii pro: τούτου legunt: τούτους. Quare nulla amplius dubitatio relinquitur, quin illud: τούτου inter librariorum interpretamenta sit referendum. Quidam codices etiam vocabulum: ἐπίεσε omittunt. Sed hoc vocabulum Thucydidi consuetum et ad descriptionem magnorum malorum augendam aptum h. l. non negligi potest. Hunc locum igitur ita legendum esse censeo: ὥστε Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι, ὅ, τι μᾶλλον ἐπίεσε καὶ ἐκάκωσε τὴν δύναμιν.—In verbis: ἐγένοντο δὲ τότε καὶ οἱ πολλοὶ σεισμοὶ

τῆς γῆς—plurimi codd. particulæ: τότε alium locum adsignant, ut legatur: ἐγένοντο δὲ καὶ οἱ πολλοὶ σεισμοὶ τότε τῆς γῆς. Alii codices exhibent: πολλοὶ τότε σεισμοὶ τῆς γῆς—.

Cap. 88. Πέμπτον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε—. Plurimi codd. alio ordine scribere jubent: ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε—.

Cap. 89. Αἴτιον δ' ἔγωγε τοῦ τοιούτου νομίζω—. Etiam hoc loco alium verborum ordinem: ἔγωγε νομίζω τοῦ τοιούτου—plurimi codd. sequuntur.

Cap. 90. Ἐστράτευσε—ἐπὶ Μυλὰς τὰς τῶν Μεσσηνίων—. Decem codd. omittunt articulum: τῶν ante: Μεσσηνίων—, sicut etiam in hoc capite aliis nominibus propriis nunc adhæret, nunc detrahitur. Quare plurium codd. auctoritatem sequi debemus.

Cap. 92. Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίαις ἀποικίαν καθίσταντο—. Quidam codices legunt: Τραχινίᾳ—. Alii: Τραχῖνι—. Lectio recepta: Τραχινίαις haud dubie est falsa neque alio loco reperitur. Hæc urbs Heraclea aliis locis, ut lib. III. c. 100. lib. IV. c. 78. et lib. V. c. 51. dicitur urbs ἐν Τραχῖνι. Quare verisimile est, etiam hoc loco ita esse legendum. Quia tamen terminatio: αις in vocabulo: Τραχινίαις non sponte adnexa esse videtur, Thucydidem h. l. scripsisse: ἐν Τραχῖνι ἐς ἀποικίαν καθίσταντο—conjicio. Nam vocabulum: καθίστασθαι sæpe præpositionem: ἐς habet adjunctam.—In verbis: Παράλιοι, Ἱερῆς, Τραχίνιοι—lectio novem codicum: Ἱερεῖς non est rejicienda. Conf. dicta ad c. 103. lib. I.

Cap. 94. Ἐν Ἐλλομένῳ τῆς Λευκαδίας φρουροὺς—διέφθειραν—. Cum Vindob. adhuc quatuordecim codices legunt: Ἀρκαδίας φρουροὺς—. Sed Valla jam lectionem receptam: Λευκαδίας in suo codice invenit. Nam vertit: *apud Ellomenum Leucadiæ*. Cum Arcadiæ regio sit mediterranea et statim in sequentibus cum majori classe Leucadem petiisse dicantur Athenienses, haud dubie lectio recepta est aptissima.—In verbis: οἱ πανδημεὶ, πλὴν Οἰνιαδῶν—plurimi codices mutato accentu legunt: Οἰνιάδων—. Sed retinenda est lectio: Οἰνιαδῶν. Nam etiam in aliis locis, ut lib. II. c. 102. et lib. III. c. 114. similis codicum varietas occurrit. Quare etiam in loco lib. II. c. 102. ubi adhuc male editum est: Οἰνιάδων, recipienda est lectio: Οἰνιαδῶν. Denique in verbis: ῥᾳδίως γ' ἂν ἐκπολιορκῆσαι, πόλεώς τε αἰεὶ σφίσι πολεμίας ἀπαλλαγῆναι—recipiendam esse censeo quatuor codd. Cass. Aug. et duorum Pariss. lectionem: ῥᾳδίως τ' ἂν ἐκπολιορκῆσαι—. Præterea novem codd. legunt: καὶ πόλεως ἀεὶ σφίσι—, omissa altera particula: τε post: πόλεως vulgo adjecta. Etiam illud: ἀεὶ sæpius in Thucydidis libris quam: αἰεὶ frequentatur. Conf. dicta ad lib. IV. c. 55. c. 64. et c. 92. Quare magis emendata hujus loci lectio a me habetur: ῥᾳδίως τ' ἂν ἐκπολιορκῆσαι καὶ πόλεως ἀεὶ σφίσι πολεμίας—. Etiam capite sequenti 95. in verbis: κατὰ τὴν Ἀθηναίων αἰεί ποτε φιλίαν—haud dubie præferenda est octo librorum auctoritas, ut legatur: ἀεί ποτε φιλίαν—. Totidem quoque librorum consensu cap. 97. in verbis: τὴν δ' ἐν ποσὶ αἰεὶ πειρᾶσθαι αἱρεῖν—corrigi debet: ἀεὶ πειρᾶσθαι—.

Cap. 96. Καὶ τῇ τρίτῃ Τίχιον· ἔμενέ τε αὐτοῦ, καὶ τὴν λείαν ἐς Εὐπόλιον τῆς Λοκρίδος ἀπέπεμψε—. Jam Palmerius conjecerat, legendum esse: Τείχιον, sicut etiam codices Ar. Gr. Cass. Dan. Aug. Mosqu. Vindob. et quinque Pariss. legere jubent. Etiam pro illo: Εὐπόλιον recipiendum esse videtur ex codicibus Cl. Aug. Cass. et duobus Pariss. illud: Εὐπάλιον—, quod Strabo lib. X. pag. 450. ed. Casaub. attulit. Eodem tendit vocabulum: Εὐπαλίαν, quod Stephanus *de urbibus* profert. Eadem lectio: Εὐπάλιον etiam infra cap. 102. nonnullorum codicum auctoritate est revocanda.—In antecedentibus vero verbis nostri capitis 96.: τῇ δευτέρᾳ Κροκύλιον—constans codicum scriptura nos legere jubet: Κροκύλειον—.

Cap. 98. Πᾶσά τε ἰδέα κατέστη τῆς φυγῆς καὶ τοῦ ὀλέθρου τῶν στρατοπέδων τῶν Ἀθηναίων—. Non puto, hæc verba eodem modo a Thucydide scripta fuisse. Nam non plures, sed unus isque parvus erat exercitus Atheniensium, cui hæc calamitas immitteretur. Præterea tot genitivorum, qui se invicem deinceps excipiunt, copulatio est valde ingrata. Verisimilius est, scripsisse Thucydidem: τοῦ ὀλέθρου τῷ στρατοπέδῳ τῶν Ἀθηναίων. Forte jam Valla in suo codice ita legerat. Nam vertit: *Ut nullum non mortis genus in Atheniensium exercitu viseretur*.

Cap. 102. Χιλίους ὁπλίτας· οἳ ἐσελθόντες περιεποιήσαντο τὸ χωρίον—. Codicum auctoritate atque ipso linguæ Græcæ usu ita postulante legendum est: οἳ ἐπελθόντες περιεποίησαν τὸ χωρίον—. Lectionem:

ἐπελθόντες, quæ apte de adventu exterorum adhibetur, exhibent codices Ar. C. Gr. Dan. Mosqu. et duo Pariss. Altera autem minus vera lectio: ἐσελθόντες orta esse videtur ex verbis sequentibus: ὡς ᾔσθοντο τὴν στρατιὰν ἐσεληλυθυῖαν. Porro: περιποιεῖν pro: *tueri, servare,* plerumque posuit Thucydides, sicut etiam Scholiastæ explicant verbo: φυλάσσειν et: σώζειν, lib. II. c. 25. lib. IV. c. 105. lib. VI. c. 104. Lectionem: περιεποίησαν nostro loco adferunt codices Vindob. Cass. Aug. et tres Pariss. Neque obscurum est, falsæ lectioni: περιεποιήσαντο ultimam syllabam ex sequenti: τὸ χωρίον adhæsisse.

Cap. 104. Ἀλλὰ σὺ Δήλῳ Φοῖβε μάλιστ' ἐπιτέρπεαι ἦτορ—. Codicum Pariss. auctoritate legendum est, sicut jam Camerarius ex scripto quodam exemplari adnotavit: Ἄλλοτε Δήλῳ Φοῖβε μάλιστά γε θυμὸν ἐτέρφθης—. Pro illis: Αὐτοῖς σὺν παίδεσσι καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν—iidem codd. exhibent: σύν σφισι τὲ τεκέεσσι γυναιξί τε σὴν ἐς ἀγυιὰν—. Et pro illis: οἱ δέ σε πυγμαχίῃ etc. in Thucydide scribendum est: Ἔνθά σε πυγμαχίῃ καὶ ὀρχηστύι καὶ ἀοιδῇ Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν καθέσωσιν ἀγῶνα—. In illo autem versu: Ἐνθάδ' ἀνείρηται ξεῖνος ταλαπείριος ἐλθὼν— omnes fere Thucydidis codices legere jubent: ἐνθάδ' ἀνείρηται ταλαπείριος ἄλλος ἐπελθὼν—, et in verbis: ὑποκρίνασθε ἀφήμως —emendatio Kusteri et Ruhnkenii egregie confirmatur codicum consensu, ut legatur: εὐφήμως, quamvis adhuc vocabulo: ὑποκρίνασθε in illis codd. litera: ε male adhæreat.

Cap. 107. Τὸν λόφον ἐκ θαλάσσης ἐφόρμουν—. Non dubium est, quin decem codicum auctoritate, sicut jam Kistemakerus suaserat, scribendum sit: ἐκ θαλάσσης ἐφώρμουν—. Quamquam vero etiam codex regius legit: ἐφώρμουν, nullam tamen lectionis varietatem Gailius doctissimus de hoc vocabulo adnotavit.—In verbis: ὁ δὲ προσαγαγὼν ἐγγὺς τῆς Ὄλπης, ἐστρατοπεδεύσατο—, cum omnibus locis plurali numero: αἱ Ὄλπαι laudentur, hujus loci emendatio esse necessaria videtur. Quare legendum esse puto: προσαγαγὼν ἐγγὺς τῆς Ὀλπίνης (sc. γῆς). Eodem modo quoque cap. 111. scribendum erit: προκεχωρηκότες δὲ ἤδη ἄπωθεν τῆς Ὀλπίνης, et cap. 113.: καταφυγόντων ἀπὸ τῆς Ὀλπίνης Ἀμπρακιωτῶν—sive potius undecim codicum auctoritate emendari debet: καταφυγόντων ἐκ τῆς Ὀλπίνης—. Lectionem: Ὀλπίνης forte indicat cod. Aug. qui contractam formam: Ὀλπῆς exhibet.

Cap. 108. Καὶ ἡ μὲν μάχη ἐτελεύτα ἕως ὀψέ. Duodecim codd. et Scholiastes legunt: ἐτελεύτα ἐς ὀψέ. Eandem lectionem haud dubie etiam Valla invenit. Nam vertit: *cessavitque sub vesperum pugna.* Alii tres lectionem utramque: ἕως ἐς ὀψὲ exhibent. Cum vero Dukerus docuerit, verbum: τελευτᾶν sæpenumero cum præpositione: ἐς conjungi, magis veram lectionem: ἐς ὀψὲ h. l. recipere debemus.

Cap. 112. Τῶν δὲ ἀπείρων καὶ ἀνεπιστημόνων, ὅποι τράπωνται—. Cum cod. Vindob. Cl. Gr. Cass. Aug. Mosqu. et septem Pariss. legendum est: ὅπῃ τράπωνται. Ita adfuit lib. I. c. 52.: διεσκόπουν, ὅπῃ κομισθήσονται. Plura de hac particula ad lib. II. c. 11. adnotavimus.—Etiam in verbis: ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἤδη διαφθαρῆναι —cum Kistemakero doctissimo legere malim: ἐν ταῖς ναυσὶν, εἰ δεῖ, διαφθαρῆναι. Ita enim cum Vindob. adhuc tredecim codices scribunt. Neque ineptum sensum hæc lectio fundit, quia illud: ἤδη propter verba antecedentia: ἐν τῷ αὐτίκα φόβῳ—plane esset superfluum. Eandem quoque lectionem Vallæ liber exhibuit. Nam ille vertit: *præsertim in metu satius esse ab iis, qui in navibus erant, si oporteat, interfici se—.*

Cap. 113. Εἶναι τὸν κήρυκα ἀπὸ τῶν ἐν Ἰδομέναις—. Non ferri potest lectio: ἐν Ἰδομέναις, quia et in antecedentibus et in sequentibus occurrit: Ἰδομένη. Quare recipienda est lectio codicis Ar.: ἐν Ἰδομένῃ, quam etiam Valla in libro suo reperisse videtur. Nam vertit: *qui apud Idomenem essent—.*

Cap. 114. Οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους. Verba illa: καὶ Ἀγραίους sunt superflua, quia modo adfuerant in loco illo: τοῖς ὡς Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους καταφυγοῦσι. Salynthius enim Agræorum rex erat, sicut cap. 111. adfirmatur. Ignorant etiam hæc verba: καὶ Ἀγραίους Valla et codices Vindob. Gr. Cl. Cass. Dan. Aug. et quinque Pariss.

Lib. IV. Cap. 1. Τοὺς Λοκροὺς ἀμύνεσθαι· ἢ μᾶλλον καὶ ἐπετίθεντο. Colon post: ἀμύνεσθαι in comma mutari debet, et elegantior verborum series: ἢ καὶ μᾶλλον— quatuordecim codicum auctoritate est præferenda. Valla etiam ita legisse videtur. Nam vertit: *quo etiam magis illi ingruebant.*

Cap. 3. Ὁ μὲν Εὐρυμέδων καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἠπείγοντο ἐς τὴν Κέρκυραν. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐς τὴν Πύλον—. Decem codices, omissa vocula: ὁ, apte legunt: καὶ Σοφοκλῆς. Tum enim bene cohæret: ὁ μὲν Εὐρυμέδων—ὁ δὲ Δημοσθένης—. In verbis: ἐπὶ τούτῳ γὰρ ξυνεκπλεῦσαι—cum decem aliis codd. Vindobonensis legit: γὰρ ξυνέπλευσε—. Quod præfero, quia aptius ipse Thucydides lectoribus in memoriam revocat modo cap. 2. allata, quam Demosthenes hæc refert classis ducibus, quibus tunc illud Demosthenis consilium non ignotum esse potuit. Unus Paris. legit: ξυνέπλευσαι, unde tandem falsa lectio: ξυνεκπλεῦσαι est formata.

Cap. 4. Μέχρις αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις σχολάζουσιν ὁρμὴ ἐπέπεσε περὶ στάσιν ἐκτειχίσαι τὸ χωρίον. Illud: μέχρις mutandum est in: μέχρι αὐτοῖς—. Nam ita legunt codd. Cass. Mosqu. Gr. Aug. et duo Pariss. Aliis locis quoque Thucydides ita scripsit. Conf. lib. II. c. 22. et c. 46. Eodem modo quoque lib. IV. cap. 16. in verbis: ἐσπεῖσθαι δὲ αὐτὰς μέχρις οὗ ἐπανέλθωσι, totidem codicum auctoritate legendum est: μέχρι οὗ—. Eadem lectio: μέχρι οὗ—etiam recipienda est lib. VII. cap. 83. octo codicum consensu. Lib. VIII. cap. 42. eandem lectionem: μέχρι οὗ tres codices et haud dubie etiam plures codd. defendunt. Nam in Gailii editione plane nulla lectionis varietas, quod certe mirum est, adnotatur. Lib. VIII. c. 58. saltem tres codd. scribunt: μέχρι ἂν—. Lib. VIII. c. 68. quinque codd. legunt: μέχρι ἐμοῦ—. Similia adnotavi ad lib. IV. c. 46.—Pro illo: ἐπέπεσε octo codd. exhibent: ἐσέπεσε. Quamquam plurium codicum consensum adhuc requiro, ut hæc lectio: ἐσέπεσε admittatur: tamen negari non potest, hoc verbum, sicut illud: εἰσέρχεσθαι, cum dativo conjungi posse. Verba: περὶ στάσιν explico de loco, ubi tunc castra posuerant Athenienses, quem tandem stationis suæ locum Demosthenis suasu in circuitu munire cœperunt.

Cap. 6. Ἐσπάνιζον τροφῆς τοῖς πολλοῖς χειμών τε ἐπιγενόμενος—ἐπίεζε τὸ στράτευμα. Particula: τε nihil habet, quo referatur. Forte Thucydides antea scripserat: ἐσπάνιζόν τε τροφῆς—. Codex Mosqu. falsa lectione: ἐσπανίζοντο τροφῆς—hanc conjecturam confirmare videtur. Eodem modo lib. V. cap. 45. pro vera lectione: ἐσήκουόν τε καὶ ἕτοιμοι ἦσαν—in cod. Græv. male legitur: ἐσηκούοντο καὶ ἕτοιμοι—.

Cap. 8. Ἐγίγνετο ἡ ἔφοδος, ἄρτι ἀφιγμένων ἀφ' ἑτέρας στρατιᾶς. Æmilii Porti conjectura, ut legatur: ἀφ' ἑτέρας στρατείας—, haud dubie est verissima, cum sæpissime hæc duo vocabula a librariis permutentur. Forte etiam Valla ita legit. Nam vertebat: *modo reversos ex alia expeditione*.—In verbis: τῇ μὲν δυεῖν νεοῖν διάπλουν, κατὰ τὸ τείχισμα—cum Vindob. adhuc octo codices legunt: δυοῖν νεοῖν διάπλουν—, quæ scribendi ratio magis consueta Thucydidi est præferenda. Conf. dicta ad lib. I. c. 20. lib. IV. c. 28. et c. 44.—In verbis: τοὺς μὲν οὖν ἔσπλους ταῖς ναυσὶν ἀντιπρώρους βύζην κλήσειν ἔμελλον—jam Dukerus magis veram suasit lectionem: ταῖς ναυσὶν ἀντιπρώροις—, quæ in novem codicibus reperitur atque etiam Vallæ nota fuit, quia vertebat: *navibus confertim foras spectantibus*—. Verisimilis Kœnii conjectura in notis ad Gregorium de dialectis, p. 42. ut pro: κλήσειν h. l. legatur: κλείσειν, auctoritate quatuor codd. Pariss. confirmatur.—In verbis: ὁπλίτας διεβίβασαν εἰς αὐτὴν—quatuordecim codd. recte exhibent consuetam Thucydidis scripturam: διεβίβασαν ἐς αὐτὴν—. Conf. dicta ad lib. I. c. 3. et lib. IV. c. 126. Quare etiam infra cap. 12. nonnullorum codicum consensu legendum est: ἐς (non: εἰς) τὴν θάλασσαν—et: ἐς (non: εἰς) τὴν ἑαυτῶν—et c. 108. pro illo: εἰς τὸ νεωτερίζειν—etiam sex codd. exhibent: ἐς τὸ νεωτερίζειν.—In verbis statim sequentibus: καὶ περὶ τὴν ἤπειρον ἄλλους ἔταξαν—sequor undecim codicum lectionem: καὶ παρὰ τὴν ἤπειρον—*ad litus terræ continentis milites collocarunt*, ne facile in terram Athenienses escenderent.—In verbis denique: καὶ διέβησαν μὲν καὶ ἄλλοι πρότερον κατὰ διαδοχὴν—non ferendam esse censeo lectionem: πρότερον. Puto Thucydidem scripsisse: καὶ ἄλλοι προτέρων, *diversi a prioribus*. Nam aperte indicat Thucydides, vario temporis intervallo milites diversos adiisse insulam, ut eam custodirent, prioribus, qui antea vigilias egerant, inde reversis. Quare in sequentibus adjecit, ultimos, qui ibi tandem diutius remanserint, quadringentorum et viginti militum æquasse numerum.

Cap. 9. Ὁπλῖταί τε τῶν Μεσσηνίων τούτων ὡς τεσσαράκοντα ἐγένοντο—. Aptior erit lectio hujus loci: ὁπλῖται δὲ τῶν Μεσσηνίων—, quamquam codicum deest auctoritas.

Cap. 10. Μηδεὶς ὑμῶν—βουλέσθω δοκεῖν εἶναι ἐκλογιζόμενος ἅπαν τὸ περιεστὼς ἡμᾶς δεινὸν, μᾶλλον, ἢ ἀπερισκέπτως εὔελπις ὁμόσε χω-

ϱῆσαι τοῖς ἐναντίοις—. Lectio difficilior ideoque etiam verisimilior plurimorum codicum est: μᾶλλον δ' ἀπεϱισκέπτως—. Alii legunt: μᾶλλον ἀπεϱισκέπτως—. In omnibus his saltem particula: ἢ deest. Etiam Scholiastes sine illa particula: ἢ explicat hunc locum: ἀλλὰ τοῖς ἐναντίοις θαϱσαλέως ἀντιταττέσθω—. Præterea non negligenda est novem codicum lectio: ὁμόσε χωϱήσας—. Tunc illud participium apte convenit cum reliquis hujus loci participiis: ἐκλογιζόμενος—πεϱιγενόμενος—, quæ omnia ex illo: βουλέσθω δοκεῖν εἶναι—pendent.—In verbis: τοῦ τε γὰϱ χωϱίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτεϱον νομίζω, ὃ μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται— omnes fere codices omittunt: ὃ ante: μενόντων. Quæ omissio etiam locum habere potest, si post: νομίζω colon ponitur. Nam illud: ἡμέτεϱον jam sequentibus verbis: ξύμμαχον et: εὔποϱον explicatur.

Cap. 12. Ἐς τοῦτό τε πεϱιέστη ἡ τύχη, ὥστε Ἀθηναίους—ἀμύνεσθαι—. Sequor lectionem trium codd. Pariss.: ἐς τοῦτο τότε πεϱιέστη ἡ τύχη—, quæ huic loco est aptissima: *Ita mutata est tunc temporis fortuna.* Qua lectione admissa illud otiosum: τε perit. Etiam in sequentibus, ubi uberius hæc explicat, legimus: ἐν τῷ τότε—.

Cap. 14. Ὅτι πεϱ αὐτῶν οἱ ἄνδϱες ἀπελαμβάνοντο ἐν τῇ νήσῳ—. Illud: πεϱ non a Thucydide scriptum esse videtur. Quare cupide amplector duorum codd. Dan. et Mosqu. lectionem: ὅτι παϱ' αὐτῶν οἱ ἄνδϱες —*viri ab iis in insulam missi nunc intercipiebantur classe Atheniensium.*—In verbis sequentibus: ἀνθεῖλκον, ἀντιλαμβανόμενοι τῶν νεῶν—cum Vindob. adhuc sexdecim libri legere jubent: ἐπιλαμβανόμενοι τῶν νεῶν—, quod jam, ut Kistemakerus doctissimus adnotavit, propter sonum ingratum in verborum: ἀνθεῖλκον ἀντιλαμβανόμενοι— conjunctione est præferendum.

Cap. 15. Τὰ τέλη—βουλεύειν πϱὸς τὸ χϱῆμα ὁϱῶντας, ὅ, τι ἂν δοκῇ. Concedo quidem, apte explicari posse illud: πϱὸς τὸ χϱῆμα—, sed codicum auctoritas adversatur. Quare cum Vallæ libro, Vindob. et aliis præterea quindecim codd. legendum est: βουλεύειν παϱαχϱῆμα ὁϱῶντας—. Huic loco simillima et ad confirmandam codd. lectionem aptissima est descriptio, quam Thucydides supra lib. I. c. 138. de Themistocle prudentia plenissimo protulit: τῶν δὲ παϱαχϱῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κϱάτιστος γνώμων—. In verbis sequentibus: κινδυνεύειν οὐκ ἐβούλοντο ὑπὸ λιμοῦ τε παθεῖν αὐτοὺς, ἢ ὑπὸ πλήθους βιασθέντας ἢ κϱατηθέντας—plurimorum quoque codicum consensus lectionem commendat aptiorem: οὐκ ἐβούλοντο ἢ ὑπὸ λιμοῦ τι παθεῖν αὐτοὺς ἢ ὑπὸ πλήθους βιασθέντας κϱατηθῆναι. Nam quatuordecim codices particulam: ἢ ante verba: ὑπὸ λιμοῦ adjiciunt. Lectionem: βιασθέντας κϱατηθῆναι cum Vindob. adhuc tredecim codices exhibent. Tres vero, qui inepte legunt: βιασθέντας ἢ κϱατηθῆναι—, ad eandem confirmandam quatuordecim codicum lectionem conferunt. In lectione recepta inprimis etiam argutiæ, quæ in distinctione verborum: βιασθέντας ἢ κϱατηθέντας laterent, me offendunt.

Cap. 16. Ὅ, τι δ' ἂν τούτων παϱαβαίνωσιν ἑκάτεϱοι καὶ ὁτιοῦν—. Præfero cum Abreschio lectionem quinque codicum: ὅτε δ' ἂν τούτων—. Nam non solum: τότε sequitur, sed ingrata est etiam repetitio: ὅ, τι—καὶ ὁτιοῦν—.

Cap. 19. Παϱὸν τὸ αὐτὸ δϱᾶσαι πϱὸς τὸ ἐπιεικὲς, καὶ ἀϱετῇ αὐτὸς νικήσας παϱὰ ἃ πϱοσεδέχετο, μετϱίως ξυναλλαγῇ. Difficilior sed propterea etiam magis vera lectio: καὶ ἀϱετῇ αὐτὸ νικήσας—a codicibus Vindob. Cass. Cl. Dan. Aug. Mosqu. et tribus Pariss. adfertur. Alii quatuor codices, qui legunt: αὐτὸν νικήσας—, ad eandem lectionem: αὐτὸ confirmandam conferunt. Sensum hujus loci Scholiastes optime expressit, qui etiam illud: αὐτὸ in suo codice legit. *Quando licuerit idem facere* (ut iniquæ pacis conditiones scribantur) *lenitatis loco* (πϱὸς h. l. comparationem lenitatis cum sævitia involvit) *animi magnitudine adeo* (καὶ ἀϱετῇ) *hoc* (hanc sævitiam in pace ignominiosa conspicuam) *superat et contra quam timuerat et exspectaverat hostis* (statim in sequentibus diserte adjectum est: ὁ ἐναντίος) *moderatis conditionibus cum eo reconciliatur.* —In verbis ultimis: πεφύκασί τε τοῖς μὲν ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι—a Thucydide scriptum fuisse censeo: πεφύκασί γε τοῖς μὲν ἑκουσίως—*solent saltem homines, natura duce, vicissim cedere sponte remittentibus.*

Cap. 20. Ἀνάγκη ἀΐδιον ὑμῖν ἔχθϱαν πϱὸς τῇ κοινῇ καὶ ἰδίαν ἔχειν, ἡμᾶς δὲ στεϱηθῆναι, ὧν νῦν πϱοκαλούμεθα. Non opus est in his Fr. Porti conjectura, ut sine librorum consensu pro: ὑμῖν legamus: ἡμῖν. Nam aperte suppleri potest ἡμᾶς ex antecedentibus ad verba: ἔχθϱαν ἔχειν et illud: ὑμῖν est dativus incommodi notam involvens. Sed pro illo: ἡμᾶς δὲ στεϱηθῆναι necessario legi debet: ὑμᾶς δὲ στεϱηθῆναι.—Nam intelligit orator

amicitiam Lacedæmoniorum, sicut ipse in sequentibus explicat: Λακεδαιμονίοις ἔξεστιν ὑμῖν φίλους γενέσθαι βεβαίως, αὐτῶν τε προκαλεσαμένων. Illa igitur privatum iri Athenienses, si nunc pacem inire nollent. Lectionem: ὑμᾶς etiam codices Vallæ, Ar. C. Bar. Cl. Gr. Aug. Cass. Ald. Flor. Bas. et septem Pariss. confirmant.—In verbis: πολεμοῦνται γὰρ ἀσαφῶς ὁποτέρων ἀρξάντων—duodecim codicum aptior lectio: πολεμοῦνται μὲν γὰρ—est recipienda. Nam sequitur: καταλύσεως δὲ γενομένης—. Etiam Scholiastes hanc duodecim codicum lectionem potulit.—In verbis: χαρισαμένοις τε μᾶλλον ἢ βιασαμένοις—non possum cum Levesquio Lacedæmonios intelligere, qui modo indicati sunt in verbis proximis: αὐτῶν τε προκαλεσαμένων—, sed refero illos dativos ad antecedens: ὑμῖν et explico de Atheniensibus, qui non vi facta et plane devictis Lacedæmoniis, sed propter benivolum erga illos animum cum Spartanis pacem inire deberent.

Cap. 21. Δέξεσθαί τε ἀσμένως καὶ τοὺς ἄνδρας ἀποδώσειν—. Omnium fere codicum auctoritate legendum est mutato ordine: ἀσμένως δέξεσθαί τε καὶ—. Ad verbum: δεομένων—in illis: δεομένων τὶ μᾶλλον σπονδῶν—male supplevit Scholiastes: τῶν Λακεδαιμονίων, cum potius supplere debuisset: τῶν Ἀθηναίων. Conferatur narratio lib. I. c. 114. et c. 115. proposita.

Cap. 23. Πελοποννήσιοι δὲ ἐν τῇ ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι—. Decem codd. postulant, ut edatur: ἔν τε τῇ ἠπείρῳ—, quod apte cum sequenti: καὶ προσβολὰς ποιούμενοι—potest conjungi.

Cap. 24. Τοῖς Ἀθηναίοις τε οὐκ ἀνεῖναι ἐφορμεῖν καὶ τοῦ πορθμοῦ κρατεῖν—. Quatuor codd. Reg. Cass. Gr. Aug. aptius legunt: οὐκ ἂν εἶναι ἐφορμεῖν—, sicut etiam Abreschius, Heilmannus et Levesquius legere jusserunt. Gailius tamen in sua editione elegantissima non indicavit, ita in codice regio legi.—In verbis: τὸ Ῥήγιον ἤλπιζον—ῥαδίως χειρώσεσθαι—sequor novem codicum auctoritatem qui legunt: ῥαδίως χειρώσασθαι. Nam constat, post verba opinandi sæpe pro futuris poni aoristos. Ita in epist. ad Rom. c. XV. 24.: ἐλπίζω γὰρ—θεάσασθαι ὑμᾶς. Alia exempla suppeditabunt infra cap. 52. et c. 120. Conf. etiam notam ad lib. VII. c. 21.—In verbis: καὶ ἔστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο, ᾗ Ὀδυσσεὺς λέγεται διαπλεῦσαι—non video, quo illud: τοῦτο referatur, cum antea πορθμὸς ponatur. Puto igitur Thucydidem scripsisse: ἔστιν ἡ Χάρυβδις κληθεῖσα τούτῳ, ᾗ Ὀδυσσεὺς—atque illud: τούτῳ ad: πορθμὸς refero: *Habet illud fretum quoque Charybdim ita dictam, qua parte Ulysses navibus trajecisse dicitur.*—Ad ultima denique verba: ἐσπίπτουσα ἡ θάλασσα ἐς αὐτὸ—suppleo ex antecedentibus: τὸ πέλαγος. Nam antecesserat: ἐκ μεγάλων πελαγῶν, τοῦ τε Τυρσηνικοῦ καὶ τοῦ Σικελικοῦ.

Cap. 25. Ἀπέπλευσαν—ἐς τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα τότε, ἐν τῇ Μεσσήνῃ καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ μίαν ναῦν ἀπολέσαντες—. Hoc loco mutanda est verborum interpunctio, sicut jam egregie Kistemakerus celeberrimus adnotavit. Nam comma post: τότε sublatum ante: μίαν ναῦν poni debet.—In verbis: μετὰ δὲ τοῦτο οἱ μὲν Λοκροὶ ἀπῆλθον ἐκ τῆς τῶν Ῥηγίνων—ejicienda est vocula: τῶν, undecim librorum auctoritate. Quatuor autem Pariss. male legunt: ἐκ τῶν Ῥηγίνων—. In verbis: τῶν Συρακουσίων ἐμβάντων ἐς τὰς ναῦς—Vindob. cum aliis decem codd. legere jubet: ἐσβάντων ἐς τὰς ναῦς—. Nam utraque dicendi ratione: ἐμβῆναι et: ἐσβῆναι Thucydides utitur et librarii particulas: ἐς et: ἐμ—in verbis compositis sæpenumero permutarunt, ut Wassius ad h. l. docuit.—Eodem modo in verbis: οἱ μὲν Ἀθηναῖοι κατὰ τὸν λιμένα ταῖς ναυσὶν ἐπειρῶντο—dicendi ratione etiam in Thucydide obvia legendum censeo: ταῖς ναυσὶν ἐπείρων—. Ita enim cum Scholiastæ libro et Vindob. adhuc quatuordecim codices scripserunt atque etiam Gottleberus in nota ad lib. I. cap. 61. hanc lectionem defendit.

Cap. 27. Πάντων τε ἐφοβοῦντο μάλιστα τοὺς Λακεδαιμονίους—. Singularem vim h. l. obtinet septem codicum lectio: πάντων δὲ ἐφοβοῦντο μάλιστα—, quare illa non est negligenda.—In verbis: ᾑρέθη κατάσκοπος αὐτὸς μετὰ Θεογένους ὑπὸ Ἀθηναίων—non negligenda est septem codicum lectio: μετὰ Θεαγένους—. Nam longe sæpius nomen Theagenis inter Athenienses occurrit. Quare etiam h. l. admitti debet, sicut lib. I. c. 24. et c. 19. Quamquam enim in utroque capite ejusdem viri mentio injicitur, tamen c. 19. quinque codd. Pariss. etiam male exhibent: Θεογένης. Ex quibus locis simul, permutata fuisse ab imperitis librariis hæc duo nomina: Θεαγένης et: Θεογένης, adparet.—In verbis: ὅτι ἀναγκασθήσεται ἢ ταυτὰ λέγειν, οἷς διέβαλλεν, ἢ τἀναντία εἰπών, ψευδὴς φανήσεσθαι—verisimile mihi esse videtur, Thucydidem scripsisse: ψευ-

δὴς φανήσεται. Nam non facile hæc duo: ἀναγκασθήσεται φανήσεσθαι conjunxisset.

Cap. 28. Ταῦτα δὲ ἔχων, ἔφη, πρὸς τοὺς ἐν Πύλῳ στρατιώτας—. Quatuordecim libri lectionem magis veram: ἔφη, πρὸς τοῖς ἐν Πύλῳ στρατιώταις, *præter illos milites, qui ad Pylum essent*, proferunt, quam etiam interpretes comprobant.—Ita etiam in verbis: δυεῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι—necessario recipienda est lectio Thucydidi satis consueta: δυοῖν ἀγαθοῖν—, quam cum Vindob. et quinque Pariss. etiam reliqui codices quam plurimi exhibent.

Cap. 29. Τῶν τε ἐν Πύλῳ στρατηγῶν ἕνα προσελόμενος—. Particulam: τε duo codices C. et Dan. ignorant. Nemo certe illam h. l. desiderabit, aut particula: γε, centies a librariis cum illa: τε permutata, h. l. longe aptius adhiberetur.—In verbis: ῥώμην καὶ ἡ νῆσος ἐμπρησθεῖσα παρεῖχε—novem codices exhibent: ἐμπρησθεῖσα παρέσχε—*robur addiderat*—quod ad h. l. bene quadrat. Quamquam inter illos novem codd. etiam est regius, tamen ejus mentio non a Gailio est injecta.—In verbis: κρείττους ἐνόμιζε τῶν πλεόνων ἀπείρων· λανθάνειν τε ἂν τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον, πολὺ ὂν—particula: τε nihil habet, ad quod referatur. Forte Thucydides scripserat: κρείττους τ' ἐνόμιζε—.

Cap. 30. Κατιδὼν πλείους ὄντας, ὑπονοῶν πρότερον, ἐλάσσοσι τὸν σῖτον αὐτοῦ ἐσπέμπειν, τότε ὡς ἐπ' ἀξιόχρεων τοὺς Ἀθηναίους μᾶλλον σπουδὴν ποιεῖσθαι—. Varia interpretandi et emendandi ratio, quam h. l. interpretes protulerunt, jam indicare videtur, quoddam scripturæ vitium subesse. Mea quidem sententia particula: τε ante: ὡς ἐπ' ἀξιόχρεων—excidit, quod propter ultimam particulæ: τότε syllabam facile fieri potuit. Tunc bene inter se cohærent: τούς τε Λακεδαιμονίους—τότε τε ὡς ἐπ' ἀξιόχρεων—τήν τε νῆσον—. Illud: σπουδὴν ποιεῖσθαι propter orationem contextam explico: *diligentiam adhibere debere*. Jam sensus erit. *Cum ita videret, Lacedæmonios esse numero plures (suspicatus enim prius erat, cibum eo longe minoribus numero mitti,) et jam Athenienses majorem contra hostes minime contemnendos diligentiam adhibere debere; in insulam vero facilius escendi posse: ad eum invadendam adparatus fecit* etc.

Cap. 31. Οὐ προσδεξαμένων δὲ αὐτῶν, μίαν μὲν ἡμέραν ἐπέσχον—. Non negligenda est exquisitior novem codicum scriptura: οὐ προσδεξαμένων δὲ, αὖ μίαν μὲν ἡμέραν—*vicissim uno quidem die morabantur*.—In verbis: τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀνήγαγον μὲν—puto quidem, defendi posse illud: ἀνήγαγον. Cum vero duodecim codicum auctoritas lectionem magis consuetam: τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀνηγάγοντο μὲν—tueatur, hanc cum Dukero et Kistemakero recipiendam esse censeo.—In verbis: ἔκ τε τοῦ πελάγους καὶ πρὸ τοῦ λιμένος—cum Dukero quoque et Kistemakero aptiorem præfero octo codicum lectionem: καὶ πρὸς τοῦ λιμένος—*a portu inde*—quod accurate respondet illi: ἔκ τε τοῦ πελάγους—. In verbis: μέρος δέ τι οὐ πολὺ αὐτοῦ ἔσχατον ἐφύλασσε—neque ad vocabulum: αὐτοῦ supplendum censeo: Ἐπιτάδου—neque cum Bavero legendum esse: αὐτὸ—. Sed suppleo: τόπου, *ibi*, sicut in verbis capitis anteced.: τὸν σῖτον αὐτοῦ ἐσπέμπειν—et cum quindecim codicibus lego: αὐτοῦ τὸ ἔσχατον ἐφύλασσε—. Denique in verbis: εἰ καταλαμβάνοι ἀναχώρησις βεβαιοτέρα—etiam cum Dukero aliisque defendo codicum Vindob. Cl. C. Ar. Cass. Mosqu. Aug. trium Pariss. et Vallæ lectionem maxime convenientem: ἀναχώρησις βιαιοτέρα—. Unus Paris. indicat falsa lectione: βιβαιοτέρα, unde vulgatæ lectionis origo sit repetenda.

Cap. 32. Διαφθείρουσιν, ἔν τε ταῖς εὐναῖς, ἔτι ἀναλαμβάνοντας τὰ ὅπλα. καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν—. Varia interpretandi et emendandi ratio, quam de hoc loco excogitarunt interpretes, inprimis ex interpunctione perturbata originem traxisse videtur. Equidem tollendum censeo punctum post: ὅπλα, ut particulæ: τε et: καὶ cohæreant, et verto: *interficiunt adhuc in cubili prostratos, cum arma sua arriperent, quia ipsos etiam latuerat illa Atheniensium in terram escensio.*—In verbis: ἅμα δὲ ἕῳ γιγνομένῃ, καὶ ὁ ἄλλος στρατὸς ἀπέβαινον—πάντες—non verisimile est, aurora orta demum illos milites in terram e navibus escendisse, quia tunc facilius ab hoste animadverti eorum adventus et impediri potuisset. Quare amplector quatuordecim codicum lectionem: ὁ ἄλλος στρατὸς ἐπέβαινον—πάντες, *ex reliquo exercitu omnes impetum fecerunt*. Eandem lectionem quoque Vindob. et Vallæ liber tuentur. Nam Valla vertit: *reliquus exercitus supervenit*.—In verbis: ὅπως ὅτι πλείστη ἀπορία ᾖ τοῖς πολεμίοις, πανταχόθεν κεκυκλωμένοις, καὶ μὴ ἔχωσι, πρὸς ὅ, τι ἀντιτάξωνται—etiam undecim libri legunt: πανταχόθεν κεκωλυμένοις—. Quo vocabulo etiam alibi Thucydides utitur, neque verum est, undique cinctos fuisse hostes ab Athe-

niensibus, sed tantum in pugna ineunda impeditos, quia et a fronte et a tergo et a latere iis instabant Athenienses. Sequor igitur tot codicum meliorum consensum. Ita capite sequenti 33. de hostibus dicitur: ἑκατέρωθεν βάλλοντες εἶργον—. Sed etiam nostro loco Thucydides illud: κεκωλυμένοις statim verbis adjectis: καὶ μὴ ἔχουσι, πρὸς ὅ, τι ἀντιτάξωνται—explicat. Rejicio enim vulgatam: μὴ ἔχωσι—quinque codicum Pariss. Mosqu. Vindob. et haud dubie etiam aliorum librorum auctoritate, qui exhibent: μὴ ἔχουσι—. Qua lectione recepta ingratus subjunctivorum concursus in h. l. apte evitatur.—Quid denique in verbis: καὶ οἱ ἀποξώτατοι τοξεύμασι καὶ ἀκοντίοις καὶ λίθοις καὶ σφενδόναις, ἐκ πολλοῦ ἔχοντες ἀλκὴν—sibi velit vocabulum: ἀποξώτατοι, Dukerus ingenue fatetur, se ignorare. Non negari potest, nimis artificiosas esse Scholiastæ aliorumque doctorum interpretationes de hoc loco prolatas. Mihi quidem emendatione hujus vocabuli a Thucydide haud dubie h. l. non prolati opus esse videtur. Valde igitur mihi arrisit conjectura, a me excogitata, ut legatur: καὶ οἱ πορρώτατοι τοξεύμασι —*et longissime remoti ex magno, quo tela jaculabantur, intervallo grave iis robur addebant*. Saltem mihi persuasum est, ejusmodi lectionem esse orationi contextæ in nostro loco quam maxime adcommodatam.

Cap. 33. Ἧι μάλιστα αὐτοῖς προσθέοντες προσκέοιντο—. Haud dubie elegantior est octo codicum scriptura: αὐτοῖς ἐπιθέοντες προσκέοιντο—, quæ jam Kistemakero doctissimo placuit. Ubique obvius est librariorum error, ut celeritate abrepti similia vocabulorum compositorum forment initia.—In verbis ultimis: οὐκ ἐδύναντο διώκειν, ὅπλα ἔχοντες—non negligenda est magis Attica septem librorum lectio: οὐκ ἠδύναντο διώκειν—.

Cap. 34. Ἀποκεκλημένοι μὲν τῇ ὄψει τοῦ προορᾷν—. Attendi debet scriptura probabilior duorum codd.: ἀποκεκλειμένοι, sicut in capitis 35. verbis: ξυγκλήσαντες ἐχώρησαν—quatuor codices scripturam magis veram: ξυγκλείσαντες—tuentur. Conf. dicta ad lib. IV. cap. 8.

Cap. 35. Πολλῷ ἔτι πλέον βοῇ τεθαρσηκότες οἱ ψιλοὶ ἐπέκειντο—. Vindob. et sex Pariss. cum aliis decem libris lectionem longe aptiorem suadent: πολλῷ ἔτι πλέονι βοῇ—. Etiam Valla ita legit, quia vertebat: *leviter armati longe majore clamore et audacia instare*.

Cap. 36. Κατὰ τὸ ἀεὶ παρῆκον τοῦ κρημνώδους τῆς νήσου προσβαίνων—. Quamquam concedo, sicut docte ad h. l. Dukerus explicavit, vocabulum: παρήκειν inprimis adhiberi de locis, quæ aliquo extenduntur et pertingunt: tamen cum Gottlebero præfero lectionem decem codicum, quibuscum etiam Vindob. et Scholiastes consentiunt, ut legatur: τὸ ἀεὶ παρεῖκον τοῦ κρημνώδους—. Sensus hujus vocabuli est aptissimus huic loco, si interpretationem Scholiastæ sequimur: τὸ ἐνδιδοῦν καὶ ἀνάβασιν παρέχον. Ad hoc vocabulum etiam melius quadrat illud: ἀεί: *ad loca, quæ semper incedentibus cedebant sive transitum permittebant*. Major erit difficultas de interpretatione particulæ: ἀεὶ hoc loco, si lectionem: παρῆκον retinemus.

Cap. 37. Ἐκήρυξάν τε, εἰ βούλοιντο τὰ ὅπλα παραδοῦναι—. Forte antea scriptum legebatur: ἐκήρυξάν γε, εἰ βούλοιντο—.

Cap. 38. Καλούντων ἐκ τῆς ἠπείρου κήρυκας καὶ γενομένης ἐπερωτήσεως δὶς ἢ τρὶς ὁ τελευταῖος—ἀπήγγειλεν—. Codices Ar. Gr. Ald. Flor. Bas. et tres Pariss. legunt: γενομένων ἐπ' ἐρωτήσεως. Dan habet: γενομένων ἐπερωτήσεως. Marg. Cass. C. Cl. Aug. et quinque Pariss. scribunt: γενομένων ἐπερωτήσεων—. Mosqu. exhibet: γενομένων ἐπερωτημάτων—. In tanto codicum dissensu saltem adparet, omnes legere: γενομένων pro illo: γενομένης. Quod cum a librariis insciis non bene cum singulari: ἐπερωτήσεως conjungi posset, propterea correxerunt: ἐπερωτήσεων. Sed longe præferenda est, sicut jam Æm. Portus statuit, codicum primo laudatorum lectio: γενομένων ἐπ' ἐρωτήσεως—*cum illi præcones bis terve de interrogatione advenissent*—.

Cap. 39. Καὶ ἦν σῖτος ἐν τῇ νήσῳ καὶ ἄλλα βρώματα ἐγκατελείφθη—. Vindob. cum tribus Pariss. et quatuor aliis libris et haud dubie etiam cum Scholiasta legit: βρώματα ἐγκατελήφθη—. Scholiastes enim simul hæc verba adjecit: ὡς ἐγένετο δῆλον ἐκ τῶν εὑρεθέντων σιτίων—. Hanc igitur lectionem: ἐγκατελήφθη præfero cum Dukero, quia melius antecedenti: καὶ ἦν σῖτος—respondet, quod frumentum non tam relictum, quam adhuc adfuisse in insula indicat.

Cap. 42. Ἐφ' ὃν Δωριῆς τοπάλαι ἱδρυθέντες—. Legendum est undecim codd. auctoritate: ἐφ' ὃν Δωριεῖς—. Eandem lectionem etiam lib. I. c. 12. et lib. VI. c. 80. plurimorum codicum consensus defendit.—

In verbis: προπυθόμενοι δὲ Κορίνθιοι ἐξ Ἄργους—alio ordine quam plurimi codd. scribere jubent: Κορίνθιοι δὲ προπυθόμενοι ἐξ Ἄργους—.

Cap. 43. Οἱ δὲ ὑπεξχωρήσαντες πρὸς αἱμασίαν—ἐπήεσαν αὖθις—. Ineptum funderet sensum illud: ὑπεξχωρήσαντες—. Tredecim codices, Vindob. Cl. Gr. Cass. Aug. et octo Pariss. lectionem meliorem, etiam a Dukero comprobatam: οἱ δὲ ὑποχωρήσαντες πρὸς—exhibent. Etiam Valla ita haud dubie legit. Nam vertebat: *cum ad maceriam usque cessissent.*—In verbis: ἐν χερσὶν πάλιν ἦν ἡ μάχη—alium verborum ordinem: ἐν χερσὶν ἦν πάλιν ἡ μάχη tredecim codices præscribunt.

Cap. 44. Ἡ δὲ ἄλλη στρατιὰ τούτῳ τῷ τρόπῳ· ἐπεὶ ἐβιάσθη—. Colon post: τρόπῳ haud dubie est tollendum, ut jam Abreschius monuit, ut hæc verba cum illis: ἐπεὶ ἐβιάσθη—cohæreant. Verto illud: τούτῳ τῷ τρόπῳ, *in illo rerum statu*, sicut adfuit lib. I. cap. 8. in verbis: καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἤδη ὄντες—. In verbis antecedentibus: οἱ πλεῖστοί τε ἀπέθανον αὐτῶν—octo codd. ordine verborum magis consueto legunt: οἱ πλεῖστοί τε αὐτῶν ἀπέθανον—. In verbis: τούς τε ἀλλοτρίους νεκροὺς ἐσκύλευον καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀνῃροῦντο—cum aliis octodecim libris etiam Vindob. omisit vocabulum: ἀλλοτρίους. Quod licet Wassius adhuc defenderit, tamen cum Abreschio ejiciendum censeo. Nam infra libro V. c. 74. eadem verba etiam sine illo additamento leguntur.—Denique in verbis: πλὴν δυεῖν, οὓς ἐγκατέλιπον μὴ δυνάμενοι εὑρεῖν—codicum plurimorum auctoritate, quibuscum etiam Vindob. consentit, legendum est: πλὴν δυοῖν, οὓς ἐγκατέλιπον, οὐ δυνάμενοι εὑρεῖν—sicut etiam linguæ Græcæ consuetudo postulat. Eodem modo cap. 47. emendari debet: δυοῖν στοίχοιν—, sicut ibi præter multos codices etiam Scholiastes legit. Vid. dicta ad lib. I. c. 20.

Cap. 46. Μέχρις οὗ Ἀθήναζε πεμφθῶσιν—. Septem codices, Aug. Cass. Gr. Mosqu. et tres Pariss. legunt: μέχρι οὗ—, quod more Thucydidis est præferendum. Conf. dicta ad lib. IV. cap. 4. Ita lib. IV. c. 41. in verbis: μέχρις οὗ τι ξυμβῶσιν—sex codd. postulant lectionem: μέχρι οὗ—. Etiam ita lib. V. c. 26. in verbis: μέχρις οὗ τήν τε ἀρχὴν κατέπαυσαν— sex codd. veram lectionem: μέχρι οὗ τὴν—tuentur, et eodem capite in verbis: καὶ μέχρις οὗ ἐτελεύτησε—octo codices legunt: μέχρι οὗ—. In verbis: ὡς κατὰ εὔνοιαν δῆθεν λέγειν—Vindob. cum sexdecim aliis libris exhibet: κατὰ εὔνοιαν δὴ λέγειν—. Quam lectionem non rejicio, quia illud: δῆθεν jam in particula antecedenti: ὡς est expressum.—In verbis denique: ὅτι κράτιστον αὐτοῖς εἴη ὡς τάχιστα ἀποδιδράναι omnes offendere debet forma minus consueta verbi: ἀποδιδράναι. Quare ejus loco recipienda est lectio duodecim codicum: ὡς τάχιστα ἀποδρᾶναι.

Cap. 48. Ἐπειδὰν ἡμέρα ἐγένετο—. Octo Pariss. Aug. et Vindob. vocabulum magis consuetum: ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο—adferunt; quam veram lectionem etiam indicativus: ἐγένετο defendit.

Cap. 49. Καὶ ἐκπέμψαντες Κορινθίους αὐτοὶ Ἀκαρνᾶνες οἰκήτορας ἀπὸ πάντων, ἔσχον τὸ χωρίον—. Magna est inter interpretes dissensio, utrum h. l. plurimorum codicum auctoritate legendum sit: οἰκήτορας, an emendemus: οἰκήτορες, sicut etiam quinque codices exhibent. Licet negari non possit, verborum ordinem linguæ Græcæ legibus ita constitui posse h. l., ut vocabulum: οἰκήτορας (h. l. *pristinos incolas*) ad: Κορινθίους referatur: tamen illud: ἀπὸ πάντων melius connectitur cum lectione quinque codd.: οἰκήτορες, et alias, inprimis in vicinia istius vulgatæ lectionis: οἰκήτορας, non idoneum admitteret sensum, nec haberet quidquam, unde penderet. Jam sensus horum verborum erit: *ipsi Acarnanes tanquam incolæ ex omnibus suæ terræ locis congregati* (Scholiastes: Ἀφ' ἑκάστης πόλεως Ἀκαρνανίας) *tenuerunt hanc regionem.*

Cap. 51. Ποιησάμενοι μέντοι πρὸς Ἀθηναίους πίστεις καὶ βεβαιότητα, ἐκ τῶν δυνατῶν, μηδὲν περὶ σφᾶς νεώτερον βουλεύσειν: *Quamquam Chii jam fœdere sanctissimo Atheniensibus confirmaverant, se, quantum in eorum potestate sit positum, nulla de rebus novis consilia contra Athenienses esse agitaturos.* Hanc Vallæ interpretationem cum Dukero longe illi præfero, qua Chii dicuntur ab Atheniensibus hanc pacti conditionem sibi expetiisse, ne quid in pristino suæ civitatis statu innovarent. Nam cum Chii nova munimenta Atheniensium jussu demoliri cogerentur, non verisimile est, eos Atheniensibus tales pacti conditiones scribere potuisse, aut tales ab Atheniensibus esse admissas. Præterea illud: ἐκ τῶν δυνατῶν longe melius ad Chios quam ad Athenienses refertur. Nam in Atheniensium quidem potestate erat positum, ut Chiis parcerent,

sed Chiis non tam facile erat, ut omne rerum novarum studium inter singulos civium suorum excitatum opprimerent. Porro verba: νεώτερον βουλεύσειν aperte respondent antecedentibus: τὶ νεωτερίειν; quare etiam simili sensu de rerum novarum studio sunt explicanda, cum inprimis illud: νεώτερον plerumque sensu malo adhibeatur, ut Thucyd. lib. I. c. 132. Herodot. lib. V. c. 19. ideoque ad Athenienses rerum dominos minus apte possit referri. Denique verba: περὶ σφᾶς, si non ad Athenienses, ut equidem adfirmo, sed ad Chios spectarent, ex Thucydidis consuetudine potius cum: αὐτοὺς essent conjuncta, ut legeretur: περὶ σφᾶς αὐτοὺς, sicut infra cap. 54. et alibi occurrit.

Cap. 52. Ἀπέδοσαν πάλιν, μηδὲν ἀδικήσαντες—. Octo codices legunt: οὐδὲν ἀδικήσαντες—, quod præfero, quia eo magis in universum adfirmatur.—In verbis: καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ ῥαδίως ἀπ' αὐτῆς ὁρμώμενοι—quinque codd. Pariss. Vindob. Cass. Gr. Aug. legunt: καὶ τῇ ἄλλῃ σκευῇ ῥαδίως—. Phavorinus illud: σκευὴ explicat vocabulo: πανοπλία. Cujus significatus exempla etiam in Thucydide occurrunt. Ita lib. III. c. 94. laudatur: τὸ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνος σκευῇ ψιλῇ χρώμενον—. Aperte autem nostro loco vocabulum: ἄλλη ad naves refertur, quarum facile instruendarum modo mentionem injecerat. Quare sub illo: σκευὴ h. l. non solum navium armamenta, sed ipsa etiam militum iis impositorum arma intelligo, quibus facile Lesbum adgredi possent Lesbiorum exules. Si illam igitur interpretationem sequimur, admitti potest hæc novem codicum lectio.—Etiam in verbis: κακώσειν καὶ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ Αἰτωλικὰ πολίσματα χειρώσεσθαι—recipiendam censeo lectionem: πολίσματα χειρώσασθαι—, quam cum Vindob. adhuc sexdecim libri proferunt. Ad lib. IV. c. 24. jam adnotavi, Græcos sæpe tempora diversa inter se copulare et aoristos inprimis in infinitivo, interdum quoque futurorum loco ponere, si verba opinandi præcesserint. Infinitivi hujus loci pendent ex illo: ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια.

Cap. 54. Καὶ μάχης γιγνομένης ὀλίγον μέν τινα χρόνον ὑπέστησαν—. Magis veram lectionem: μάχης γενομένης—septem codd. Pariss. et Aug. adferunt. Haud dubie etiam Vallæ liber et alii codd. ita legerunt. Valla enim vertit: *Commissa pugna*—.

Cap. 55. Οἷς τὸ μὴ ἐπιχειρούμενον αἰεὶ ἐλλιπὲς ἦν—est recipienda novem codicum auctoritate magis consueta lectio: ἀεὶ ἐλλιπὲς ἦν. Ita etiam cap. sequenti in verbis: πρὸς τὴν ἐκείνων γνώμην αἰεὶ ἕστασαν—nonnullorum codicum et Scholiastæ lectionem: ἀεὶ ἕστασαν—præfero. Conf. dicta ab Lib. III. c. 94.—In verbis: ξυμφορά τις αὐτοῖς περιτύχῃ, οἷα καὶ ἐν τῇ νήσῳ—verissimam esse puto Gottleberi doctissimi emendationem, ut legatur: οἷα καὶ ἐν τῇ νήσῳ—, quam quoque duo codices Reg. et Aug. confirmant. Sed Gailius etiam h. l. nihil de lectionis varietate in illo codice Reg. adnotavit.

Cap. 56. Ἠμύναντο περὶ Κορτύναν καὶ Ἀφροδισίαν—. Septem codices legunt: περὶ Κοτύρταν, cujus veræ lectionis vestigia etiam in Stephani libro de urbibus occurrunt. Unus Paris. scripsit: Κοττύρταν.—In verbis ultimis: πρὸς τὴν ἐκείνων γνώμην αἰεὶ ἕστασαν—non solum, uti jam adnotavimus, legendum est: ἀεὶ, sed duodecim quoque codd. exhibent: ἑστᾶσι. Cum iis alii consentiunt, qui mutato ordine scripserunt: ἑστᾶσιν ἀεὶ—, et inde tandem vulgata lectio: ἕστασαν fluxit. Mihi quidem lectio: ἀεὶ ἑστᾶσι non solum propter plurimorum codicum consensum præferenda esse videtur, sed propterea etiam, quia Thucydidis ætati, qua hæc narravit, magis perfecti quam plusquamperfecti notio est adcommodata. Non enim dubitare licet, quin illis adhuc temporibus, quibus hæc scripsit Thucydides, magis dediti fuerint Æginetæ Spartanorum civitati.

Cap. 57. Καὶ αὐτοῖς τῶν Λακεδαιμονίων φρουρά, μία τῶν περὶ τὴν χώραν, ἥπερ καὶ ξυνετείχιζε, ξυνεξελθεῖν μὲν ἐς τὸ τεῖχος οὐκ ἠθέλησεν, δεομένων τῶν Αἰγινητῶν, ἀλλ' αὐτοὺς κίνδυνος ἐφαίνετο ἐς τὸ τεῖχος κατακλείεσθαι—. Lectionem difficiliorem: οὐκ ἠθέλησαν, δεομένων—, quam sexdecim codices exhibent, etiam Dukerus non improbat et inprimis tot codicum auctoritate est recipienda. Eadem lectio etiam comprobatur verbis sequentibus: ἀλλὰ αὐτοὺς κίνδυνος ἐφαίνετο. Nam aperte pluralis numerus: αὐτοὺς ad illud: ἠθέλησαν refertur. Sed plurimi codices pro illo: αὐτοὺς adferunt: ἀλλὰ αὐτοῖς κίνδυνος—, quod bene ipsos custodes respicit periculum metuentes, atque etiam Dukeri sententia est præferendum.

Cap. 61. Τοῖς γὰρ οὐδέποτε σφίσι κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν προσβοηθήσασιν—. Vindob. et decem aliorum codicum auctoritate le-

gendum est: τοῖς γὰρ οὐδεπώποτε σφίσι—, sicut jam Wassius suaserat. Facile in aliis codd. excidere potuit media syllaba vocis: οὐδεπώποτε propter similem, quæ eam excipit.

Cap. 62. Ἢ δοκεῖτε, εἴ τῳ τὶ ἐστὶν ἀγαθὸν, ἢ εἴ τῳ τὰ ἐναντία, οὐχ ἡσυχία μᾶλλον ἢ πόλεμος—. In magna explicandi hujus loci difficultate, sicut omnes interpretes fatentur, commemoranda aliorum interpretandi et emendandi ratione supersedeo, quia mihi non persuaserunt. Sed magni facio et unice veram habeo in hoc loco Kistemakeri ingeniosam distinguendi rationem, ut legatur: ἢ δοκεῖ τε, εἴ τῳ—. Tunc enim illud: δοκεῖ aptissime ad verba: οὐχ ἡσυχία—παῦσαι etc. refertur, et particula: τε, quæ vocabulo: δοκεῖ adhæret, optime respondet particulæ: τε in verbis: ἄλλα τε ὅσα—conspicuæ, quæ alias nihil haberet, ad quod respiceret. Ceterum adhuc varia sunt, quæ horridam hujus loci dictionem, aliorum tamen locorum exemplis non destitutam, testantur. Nam post illud: δοκεῖ primo sequitur infinitivus cum nominativo conjunctus: ἡσυχία—παῦσαι, et deinde infinitivus cum accusativo: καὶ ἔχειν τὴν εἰρήνην. Constat autem, illud: δοκεῖ, sicut Latinum: *videtur*, utroque modo construi posse. Porro, quia παῦσαι ad: τὰ ἐναντία, et ξυνδιασῶσαι ad: ἀγαθὸν referri debet, quod priori tamen loco positum legitur, etiam illud: παῦσαι non priori, sed posteriori loco deberet esse positum. Denique ad verba: καὶ τὰς τιμὰς ex antecedentibus: οὐχ ἡσυχία μᾶλλον—particula: οὐκ repeti debet, ne interpretatio hujus loci sensui plane contraria existat.

Cap. 63. Ἢν δὲ ἀπιστήσαντες, ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλὰ καὶ, ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ, οἷς οὐ χρὴ, κατ' ἀνάγκην γιγνώμεθα. *Si autem, meis dictis non fide habita, aliorum consiliis obtemperaverimus, non de aliquo ulciscendo cogimur* (fœdus inire), *sed, si vel hoc nobis contigerit,* (ut non fœdus de aliquo ulciscendo ineamus) *tamen cogimur inimicissimis esse amici, et iis quidem, quibus non decet, inimici.* Ita mihi quidem hujus loci difficultas facile tolli videtur, si verba: φίλοι μὲν ἂν—γιγνόμεθα (nam ita legendum est cum Vindob. et aliis undecim libris pro vulgato: γιγνώμεθα) jam ad verba: οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα supplemus.

Cap. 64. Καὶ ἐπιών τῳ μᾶλλον ἢ ἀμυνόμενος—. Duodecim libri suadent lectionem: ἢ ἀμυνούμενος—, quæ haud dubie est aptior, quia aperte tempus futurum respicitur. Ita etiam Valla in suo libro legebat, quia vertit: *bellum magis inferram, quam repellam.*—In verbis: Τοὺς δὲ ἀλλοφύλους ἐπελθόντας ἀθρόοι, ἢν σωφρονῶμεν, ἀμυνούμεθα—omnes fere codices legunt: ἀθρόοι ἀεὶ, ἢν σωφρονῶμεν—. Eandem lectionem quoque Valla sequitur, qui vertit: *si sapimus, semper conjuncti propulsabimus.* Wassius ad eandem codicum lectionem magis suadendam respici jubet illud: τὸ λοιπὸν, quod statim sequitur in verbis: ξυμμάχους δὲ οὐδέποτε τὸ λοιπὸν ἐπαξόμεθα—. Simili sensu hæc particula: ἀεὶ adfuit lib. I. c. 22. in verbis: περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν, *dicere maxime consentanea de rebus, quæ semper* (seu vario temporis intervallo) *præsentes aderant.*—Quare non amplius dubitare licet hoc loco de illa lectione codicum recipienda. Etiam infra lib. IV. cap. 68. in verbis: ὁ ἀεὶ ἐντὸς γιγνόμενος, *qui vario temporis successu intrabat*, optimorum codicum auctoritate pro illo: ὁ αἰεὶ legendum est. Plura de hujus particulæ usu ad eundem locum Dukerus adnotavit.

Cap. 65. Οὕτω τῇ παρούσῃ εὐτυχίᾳ χρώμενοι ἠξίουν—. In sexdecim libris legitur: οὕτω τῇ τε παρούσῃ—, quam lectionem etiam concinniorem habet Kistemakerus. Mihi quidem Thucydides scripsisse videtur: οὕτω τῇ γε παρούσῃ—*præsenti quidem fortuna prospera gavisi*—. Sic etiam capite sequenti in verbis: ξυνέβησάν τε πρῶτα μὲν—legendum puto: ξυνέβησάν γε πρῶτα μὲν—. Etiam cap. 98. hujus libri in verbis: ὕδωρ τε ἐν τῇ ἀνάγκῃ κινῆσαι—optime quadrat emendatio: ὕδωρ γε ἐν τῇ ἀνάγκῃ—, et lib. V. cap. 45. ubi legitur: Πύλον τε αὐτοῖς ἀποδώσειν—, aptiorem sensum fundet hæc emendatio: Πύλον γε αὐτοῖς—.

Cap. 67. Ἐν ὀρύγματι ἐκαθέζοντο, ὅθεν ἐπλίνθευον τὰ τείχη—. Memoratu digna est septem codicum, Ar. C. Cass. Dan. Aug. Vindob. et unius Paris. lectio: ὅθεν ἐπλινθεύοντο τὰ τείχη, *unde sibi lateres ad muros exstruendos parare solebant.* Qui sensus huic loco est aptissimus.—In verbis: καὶ τότε πρὸς ταῖς πύλαις ἦν ἤδη ἡ ἅμαξα—præferendus est elegantior verborum ordo: πύλαις ἤδη ἦν ἡ ἅμαξα, quem quatuordecim codices exhibent.—Ita etiam in verbis: καὶ αὐτοὶ ἅμα καὶ οἱ ξυμπράσσοντες—φύλακας κτείνουσι—elegantia majore commendatur

Vindob. et novemdecim aliorum codicum lectio: καὶ αὐτοῖς ἅμα καὶ οἱ ξυμπράσσοντες—. Vallæ liber quoque eandem protulit, quia vertebat: *et cum ipsis pariter, qui rerum erant socii*—. Non igitur de hac lectione recipienda amplius dubitandum esse censeo.

Cap. 73. Καλῶς δὲ ἐνόμιζον σφίσιν ἀμφότερα ἔχειν—. Plenum est hoc caput locorum, quæ interpretum ingenia vexarunt. Verba modo allata Baverus de antecedentibus esse intelligenda censet. Sed sequentia potius sunt comparanda. Nam hæc duo, quæ Brasidas sibi commodum quoddam allatura esse putabat, haud dubie in eo erant posita, 1) ut hostem ad pugnam provocatum non prius lacessendo periculum ex facto pugnæ initio oriturum evitaret, 2) ut in Megarensium animis, si Athenienses sibi oblatam detrectarent pugnam, de victoria sibi vel sine prœlio concessa opinionem excitaret.—In verbis vero: οἱ γὰρ Μεγαρῆς, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι ἐτάξαντο μὲν—non Abreschii, Heilmanni aliorumque sententiam amplector, qui longa parenthesi verba: ὡς οἱ Ἀθηναῖοι etc. ab antecedentibus: οἱ γὰρ Μεγαρῆς separant, sed cum Bavero potius consentio, qui comma post: Ἀθηναῖοι collocat, ut hæc verba vertantur: *Nam Megarenses, sicut Athenienses, ad muros longos egressi aciem militum quidem instruxerunt, sed pugnam quoque non inceperunt, cum illi* (sc. Athenienses) *non lacesserent.* Non enim verisimile est, Megarenses, cum Lacedæmonii, eorum socii, pugnam præpararent, in muris inclusos mansisse. Jam post verba: μὴ ἐπιόντων puncto distingui debet, et verba: λογιζόμενοι καὶ οἱ ἐκείνων στρατηγοὶ etc. ab antecedentibus separata, de Atheniensium ducibus ita explico, ut illud: λογιζόμενοι pro verbo finito: ἐλογίζοντο positum putem, sicut et Græci et Latini sexcenties participium loco verbi finiti usurpant.—Quod vero scripturam: Μεγαρῆς in hoc et sequenti capite attinet, eadem editorum inconstantia animadvertitur, quam de vocabulo: Πλαταιεῖς in cap. 3. lib. II. et cap. 20. lib. III. observavimus. Nam supra lib. IV. cap. 66. recte editum legitur: Μεγαρεῖς—. Cum igitur non sit verisimile, Thucydidem diversis locis variam ejusdem vocabuli scripturam adhibuisse, cumque etiam nostro et 73. et 74. capite plures bonæ notæ codices eandem lectionem: Μεγαρεῖς tueantur, ea quoque vulgatæ loco erit recipienda. Eodem modo etiam cap. 109. octo codices lectionem: Μεγαρεῖς tuentur. Conferantur, quæ ad lib. I. cap. 103. de eodem vocabulo jam adnotavi.—Quod denique verba attinet: τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως καὶ τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον κινδυνεύειν εἰκότως ἐθέλειν τολμᾷν—, quis ferre poterit discrimen inter verba: ξυμπάσης τῆς δυνάμεως, et: τῶν παρόντων stabilitum? Mihi quidem falsa lectio subesse videtur, ut potius emendemus: τοῖς δὲ ξυμπάσης τῆς δυνάμεως ἐκ τῶν παρόντων μέρος ἕκαστον—*inter illos vero in præsenti rerum statu singulas totius exercitus partes*—. Ita lib. V. cap. 40. legimus: ἐκ τῶν παρόντων κράτιστα πρὸς Λακεδαιμονίους σπονδὰς ποιησάμενοι—.

Cap. 74. Καὶ πλεῖστον δὴ χρόνον αὕτη ὑπ' ἐλαχίστων νεμομένη ἐκ στάσεως μετάστασις ξυνέμεινε—. Octo codd. legunt: ὑπ' ἐλαχίστων γενομένη ἐκ στάσεως μετάστασις—. Jam Dukerus fatebatur, se nescire, quid sibi velit: νεμομένη μετάστασις. Kistemakerus doctissimus voluit quidem explicare: *administrata* s. perfecta a paucissimis rerum mutatio. Sed dubito, an possit hanc significationem idoneis quidem exemplis ex prosaicis Græcorum scriptoribus confirmare. Quamvis enim νέμεσθαι de civitate et de civibus dicatur, qui reguntur: tamen minus consuetum est, ut repentina rerum mutatio νέμεσθαι dicatur. Præterea illud additamentum: ἐκ στάσεως in nostro loco longe melius ad lectionem: γενομένη quadrat, et plane separatum manebit a reliquis verbis, si lectionem vulgatam νεμομένη retinemus. Denique satis adparet, quam facile librarii utramque lectionem: γενομένη et νεμομένη commutare potuerint, cum inprimis illud: ξυνέμεινε, quod statim hæc verba excipit, longe majorem huic vocabulorum confusioni occasionem præberet. Etiam Vallæ liber lectionem: γενομένη exhibuisse videtur. Nam vertit: *hic status ex seditione secutus*—. Admitto igitur octo codd. lectionem: γενομένη—.

Cap. 75. Δεινὸν εἶναι, μὴ, ὥσπερ τὰ Ἄναια, ἐπὶ τῇ Σάμῳ γένηται. Dukerus ad lib. III. c. 19. et c. 32. recte defendit lectionem: τὰ Ἄναια, quamvis in Stephano *de urbibus* hoc oppidum adpelletur: ἡ Ἀναία. Sed alia interpunctione hæc verba sunt distinguenda, ut comma post Ἄναια sublatum potius ante γένηται collocetur. Nam ad γένηται intelligendum est: τὸ χωρίον Ἀντάνδρου. Conf. dicta ad lib. VIII. c. 19.—Etiam in verbis: οὕτω δὴ, ξυναγείραντες ἀπὸ

Κορίνθιος—, sicut jam adfuit lib. IV. c. 119. atque etiam Valckenar. in notis ad Herodoti lib. IV. c. 150. legere jubet.

Cap. 58. Καὶ Φλιάσιοι ὄρθιον ἑτέραν ἐπορεύοντο—. Sexdecim codicum auctoritate legendum est: ὄρθριον ἑτέραν ἐπορεύοντο, *primo mane alia via proficiscebantur.* Nolunt quidem interpretes h. l. illam codicum lectionem admittere. Sed haud dubie est vera et ex Herodoti dictione depromta. Sic ille lib. II. c. 173. scripsit: τὸ μὲν ὄρθριον μέχρι ὅτου πληθούσης ἀγορῆς προθύμως ἔπρησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα—. Nostro loco igitur illud: ὄρθριον apte respondet antecedenti: ἅμα ἕῳ ἐχώρουν—.

Cap. 59. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ πεδίου οἱ Λακεδαιμόνιοι εἶργον ἀπὸ τῆς πόλεως—. Duodecim libri omittunt particulam: ἀπὸ ante: τῆς πόλεως, neque negari potest, multis ejusmodi locis hanc particulam: ἀπὸ omitti solere.—In verbis: προσελθόντε Ἄγιδι διελεγέσθην—Vindob. cum aliis undecim libris legere jubet: προσελθόντες Ἄγιδι—. Satis autem constat, quam sæpe pluralis numerus cum duali commisceatur apud optimos scriptores Græcos.

Cap. 61. Καὶ ὁμήρους σφῶν τε αὐτῶν δοῦναι καὶ Μαντινεῦσι, καὶ οὓς κατέθοντο Λακεδαιμόνιοι, παραδοῦναι—. Octo codices, omisso: καὶ, legunt: δοῦναι Μαντινεῦσι—. Eandem copulam quoque Valla ignorat, quia vertit: *ex suorum numero Mantineis*—. Neque nos impedit quidquam, ut credamus, Orchomeniorum obsides Mantineis custodiendos esse traditos, sicut etiam capite sequenti narratur, Mantineæ convenisse socios, ut belli adparatus facerent.—Ceterum turpis error in lectione: κατέθοντο pro vera lectione: κατέθεντο, ex editione Wecheliana male in reliquas edd. translatus, non amplius ferri debet, cum jam ed. Basil. veram lectionem exhibeat. Gailius doctissimus quoque veram lectionem: κατέθεντο recepit.

Cap. 62. Καὶ τινὲς αὐτοῖς καὶ αὐτῶν τῶν Τεγεατῶν ἐν τῇ πόλει ἐνεδίδοσαν τὰ πράγματα—. Plurimi codices omittunt: τῶν ante: Τεγεατῶν—, quod tanquam alienum ab hoc loco recte ejicitur.

Cap. 64. Βοήθεια τῶν Λακεδαιμονίων γίγνεται—ὀξεῖα, καὶ ὡς οὔπω πρότερον—. Plurimorum codicum auctoritate præferenda est aptior lectio: καὶ οἵα οὔπω πρότερον—.

Cap. 65. Ἀφικόμενος πρὸς τὴν Τεγεάτιν, τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπε πρὸς τὴν Μαντινικήν—. Aptior et præferenda est plurimorum codicum lectio: ἐξέτρεπεν ἐς τὴν Μαντινικήν. Idem etiam Valla in suo codice legebat. Nam vertit: *in agrum Mantinicum divertit.*

Cap. 66. Οἱ δὲ τοῖς λοχαγοῖς, ἐκεῖνοι δὲ τοῖς πεντηκοντατῆρσιν—. Plurimi libri atque etiam Scholiastes legere jubent: τοῖς πεντηκοντῆρσιν—. Quæ vocabuli contractio cum simili vocabulorum, ut: ἑκατόγχειρ et: ἑκατοντάχειρ, ἑκατόμπυλος et: ἑκατοντάπυλος, contractione est comparanda.—In verbis: σχεδὸν γάρ τοι πᾶν, πλὴν ὀλίγου—restituenda est omnium fere codicum atque etiam Scholiastæ lectio: σχεδὸν γάρ τι πᾶν—. A librariis vero sæpe permutari veram lectionem; σχεδὸν γάρ τι pro falsa: σχεδὸν γάρ τοι, jam docuit Dukerus ad lib. VII. c. 33.

Cap. 67. Παρὰ δ' αὐτοῖς οἱ ξύμμαχοι Ἀρκάδων ἦσαν—. Omnes fere codices lectionem aptissimam: παρὰ δ' αὐτοὺς οἱ ξύμμαχοι—tuentur, sicut antea in eodem capite legebatur: καὶ παρ' αὐτοὺς Ἀρκάδων Ἡραιῆς.

Cap. 69. Τοῖς μὲν Ἀργείοις ξυμμάχοις ταῦτα παρῃνέθη—. Legendum est tredecim codicum et Vallæ auctoritate: ξυμμάχοις τοιαῦτα παρῃνέθη—, quod est orationi contextæ, quæ variarum adhortationum argumentum proposuerat, valde adcommodatum. Valla vertit: *Et Argivis quidem eorumque sociis talia proponebantur.*

Cap. 71. Περιέσχον μὲν οἱ Μαντινῆς τῷ κέρᾳ πολὺ τῶν Σκιριτῶν—. Legendum esse codicum consensu: Μαντινεῖς—, jam pluribus est demonstratum in notis ad lib. V. c. 9. Præterea etiam h. l. postulant plurimi codices, ut meliori verborum ordine legatur: Μαντινεῖς πολὺ τῷ κέρᾳ—.

Cap. 72. Ἀλλὰ μάλιστα δὴ κατὰ πάντα τῇ ἐμπειρίᾳ Λακεδαιμόνιοι ἐλασσωθέντες τότε—. Baverus optime intellexit, Lacedæmonios imperitiæ in bello gerendo adcusari non posse. Quare ad illud: ἐμπειρίᾳ supplet: τῶν πολεμίων. Sed mihi durius esse videtur, si hoc suppleveris, cum nihil aliud vocabulo: ἐμπειρίᾳ adjectum legamus. Forte corrupta librariorum lectio ex hac vera lectione: μάλιστα τῇ κατὰ πάντα δὴ ἐμπειρίᾳ est orta. Tum facilius propter illud: κατὰ πάντα ex oratione contexta suppleri potest: πολεμίων. Tantum literarum: δ et: τ permutatione, etiam in librariis obvia, hæc mea emendatio nititur.

Cap. 75. Τοὺς ἀπὸ Κορίνθου καὶ ἔξω ἰσθμοῦ ξυμμάχους ἀπέτρεψαν πέμψαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι—. Plerique codices legunt: ξυμμάχους ἀπέστρεψαν πέμψαντες—. Quam lectionem jure præferunt Dukerus et Baverus, quia dicendi consuetudini Thucydi-

μον—amplector Dukeri sententiam, ut legatur: ἔς τε τὸν χρόνῳ ὕστερον—πόλεμον. Etiam decem codices ita legerunt. Neque quisquam majorem huic lectioni elegantiam inesse negabit. Etiam Valla in libro suo ita legisse videtur. Nam vertit: *circa bellum, quod res Siculas insecutum est—.*

Cap. 83. Ἐπεὶ δὲ ἐγένετο τῷ στρατῷ μετὰ τοῦ Βρασίδου ἐπὶ τῇ ἐσβολῇ—. Dissident h. l. interpretes de explicatione verborum: ἐγένετο τῷ στρατῷ. Neque mirum est, quia Græci non ita loqui solent. Haud dubie Thucydides scripserat: ἐπεὶ δὲ ἐγένετο στρατὸς μετὰ τοῦ Βρασίδου—. Nam articulus: τῷ ex ultima syllaba vocabuli: ἐγένετο, male repetita, h. l. est ortus.—In verbis: ἐδίδασκον αὐτὸν, μὴ ὑπεξελθεῖν τῷ Περδίκκᾳ τὰ δεινὰ—cum Dukero, Bavero, aliisque interpretibus præfero lectionem: μὴ ὑπεξελεῖν τῷ Περδίκκᾳ, *ne mallet in Perdiccæ gratiam pericula subire*—, quæ sensum aptissimum fundit et decem codicum, Ar. C. Cl. Gr. Aug. Mosqu. Cass. et trium Pariss. auctoritate comprobatur.

Cap. 85. Οἷς ἂν ἐπίω, ἧσσόν τις ἐμοὶ πρόσεισι· καὶ δυσχερὲς ποιούμενοι—. Plurimi codices omittunt: καὶ ante: δυσχερές. Omissa igitur copula: καὶ etiam colon deleri debet, ut verba: δυσχερὲς ποιούμενοι, quæ significationem verbis Herodoteis: δεινὸν ποιούμενοι similem habent, cum antecedentibus conjungantur.

Cap. 87. Δίκαιόν τε εἶναι, οἷς καὶ δυνατὸν δέχεσθαι αὐτὴν, τούτοις καὶ ἐπιφέρειν, ἄκοντα δὲ μηδένα προσαναγκάζειν.—Forte Thucydides scripserat: ἄκοντά τε μηδένα—, ut hæc verba respondeant illis: δίκαιόν τε εἶναι—.

Cap. 88. Κρύφα ψηφισάμενοι, διά τε τὸ ἐπαγωγὰ εἰπεῖν—ἔγνωσαν—. Quindecim codices legere jubent: κρύφα διαψηφισάμενοι, διά τε τὸ ἐπαγωγὰ—, quorum auctoritas in vocabulo tam consueto non rejicienda esse videtur.—In verbis: καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Στάγειρος—Vindob. cum aliis decem codd. legunt: καὶ οὐ πολὺ ὕστερον—. Quo vocabulo etiam aliis locis, ut lib. III. cap. 6. in verbis: οἳ πολὺ θᾶσσον παρῆσαν, Thucydides pro: πολλῷ est usus.

Cap. 90. Ἥιπερ γὰρ ἦν στοὰ, καταπεπτώκει—. In cod. Vindob. legitur: ἧπερ γὰρ ἦν—sine iota illi: ἧπερ subscripto. Quæ lectio meliorem et aptiorem sensum fundit, quare est præferenda. Etiam Valla jam in suo libro ita legebat, quia vertit: *Nam porticus, quæ fuerat, conciderat.*—Poro in verbis: καὶ τῆς πέμπτης μέχρις ἀρίστου—quinque codices, Cass. Gr. Aug. et duo Pariss. legunt: μέχρι ἀρίστου—, quorum auctoritas propter consuetum Thucydidis morem non est negligenda. Conf. dicta ad lib. IV. c. 4. et c. 46.

Cap. 91. Καὶ ᾔσθάνοντο τοὺς Ἀθηναίους προσχωροῦντας ἐπ' οἴκου—. Tredecim codices legere jubent: τοὺς Ἀθηναίους προχωροῦντας—, sicut in antecedenti capite adfuerat: τὸ μὲν στρατόπεδον προαπεχώρησεν—. Sensus esse videtur: *Athenienses ante prœlium cum Bœotis initum abire domum*—.

Cap. 92. Ὅστις τὰ μὲν ἑαυτοῦ ἔχει, τοῦ δὲ πλείονος ὀρεγόμενος—. Auribus magis arridet, quia ὁμοιοτέλευτον evitatur, lectio: τοῦ πλείονος δὲ ὀρεγόμενος—, quam octo codices, Cass. Aug. Gr. et quinque Pariss. exhibent.—In verbis: πολλὴν ἄδειαν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ μέχρι τοῦδε κατεστήσαμεν—undeviginti codicum et Scholiastæ auctoritate ejicienda est particula: ἐν ante verba: τῇ Βοιωτίᾳ—, quæ magis turbat, quam adjuvat hujus loci sensum.—In verbis: τήν τε αὐτῶν αἰεὶ ἐλευθεροῦν μάχῃ—legendum est novem codicum consensu: ἀεὶ ἐλευθεροῦν—, sicut etiam lib. IV. cap. 55. et cap. 64. adnotavimus. Eodem modo quoque cap. 98. in verbis: καὶ τὰ ἱερὰ αἰεὶ γίγνεσθαι—undecim codices recte legunt: ἀεὶ γίγνεσθαι. Ita etiam lib. VI. c. 77. in verbis: ἕνα γέ τινα αἰεὶ μεταβάλλοντες—codicum auctoritate edendum est: ἀεὶ μεταβάλλοντες—. In verbis: πατέρων τῶν τότε ἀγαθῶν γενομένων παῖδας—quinque Pariss. lectionem longe elegantiorem exhibent: ἀγαθῶν γενομένους παῖδας—. Nam in lectione vulgata plane redundat illud: γενομένων. Etiam Valla in libro suo legit: γενομένους. Nam vertit hæc verba: *qui vero juniores, egregiis illis orti parentibus.*—Denique in verbis ultimis: ἀναγώνιστοι ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἀπίασι—quinque codd. Vindob. Cl. Aug. Cass. Mosqu. lectionem: ἀνανταγώνιστοι ἀπ' αὐτῶν—exhibent, quæ non sine causa Wassio et Dukero magis arridet, quia jam lib. II. cap. 45. Thucydides hoc vocabulum adhibuit. Etiam in codd. Pariss. occurrit hæc lectio: ἀνανταγώνιστοι, sed eorum nomen et numerum non indicavit Gailius doctissimus.

Cap. 93. Φύλακές τε ἅμα εἶεν, εἴ τι ἐπίοι αὐτῷ—. Vindob. cum novem aliis codd. legit: εἴ τις ἐπίοι αὐτῷ—. Quæ lectio tot codicum est longe aptior et haud dubie

præferenda.—Vocabulum: ἱππῆς, quod bis occurrit in hoc capite, altero loco novem codices et altero decem codices magis consueta scribendi ratione in: ἱππεῖς mutant; quare hæc lectio non est negligenda. Eodem modo vocabulum: ἱππεῖς revocandum est in capitis sequentis verbis: ἱππῆς δὲ ἐφ' ἑκατέρῳ τῷ κέρα, quia sexdecim libri lectionem: ἱππεῖς tuentur. Etiam cap. 96. in verbis: καὶ μάλιστα οἵ τε ἱππῆς αὐτῶν—novem codicum auctoritate legendum est: καὶ μάλιστα οἱ ἱππεῖς, οἵ τε αὐτῶν—. Non minus cap. 124. in verbis: ἱππῆς δ' οἱ πάντες ἠκολούθουν—et in verbis: οἱ ἱππῆς, ἐς αὐτὸ καταδραμόντες—debet emendari: ἱππεῖς—decem codicum auctoritate. Porro lib. V. cap. 6. in verbis: καὶ ἱππῆς Ἕλληνες τριακόσιοι, tredecim codices legere jubent: ἱππεῖς Ἕλληνες—et cap. 50. duodecim libri adferunt: Ἀθηναίων ἱππεῖς—. Etiam cap. 57. tredecim libri tuentur: ἱππεῖς πεντακόσιοι—, cap. 67. duodecim codices exhibent: ἱππεῖς—. Eandem lectionem quoque cap. 72. et 73. plures codices tuentur. Item lib. VI. cap. 65. 66. 67. et 70. multi codices defendunt: ἱππεῖς.—In verbis: ἐπ' ἀσπίδας δὲ πέντε μὲν καὶ εἴκοσιν οἱ Θηβαῖοι ἐτάξαντο· οἱ δὲ ἄλλοι, ὡς ἕκαστοι ἔτυχον—sex codicum, Cl. Gr. Cass. Dan. Aug. et unius Paris. lectio: καὶ εἴκοσι Θηβαῖοι ἐτάξαντο—est longe elegantior et præferenda.

Cap. 94. Ἐκ παρασκευῆς μὲν ὡπλισμένοι, οὔτε τότε παρῆσαν, οὔτε ἐγένοντο ἐν τῇ πόλει—. Tredecim codices legere jubent: ἐγένοντο τῇ πόλει, omissa præpositione: ἐν. Quod si cum: ὡπλισμένοι conjungitur, etiam sensum aptum fundit.—In verbis: καθεστώτων δὲ ἐς τὴν τάξιν ἤδη καὶ μελλόντων ξυνιέναι—plurimi codices particulam: ἤδη alio eoque aptiori loco collocant: ἐς τὴν τάξιν καὶ ἤδη μελλόντων ξυνιέναι.

Cap. 95. Ὡς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ οὐ προσῆκον τοσόνδε κίνδυνον ἀναρριπτοῦμεν—. Mihi verisimile esse videtur, Thucydidem antea scripsisse: οὐ προσηκόντως τοσόνδε κίνδυνον—. Facile ultima syllaba particulæ: προσηκόντως propter primam syllabam sequentis vocabuli: τοσόνδε intercidere potuit librariorum incuria.—In verbis: ἐν γὰρ τῇ τούτων, ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας ὁ ἀγὼν ἔσται—cum Vindob. adhuc quatuordecim codices legunt: ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ὁ ἀγὼν—. Etiam Vallæ liber idem exhibuit, quia vertebat: *certamen erit pro nostra*—.

Cap. 96. Παρακελευσαμένου—Παγώνδου παιωνίσαντος, ἐπῄεσαν ἀπὸ τοῦ λόφου—. Inepta est lectio: παιωνίσαντος. Plurimi codices lectionem aptiorem: παιωνίσαντες ἐπῄεσαν—tuentur, ut hoc ad: οἱ Βοιωτοὶ referatur. Etiam Valla exhibet: *pæona modulati*—. Tunc autem comma ante: καὶ ἐνταῦθα est tollendum, quia hæc verba cum antecedentibus arcte cohærent, et post: Παγώνδου est collocandum.—In verbis: τὸ δὲ ἄλλο καρτερᾷ μάχῃ καὶ ὠθισμῷ ἀσπίδων ξυνεστήκει—Grævii codex legit: τῷ δὲ ἄλλῳ—, quam lectionem non temere rejiciendam esse censeo. Forte Thucydides scripserat: τῷ δὲ ἄλλῳ καρτερᾷ μάχῃ καὶ ὠθισμῷ ἀσπίδων ξυνεστήκει, *in altera exercitus parte gravis pugna simul cum umbonum impulsu continuabatur*.—In verbis: εὐώνυμον τῶν Βοιωτῶν καὶ μέχρι τοῦ μέσου—tollendus est articulus: τοῦ, a tredecim codicibus omissus.—Quod verba: καὶ ἐπῄεσαν τούς τε ἄλλους ταύτῃ—attinet, Vindob. cum decem aliis codd. legit: καὶ ἐπίεσαν τούς τε ἄλλους—*premebant cum reliquos, tum maxime Thespienses*—, quod recte Baverus cum aliis receptæ lectioni propter orationem contextam præfert.—Verba: καὶ κυκλωθέντων ἐν ὀλίγῳ, commate post: ὀλίγῳ sublato, ad sequentia: οἵπερ διεφθάρησαν Θεσπιέων—refero, ut vertatur: *etiam illi Thespiensium, qui in spatio angusto circumventi perierunt, armis sese defendentes occidebantur*.—In verbis: φυγὴ καθεστήκει παντὸς τοῦ στρατοῦ—duodecim codices legere jubent: φυγὴ καθειστήκει—. Ita etiam infra cap. 103. est editum in verbis: φυλακὴ δέ τις βραχεῖα καθειστήκει.—Denique in verbis: καὶ μάλιστα οἵ τε ἱππῆς αὐτῶν καὶ οἱ Λοκροὶ—meliorem lectionem: μάλιστα οἱ ἱππεῖς οἵ τε αὐτῶν καὶ—decem codices exhibent. Eandem lectionem quoque Valla sequitur: *et præcipue equites tum ipsorum tum Locrensium*—.

Cap. 100. Τὸ πλῆθος ἐς τὰς ναῦς ἐμβὰν ἀπεκομίσθησαν ἐπ' οἴκου—. Quatuordecim codicum lectio: ἐς τὰς ναῦς ἐσβὰν ἀπεκομίσθη ἐπ' οἴκου—constructionem verborum magis consuetam ideoque admittendam proponit. Quare etiam Kistemakerus doctissimus lectionem: ἀπεκομίσθη prætulit.—In verbis antecedentibus: ὥστε μηδένα ἐπ' αὐτοῦ ἔτι μεῖναι—mutatum verborum ordinem: ὥστε μηδένα ἔτι ἐπ' αὐτοῦ εἶναι—plurimi codices postulant.—In verbis: ὡς αὐτῷ—τὰ περὶ τὰς Σίφας τῆς προδοσίας πέρι οὐ προὐχώρησαν—tredecim codices Græcorum consuetudini magis con-

venienter legere jubent: οὐ προυχώρησεν—.

Cap. 102. Ἔκτισαν τὸ χωρίον τοῦτο, ὅπερ πρότερον Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο—. Cum Vindob. omnes fere reliqui codices legunt: Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλοῦντο—. Fateor quidem, minus consuetum esse hoc dicendi genus. Tantus tamen codicum consensus non concedit, ut hanc lectionem rejiciamus. Vocabulum: χωρίον h. l. ut nomen collectivum esse positum videtur, quia in una regione plures viæ solent inveniri. Illud: χωρίον autem h. l. non urbem sed regionem denotare, ex antecedentibus scriptoris nostri verbis adparet. Præterea numerus pluralis: ἐκαλοῦντο eo facilius nostro loco excusari potest, quia proxime nomen: Ἐννέα ὁδοὶ plurali numero antecedit.

Cap. 103. Χειμὼν δὲ ἦν καὶ ὑπένιφεν—. Memoratu dignissima est lectio: καὶ ὑπένειφεν—, quam Vindob. cum decem aliis codicibus exhibent. Ita etiam supra libri III. cap. 23. in verbis: καὶ ἡ νὺξ—ὑπονιφομένη—sex codices, Cass. Gr. et quatuor Pariss. legerunt: ὑπονειφομένη—. Simili modo in Polybii lib. XVI. cap. 12. verbis: οὔτε νίφεται τὸ παράπαν—quinque codices scribunt: νείφεται—. In verbis: καὶ οἱ ἄλλοι, οἳ ξυνέπρασσον ταῦτα—articulum: οἱ ante: ἄλλοι ignorant tredecim codices. Quam lectionem: καὶ ἄλλοι, οἳ ξυνέπρασσον—etiam Kistemakerus jure præfert.—In verbis: μάλιστα δὲ οἱ Ἀργίλιοι—ἐπειδὴ παρέτυχεν ὁ καιρὸς, καὶ Βρασίδας ἦλθεν, ἔπραξέν τε ἐκ πλείονος—tollendum censeo comma post: καιρὸς—et ex codicibus Vallæ, Vindob. Ar. C. Reg. Dan. Aug. Ald. Flor. Bas. et octo Pariss. emendo: ἔπραξάν τε—, ut hæc verba cum antecedentibus: οἱ Ἀργίλιοι—apte cohæreant.—In verbis denique: ἀποστάντες τῶν Ἀθηναίων ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ κατέστησαν τὸν στρατὸν πρόσω ἐπὶ τὴν γέφυραν—tollenda est particula: ἐν ante verba: ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, Vindob. et aliorum octodecim librorum auctoritate, sicut etiam jubet Kistemakerus. Præterea lectionem elegantissimam: πρὸ ἕω—, quæ in margine codicis Cass. profertur pro illo: πρόσω—, sive in codice quodam adfuerit, sive ingenio viri cujusdam docti debeatur, cum Levesquio etiam esse verissimam et aptissimam puto. Sæpe obviam in codicibus Græcis literarum: Ε et: Σ permutationem jam Valkenarius in notis ad Herodoti lib. VIII. cap. 5. adnotavit.

Cap. 104. Καὶ λέγεται τὸν Βρασίδαν, εἰ ἠθέλησε—δοκεῖν ἂν ἑλεῖν—. Ab sexdecim libris omittitur articulus: τὸν ante vocabulum: Βρασίδαν, quem nemo h. l. desiderabit.—In verbis ultimis: καὶ ἐβούλετο φθάσαι—τὴν Ἠϊόνα προκαταλαβεῖν—linguæ Græcæ consuetudini magis convenientem lectionem: τὴν Ἠϊόνα προκαταλαβὼν—cum Vindob. adhuc undeviginti libri adferunt.

Cap. 106. Τὸ κήρυγμα, πρὸς τὸν φόβον, δίκαιον εἶναι ἐλάμβανον—. Non adparet, quid h. l. verbum: ἐλάμβανον indicet. Novem codices, Ar. C. Cl. Cass. Dan. Mosqu. et tres Pariss. lectionem longe aptiorem: δίκαιον εἶναι ὑπελάμβανον—adferunt, quæ etiam in Vallæ libro haud dubie adfuit. Nam vertebat: *præ metu æquum esse edictum existimantes.*—In verbis: τὴν μὲν Ἀμφίπολιν ὁ Βρασίδας ἄρτι εἶχε—undecim libri articulum: ὁ ante vocabulum: Βρασίδας omiserunt, sicut etiam in aliis locis fieri solet.

Cap. 107. Δεξάμενος τοὺς ἐθελήσαντας ἀποχωρῆσαι ἄνωθεν—. Quindecim libri legunt: ἐθελήσαντας ἐπιχωρῆσαι ἄνωθεν—. Quod si vertimus: *qui ex regionibus superioribus accedere vellent*—, non ineptus inde sensus prodibit.—In verbis: καὶ Γάψηλος οὐ πολλῷ ὕστερον—vel sine codicum auctoritate lectionem magis veram: καὶ Γαληψὸς—reciperem, quia non solum alii scriptores ita hanc Thasiorum coloniam adpellant, sed ipse etiam Thucydides lib. V. cap. 6. eadem descriptione usus lectionem: Γαληψὸς tuetur. Quo loco tres codices, qui falsam nostri loci lectionem: Γάψηλος proferunt, satis indicant, quam facile etiam nostro loco librarii errare potuerint.

Cap. 108. Ὅτι μέχρι μὲν τοῦ Στρυμόνος ἦν πάροδος—τῆς δὲ γεφύρας μὴ κρατούντων—οὐκ ἂν δύνασθαι προελθεῖν. τότε δὲ ῥᾳδία ἤδη ἐνομίζετο γεγενῆσθαι—. Plurimorum codicum auctoritate legendam est: δύνασθαι προσελθεῖν—, quod optime respondet antecedenti: ἦν πάροδος. Etiam Valla in libro suo ita legit, cum verteret: *haudquaquam liceret accedere.* Eodem modo etiam codicum consensu destituitur lectio recepta: ἐνομίζετο. Nam omnes fere libri legunt: ἐνόμιζε—, quod huic loco non est adcommodatum. Magis ad veram lectionem inclinare videntur Aug. et Cass. in quibus scribitur: ἐνόμιζεν. Nam verisimile est, Thucydidem olim scripsisse: ῥᾳδία ἤδη ἐνόμιζον γεγενῆσθαι. Ad quod verbum suppleri debet: οἱ Ἀθηναῖοι, et illud: ἐνόμιζον jam docti cujusdam viri emendatione

in codice Cass. est prolatum. Præterea etiam lectio: ἐνόμιζον—vere adest in uno Parisiensi. Vocabulum: ῥᾴδια tunc neutrum plurale habendum est.—In verbis: καὶ γὰρ καὶ ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῖς—vocabulum: ἄδεια de sociorum spe interpretor, qua se impune deficere posse credebant ab Atheniensibus propter imminutam illorum potentiam, ut falso tunc opinabantur.—In verbis: τὸ δὲ πλέον βουλήσει κρίνοντες ἀσαφεῖ ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ· εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι—tollo colon post: ἀσφαλεῖ et refero antecedens: κρίνοντες ad: ἄνθρωποι, quod pro tertia persona plurali: κρίνουσι est positum, sicut sæpe etiam aliis locis participia pro verbis finitis usurpantur. Quod enim antea ad socios, qui Athenienses contemnebant potissimum spectaverat, jam in universum ad omnes homines, magis cupiditatibus errore plenis, quam recto animi judicio obtemperantes refertur.

Cap. 110. Εἰδότες, ὅτι ἥξοι, καὶ προσελθόντες τινὲς αὐτῶν—. Non negligenda est quinque codd. lectio: εἰδότες, ὅτι ἥξει—. Nam futurum tempus h. l. propter orationem contextam requiritur. Non enim accessissent ad observandum Brasidæ adventum, nisi eum esse adventurum comperissent. Etiam Valla legit: ἥξει in suo libro, quia vertebat: *ac venturum noverant.*—Porro copula: καὶ ante: προσελθόντες—quinque codicum auctoritate est ejicienda, quam alii jam jure suspectam habuerunt. Valla quoque nullum illius copulæ vestigium in sua interpretatione reliquit: "quorum aliquot, qui eum clam adierant, adventum ipsius observabant."—In verbis: τοσοῦτοι γὰρ μόνον ἀνδρῶν εἴκοσι τὸ πρῶτον ταχθέντων, οὐ κατέδεισαν ἐσελθεῖν—undecim codices et Vindob. legunt: τοσοῦτοι γὰρ μόνοι ἀνδρῶν—, quod bene quadrat: *tot enim a reliquis separati*—. Etiam Kistemakerus hanc codicum lectionem probavit.—In verbis: οὔσης τῆς πόλεως πρὸς τὸν λόφον—articulum: τὸν quatuordecim codices omittunt, qui etiam Wassii sententia h.l. melius abest.

Cap. 111. Κατὰ τὴν πυλίδα τινὰς περιαγαγόντες ἐσεκομίσαντο—. Vindob. cum undecim aliis codd. legit: περιαγαγόντες ἐξεκόμισαν—. Alii quatuor scribunt: ἐσεκόμισαν. Non dubito, quin vera sit lectio: ἐξεκόμισαν, *eduxerunt per portulam*, ut per portas fori apertas denuo intrantes terrorem injicerent. Ita illud: ἐξεκόμισαν opponitur alteri: ἐσκομίζουσι, quod in antecedente capite adfuerat.

Cap. 112. Ἀναστήσας τὸν στρατὸν, ἐμβοήσαντάς τε ἀθρόον, καὶ ἔκπληξιν πολλὴν τοῖς ἐν τῇ πόλει παρασχόντας—. Codices Cass. Gr. Aug. Mosqu. et quinque Pariss. legunt: ἐμβοήσαντά τε ἀθρόον—πόλει παρασχόντα—. Quam lectionem cum Kistemakero non solum propter horum librorum auctoritatem præfero, sed quia tunc etiam vocabulum: ἀθρόον melius cum singulari: ἐμβοήσαντα et: παρασχόντα conjungitur.

Cap. 114. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ δουλείᾳ οὐδὲ χρήμασι πεισθέντας δρᾶσαι τοῦτο—. Præferenda est octo codd. lectio: οὐ γὰρ ἐπὶ δουλείᾳ—. Nam illo: οὐ γὰρ—parenthesis incipit et ita confusio evitatur, quæ facile cum antecedenti: οὐδὲ προδότας, quod ad aliam pertinet enunciationem, locum habere posset.

Cap. 118. Εἰ δέ τι ὑμῖν εἴτε καλλιώτερον εἴτε δικαιότερον τούτων δοκεῖ εἶναι—. Vindob. cum aliis sexdecim codicibus legit: εἴτε κάλλιον εἴτε δικαιότερον—, quæ lectio magis consueta tot codicum auctoritate admitti debet.—In verbis: τὴν ἐκεχειρίαν, εἶναι ἐνιαυτόν. ἄρχειν δὲ, τήνδε τὴν ἡμέραν—octo codd. Pariss. cum Vindob. et aliis sex libris lectionem longe meliorem: ἀρχὴν δὲ, τήνδε τὴν ἡμέραν—adferunt, quæ inprimis etiam adjecto accusativo: τήνδε τὴν ἡμέραν—commendatur. Nam ad: ἀρχὴν supplendum est: τῆς ἐκεχειρίας.

Cap. 120. Πελληνῆς μὲν εἶναι ἐκ Πελοποννήσου—. Plurimi codd. adferunt scripturam: Πελληνεῖς μὲν—, sicut etiam lib. II. c. 9. multorum codicum auctoritate legi debet.—In verbis: ἡ τριήρης ἀμύνοι αὐτῷ—octo Pariss. cum quinque aliis libris legunt: ἀμύνοι αὐτῇ—, sub quo haud dubie vera lectio: ἀμύνοι αὐτὴ—sine iota subscripto latet. Nam illud: αὐτὴ referri debet ad: τριήρης, quia duplex fatum subire poterat hæc triremis, ut vel ipsa defenderet lacessitam Brasidæ celocem, vel ab hoste lacessita saltem Brasidæ navigio tutelam sua quidem defensione (quod Græce ἀμύνεσθαι dicitur) præberet.—In verbis: οὐ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέπεσθαι—præfero etiam septem codd. Pariss. Vindob. et aliorum quatuor librorum lectionem: νομίζων τρέψασθαι. Nam verbum opinandi præcessit. Conf. dicta ad lib. IV. c. 24. et c. 52.

Cap. 121. Καί τι καὶ αὐτῷ ἐπράσσετο ἐς τὰς πόλεις—. Plurimorum codd. consensu alius verborum ordo: καί τι αὐτῷ καὶ ἐπράσσετο—est constituendus.

Cap. 125. Φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα σαφῶς ἐκπλήγνυσθαι—. Alia lectio: ἀσα-

φῶς ἐκπλήγνυσθαι a Scholiasta, Marg. Cass. Thoma Magistro et Valla adfertur. Nam Valla vertit: *fieri consuevit incertis causis*—. Vix dubitari potest, hanc esse veram lectionem, et facile intelligitur, quomodo in: ἀσαφῶς prima litera ab ultima antecedentis vocabuli: στρατόπεδα intercipi potuerit. Orationi contextæ hæc lectio optime convenit.—In verbis: νομίσαντες πολλαπλασίους μὲν, ἢ ἦλθον, ἐπιέναι, ὅσον δὲ οὐδέπω παρεῖναι—omnium fere librorum consensu scribi debet: ὅσον δὲ οὔπω, (sc. τόσον) παρεῖναι—.

Cap. 126. Ἀφ᾽ ὧν ἐγὼ εἰκάζω τε καὶ ἄλλων ἀκοῇ ἐπίσταμαι—. Octo codices legunt: ἐγὼ εἰκάζων τε—. Quæ quidem difficilior lectio Thucydidis dictione non est indigna.—In verbis: τοῦ τε εἰς χεῖρας ἐλθεῖν πιστότερον τὸ ἐκφοβήσειν ἡμᾶς ἀκινδύνως ἡγοῦνται—legendum est: τοῦ τε ἐς χεῖρας ἐλθεῖν π. τ. ἐκφοβήσειν ὑμᾶς ἀ. ἡ.—Nam lectionem: ἐς Thucydidi propriam octo codices, et lectionem: ὑμᾶς, quæ cum initio hujus orationis apte convenit, decem codices tuentur. De particula: ἐς conf. dicta ad lib. I. c. 3. et lib. IV. c. 8. Ita lib. III. c. 70. in verbis: ὑπάγουσι—οἱ ἄνδρες εἰς δίκην—multi codd. recte exhibent: ἐς δίκην—. lib. IV. c. 128. in verbis: ἀφικνεῖται εἰς Ἄρνισσαν πρῶτον—saltem tres Pariss. recte legunt: ἐς Ἄρνισσαν—. lib. VI. c. 100. in verbis: κατέφυγον εἰς τὸ προτείχισμα—sex codd. scribunt: ἐς τὸ προτείχισμα. lib. VII. c. 69. quatuor codd. recte legunt: ἐς τὸ ἔξω. Eodem modo: ἐς pro: εἰς legendum est infra lib. VIII. c. 14. in verbis: εὐθὺς εἰς τὴν ἤπειρον, ubi etiam decem codices illud: ἐς Thucydidi proprium exhibent. Etiam lib. VIII. c. 69. in verbis: εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσήγαγον—quinque codices magis consuetam lectionem: ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσήγαγον—tuentur.—In verbis ultimis: οἳ δ᾽ ἂν εἴξωσιν αὐτοῖς κατὰ πόδας, τὸ εὔψυχον—ἐνδείκνυνται—comma ante: τὸ εὔψυχον tollendum et post: εἴξωσιν collocandum esse censeo. Nam verba: αὐτοῖς κατὰ πόδας cum illo: ἐνδείκνυνται cohærent, et ad verba: κατὰ πόδας intelligendum est: διώκοντες.

Cap. 128. Ὡς τάχιστα ἕκαστος δύναται—. In Dukeri editione videtur errore typographico scriptum esse, quinque libros legere: ὡς τάχιστα ὡς ἕκαστοι—. Nam inter codd. qui ita scripserunt, etiam cod. Reg. laudatur. Hic autem, ut Gailius doctissimus testatur, cum tribus aliis codd. legit: ὡς τάχιστα ὡς ἕκαστος δύναται. Quæ lectio est longe elegantior, et quia octo codd. eam confirmare videntur, non est rejicienda.—In verbis: ἀπὸ τούτου τε πρῶτον Περδίκκας Βρασίδαν τε πολέμιον ἐνόμισε—quatuor Pariss. particulam plane superfluam: τε post: Βρασίδαν recte omiserunt. Nam eadem particula jam ante: πρῶτον legitur.—In verbis: ἐς τὸ λοιπὸν Πελοποννησίων, τῇ μὲν γνώμῃ, δι᾽ Ἀθηναίους, οὐ ξύνηθες μῖσος εἶχε, τῶν δὲ ἀναγκαίων ξυμφόρων διαναστὰς, ἔπρασσεν—comma post: Ἀθηναίους sublatum potius ante: μῖσος colloco, ut sensus sit: *Odium in animo* (adhuc latens) *adversus Lacedæmonios concepit, propter Athenienses* (antea ipsi invisos) *minus quidem consuetum*. Porro cum Heilmanno doctissimo legendum esse puto: ἀναγκαίων ξυμφορῶν διαναστὰς—. Ita jam in libro suo Valla reperit, quia egregie vertebat: *cum e gravissimis calamitatibus emersisset*.

Cap. 130. Ἐπειδὰν δὲ τὰ περὶ τὴν Μένδην κατέσχον—. Consentio cum Gailio doctissimo, qui ex septem codd. Pariss. edidit: ἐπειδὴ δὲ τὰ περὶ—. Eodem modo etiam Gailius doctissimus c. 132. in verbis: ἐπειδὰν ξυνεβεβήκει ἔνδηλόν τι ποιεῖν—octo codd. auctoritate recte edidit: ἐπειδὴ ξυνεβεβήκει. Nam sæpe a librariis hæ particulæ: ἐπειδὴ et: ἐπειδὰν permutantur. Talis error etiam cap. 48. hujus libri corrigebatur.

Cap. 131. Ἱδρύθησαν ἐπὶ καρτεροῦ λόφου—. Alio ordine hæc verba plurimi codices collocant, ut legatur: ἐπὶ λόφου καρτεροῦ—. Etiam tres codd. Pariss. qui ex interpretamento legunt: ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ—, hunc verborum ordinem confirmant.

Cap. 134. Ξυνέβαλον ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Ὀρεστίδος—. Cum Dukero legendum censeo plurimorum codicum auctoritate: ἐν Λαοδικίῳ (πεδίῳ)—. In fine autem sequentis capitis 135. cum codicibus nonnullis pro illo: ξυνέγραψε legendum est: ξυνέγραψεν, sicut etiam sub finem libri II. et III. ubi idem verbum occurrit, eandem lectionem: ξυνέγραψεν Hermannus, Vir Celeberrimus, commendavit.

Libri V. Cap. 1. Ἡγησάμενοι—ἐλλιπές σφίσιν εἶναι τοῦτο τῆς καθάρσεως, ᾗ πρότερόν μοι δεδήλωται—. Illud: ᾗ non aptam admittit explicationem. Puto igitur, Thucydidem antea scripsisse: ἣ πρότερόν μοι δεδήλωται, *quæ antea a me est commemorata*.

Cap. 4. Καὶ παραθαρρύνας ἀπέπλει—. Legendum est antiquorum Atticorum more:

καὶ παραθαρσῦνας ἀπέπλει. Ita etiam septem codices legunt. Eandem lectionem quoque multorum librorum falsa lectio, qui scribunt: παραθρασύνας, comprobat. Loca alia, quibus Thucydides hoc vocabulo utebatur, Dukerus laudavit.

Cap. 5. Μετὰ τὴν τῶν Σικελιωτῶν ὁμολογίαν—. Articulus: τῶν Scholiastæ et multorum codicum auctoritate h. l. omitti debet.

Cap. 6. Ὃς ἀπὸ τῆς Τορώνης τότε περιέπλευσεν—. Codicum auctoritate alio ordine legendum esse videtur: ὃς τότε ἀπὸ τῆς Τορώνης περιέπλευσεν—.

Cap. 7. Ἐθεᾶτο τὸ λιμνῶδες τοῦ Στρυμόνος καὶ τὴν θέσιν τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν Θρᾴκην—. Memoratu digna et apta est lectio octo codicum: ἐπὶ τῇ Θρᾴκῃ, *juxta Thraciam, in vicinia Thraciæ.* Ita lib. VIII. cap. 60.: ἐπὶ γὰρ τῇ Ἐρετρίᾳ τὸ χωρίον (Ὠρωπίων) ὂν—simili significatione particula: ἐπὶ occurrit. Etiam lib. V. c. 33.: ἐπὶ τῇ Σκιρίτιδι τῆς Λακωνικῆς.—In verbis: μηχανὰς ὅτι οὐ κατῆλθεν ἔχων, ἁμαρτάνειν ἐδόκει—lectio Vindob. Cass. Aug. Mosqu. et sex Pariss.: ἔχων ἁμαρτεῖν ἐδόκει, est præferenda, quia est aptior. Etiam Valla ita legit vertens: *Adeo sibi peccasse videbatur.*

Cap. 8. Εἰσέρχεται ἐς τὴν Ἀμφίπολιν—. Consueto more Thucydidis legendum est undecim codicum consensu: ἐσέρχεται ἐς—. In verbis: οὐκ ἂν ὁμοίως αὐτοὺς νομίζων ἀπολαβεῖν—quinque codices legunt: οὐκ ἂν νομίζων αὐτοὺς ὁμοίως—. Alii octo exhibent: οὐκ ἂν νομίζων ὁμοίως αὐτοὺς—. In eo igitur illi libri saltem consentiunt, ut: νομίζων statim post: οὐκ ἂν collocari debeat.

Cap. 9. Ἀπὸ μὲν οἵας χώρας ἥκομεν, ὅτι ἀεὶ διὰ τὸ εὔψυχον ἐλευθέρας—. Illud: ὅτι vix locum habere poterit. Puto igitur, Thucydidem scripsisse: ὅ, τι ἀεὶ διὰ τὸ εὔψυχον (sc. γίγνεται), et hæc verba, parenthesi inclusa, a sequentibus esse commate distinguenda: *Quam libera sit terra, ex qua advenimus, id quod semper fortitudine efficitur.*—In verbis: καὶ ὅτι Δωριῆς scribi debet cum tredecim libris: καὶ ὅτι Δωριεῖς, sicut jam lib. I. cap. 12. legebatur. Eadem ratione in cap. 32. hujus libri, ubi: Φωκῆς est editum, tredecim librorum auctoritate emendari debet: Φωκεῖς.—Etiam ejusdem libri cap. 33. male bis editum est: Μαντινῆς. Nam plurimi libri legunt: Μαντινεῖς. Ne autem sibi repugnet scriptor subtilissimus, etiam libri V. c. 29. emendari debet: Μαντινεῖς, undecim librorum auctoritate. Similis codicum consensus est iterum in cap. 37. hujus libri, ut ibi quoque edatur: Μαντινεῖς—et cap. 44. ubi quatuordecim libri eandem lectionem defendunt, et sub initium cap. 47. in quo tredecim librorum consensu eadem lectio: Μαντινεῖς, nititur,—et cap. 50. ubi etiam quindecim libri legunt: Μαντινεῖς—et cap. 58. ubi quatuordecim libri exhibent: Μαντινεῖς. Similis codicum auctoritas etiam: Μαντινεῖς legere jubet cap. 61. c. 62. c. 65. c. 67. c. 71. c. 72. c. 73. c. 81. Etiam lib. VI. c. 67. et c. 68.—In verbis: τὴν δὲ ἐπιχείρησιν ὅτῳ τρόπῳ διανοοῦμαι ποιεῖσθαι, διδάξω—quatuordecim libri lectionem minus consuetam: ᾧ τρόπῳ διανοοῦμαι—proferunt, ut illud: ὃς pro: τίς ponatur, sicut etiam in aliis scriptorum locis: ὃν τρόπον occurrit pro: τίνα τρόπον.—Denique in verbis: ἀρκείτω βραχέως δεδηλωμένον—haud dubie legendum est: ἀρκεῖ τὸ βραχέως δεδηλωμένον—. Improbat quidem hanc sex codicum lectionem Wassius, sed est Thucydideo dicendi generi quam maxime adcommodata. Nam ita sæpe hic scriptor participia in neutro genere substantivorum loco adhibet. Lib. I. c. 36.: τὸ δεδιὸς, τὸ θαρσοῦν—. Lib. I. c. 90.: τὸ βουλόμενον. Lib. III. c. 39.: τὸ θεραπεῦον, c. 43.: τὸ ἀξιοῦν—et nostro capite 9.: τὸ ἀνειμένον, τὸ προφανὲς, τὸ ἀντιπραχθὲν, τὸ ξυμφέρον—.

Cap. 10. Καὶ οἰόμενος ὀφθήσεσθαι ἀπελθὼν σημαίνειν τε ἅμα ἐκέλευεν—. Inepta est lectio: ὀφθήσεσθαι et longe magis cum Dukero præferenda est lectio: οἰόμενος φθήσεσθαι ἀπελθὼν—, quam cum Vindob. et Vallæ libro adhuc quinque codices tuentur.—Præterea in hoc capite ter falsa scriptura: Ἠόνος, Ἠόνα repetitur. Nam non solum in hoc capite multi codices veram scripturam: Ἠιόνος, Ἠιόνα defendunt, sed etiam aliis locis ita scribitur, ut lib. I. cap. 98. lib. V. cap. 6.

Cap. 14. Τῶν τε ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων ὑπώπτευόν τινας ἀποστήσεσθαι—. Particula: τε nihil habet, ad quod referatur. Longe verisimilius est, Thucydidem scripsisse: τῶν δὲ ἐν Πελοποννήσῳ—.

Cap. 16. Ἀεὶ προβαλλόμενος—ὡς διὰ τὴν ἐκείνου κάθοδον παρανομηθεῖσαν ταῦτα ξυμβαίνει—. Omnes fere codices legunt: ταῦτα ξυμβαίνοι—. Quæ quidem lectio cum linguæ usu et sensu hujus loci bene convenit. Etiam Valla videtur ita legisse vertens: *quasi ob hanc culpam ista contingerent.*—In verbis: Διὰ τὴν ἐκ τῆς Ἀττικῆς ποτὲ μετὰ δώρων δοκοῦσαν ἀναχώρησιν—de-

fendit quidem Dukerus doctissimus paucorum librorum lectionem: δοκοῦσαν, sed non satis intelligitur, quid sibi velit: ἡ δοκοῦσα ἀναχώρησις, cum olim vere ex Attica Plistoanax re infecta rediisset, sicut lib. II. c. 21. narrabatur. Multorum codicum, Vindob. Marg. C. Cl. Cass. Dan. Aug. Mosqu. et quatuor Pariss. est lectio: μετὰ δώρων δόκησιν ἀναχώρησιν—. In Vallæ libro forte simile quiddam adfuit, qui vertebat: *propter suspicionem acceptorum munerum ob reditum illum ex Attica.* Vocabulum: δόκησις est jam Herodoto proprium, ut lib. VII. c. 185. et Thucydides, sicut multa alia Herodoti vocabula, etiam illud sæpe adhibuit. Non solum *opinionem*, sed etiam *suspicionem* indicat. Ita Thucyd. lib. III. c. 43. legitur: φθονήσαντες τῆς οὐ βεβαίου δοκήσεως τῶν—*invidentes propter incertam pecuniæ acceptæ suspicionem.*—Nostro loco autem in margine Cl. etiam legitur: δοκήσεως—. Eodem spectant tres Pariss. qui legunt: δοκοῦσαν ἑως ἀναχώρησιν—. Alii duo legunt: δόκησιν ἐς ἀναχώρησιν—. Unus: δοκοῦσαν ἐς ἀναχώρησιν—. Unus denique: δοκοῦσιν ἐς ἀναχώρησιν—. In tanta igitur lectionum varietate conjicio, veram hujus loci lectionem esse: μετὰ δώρων δοκήσεως ἀναχώρησιν. Eadem haud dubie vera lectio jam in Scholiis reperitur.—In verbis: οἰκοῦντα φόβῳ τῶν Λακεδαιμονίων, ἔτι ἑνὸς δέοντι εἰκοστῷ—lectionem Scholiastæ et multorum codicum: φόβῳ τῷ Λακεδαιμονίων—cum vi majori conjunctam ideoque præferendam esse censeo. Ita infra cap. 18. legitur: συμμάχοις τοῖς Ἀθηναίων, et in eodem capite, ubi legitur: ἐν τῷ δημοσίῳ τῶν Ἀθηναίων—, mihi etiam verisimile est, Vindob. et aliorum trium codicum auctoritate legendum esse: δημοσίῳ τῷ Ἀθηναίων—. Pro: ἔτι—in nostro loco codicum Ar. C. Dan. Gr. Mosqu. duorum Pariss. et Vallæ lectionem: ἔτει ἑνὸς δέοντι—cum Dukero sequor. Valla vertit: *undevicesimo regni sui anno.*

Cap. 17. Παρασκευὴ—περιαγγελλομένη κατὰ πόλεις, ὡς ἐπιτειχισμὸν—. Præfero cum Dukero lectionem cod. Græv.: ὡς ἐπὶ τειχισμὸν—, quæ omnem interpretandi difficultatem tollit.—In verbis ultimis: καὶ ὤμοσαν ἐκεῖνοί τε πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους—emendandum censeo: ὤμοσαν ἐκεῖνοί γε πρὸς—, quia illud: τε h. l. est plane superfluum.

Cap. 18. Δικαίῳ χρήσθων καὶ ὅρκοις, καθότι ἂν ξύνθωνται—. Dicendi consuetudini in Thucydide obviæ est magis consentaneum, ut legatur: δίκαις χρήσθων—, sicut etiam Dukerus suasit et cum Scholiasta adhuc sex codices legunt.—In verbis: ἐξέστω ἀπιέναι, ὅποι ἂν βούλονται—haud dubie magis vera est lectio: ἂν βούλωνται, quam cum Vindob. adhuc duodecim libri exhibent et ipsæ postulant linguæ leges. Quare eam lectionem Gailius doctissimus recte recepit.—In verbis: εἰσὶ δὲ αἵδε, Ἄργιλος, Στάγειρος—plurimorum librorum auctoritate tollendum est: αἵδε, ut legatur: εἰσὶ δὲ Ἄργιλος—. Eodem modo in verbis: ἀποδόντων δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίοις—, sublato articulo: οἱ, scribendum est: καὶ Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίοις—septemdecim librorum consensu, sicut etiam antea sine articulo legebatur: ἀποδόντων δὲ Ἀθηναίοις Λακεδαιμόνιοι—. Pro illo: ἐμμένω ταῖς ξυνθήκαις—verissimam habeo Fred. Porti conjecturam, ut legatur: ἐμμενῶ ταῖς ξυνθήκαις—. In verbis denique: καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμῷ καὶ ἐν Ἀθήναις ἐν πόλει—Thucydides antea scripsisse videtur: καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ καὶ Ἀθήναις ἐν πόλει—. Emendationem: Ἰσθμοῖ, quamvis codicum auctoritate h. l. destituatur, jam Æm. Portus suaserat et Dukerus comprobabat, neque tantum usu loquendi, qui obvius est de hoc vocabulo, sed etiam in nostro loco antecedenti vocabulo simili: καὶ Πυθοῖ confirmatur. Ut autem particula: ἐν ante: Ἀθήναις tollatur, cum Vindob. adhuc duodecim codices suadent. Neque obest huic emendationi, sicut Wassius censuit, locus similis in cap. 23. ubi etiam occurrit: τὴν δὲ ἐν Ἀθήναις, ἐν πόλει. Nam nemo negabit, utroque dicendi modo, et: ἐν Ἀθήναις et: Ἀθήναις, scriptorem uti potuisse. In capite 23. antecesserat: ἐν Λακεδαίμονι, quare videtur etiam Thucydides adjecisse: ἐν Ἀθήναις. In nostro loco autem sine illa particula proxime antecesserat: Ὀλυμπιάσι καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ, quare etiam sine particula adhæsit illud: καὶ Ἀθήναις.

Cap. 19. Ζευξίδας, Ἄνθιππος, Τέλλης—. Omnium fere codicum auctoritate legendum est: Τέλλις—, sicut etiam aliis locis hoc nomen exhibetur. Conf. Wassii et Dukeri notæ ad h. l. De nomine Θεαγένης quædam adnotavi ad lib. IV. c. 27.

Cap. 20. Οὐ γὰρ ἀκριβές ἐστιν, οἷς καὶ ἀρχομένοις καὶ μεσοῦσι καὶ ὅπως ἔτυχέ τῳ, ἐπεγένετό τι—. Apta explicatione carent hæc verba, quia illis aliquid deesse videtur. Si verba: ἐπεγένετό τι posita essent ante: καὶ

ὅπως ἔτυχέ τῳ—; omnia essent intellectu facilia. Sed quis talem verborum trajectionem sine ulla codicum auctoritate admittere audebit? Pro illo: ἔτυχέ τῳ quatuor codices, Aug. Cass. et duo Pariss. legunt: ἔτυχέν τῳ—. Ex illorum igitur vestigiis veram lectionem esse eruendam censeo. Nam mihi videtur Thucydides scripsisse: καὶ ὅπως ἔτυχεν, ᾧ ἐπεγένετό τι. Non enim adcurate intelligitur, *sub quibus imperium et auspicantibus et medium jam administrantibus et quomodo cuiquam evenerit, quod ei accidit.*

Cap. 22. Αὐτοὶ δὲ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο, νομίζοντες, ἥκιστα ἂν σφίσι τούς τε Ἀργείους, ἐπειδὴ οὐκ ἤθελον— ἐπισπένδεσθαι, νομίσαντες αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων οὐ δεινοὺς εἶναι—. Mihi certum est, in mendo cubare hunc locum, quia interpretamenti loco vocabulum: νομίσαντες est male adjectum. Quodsi igitur vocabulum: νομίσαντες ante: αὐτοὺς ἄνευ Ἀθηναίων— omittitur, omnis hujus loci difficultas est sublata. Nam: αὐτοὺς, quod jam redundare videtur, sicut Lat.: *ille*, post parenthesin longiorem centies ad sensum loci adcuratius capiendum, qui per parenthesin interruptus erat, adjicitur. Etiam Valla non illud: νομίσαντες legisse videtur. Nam vertit: *rati Argivos, qui missis legatis— fœdus inire recusassent, non acres hostes sine Atheniensibus fore.*

Cap. 23. Ἀνανεοῦσθαι δὲ ταῦτα κατ᾽ ἐνιαυτόν—. Vocabulum: ταῦτα ignorant septem codices. Quod facile, etiam Wassii sententia, abesse potest, quia modo antecesserat: ὁμοῦνται δὲ ταῦτα—.

Cap. 26. Καὶ ἐς ἄλλα ἀμφοτέροις ἁμαρτήματα ἐγένετο—. Vindob. cum quatuordecim aliis libris profert lectionem: ἁμαρτήματα ἐγένοντο—. Quæ dicendi ratio etiam in Thucydidis aliorumque Atticorum libris interdum ἀρχαϊκῶς adhuc retinetur. Conf. Stephanus ad Thucyd. lib. I. c. 22.

Cap. 27. Καὶ μὴ πρὸς τὸν δῆμον λόγους εἶναι—. Vindob. cum quatuordecim aliis codicibus et ipso Scholiasta legunt: πρὸς τὸν δῆμον τοὺς λόγους εἶναι. Quam lectionem præfero, quia adcuratius indicat: *sermones de hac societate ineunda.* Ita etiam capitis sequentis initio repetitur: ἀνήνεγκαν τοὺς λόγους—.

Cap. 29. Νομίσαντες πλέον τι εἰδότας μεταστῆναι αὐτούς—. Quatuordecim libri exhibent: πλέον τέ τι εἰδότας—. Quæ lectio huic loco est apta.

Cap. 30. Αἰσθόμενοι τὸν θροῦν τὸν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ καθεστῶτα—. Cum jam in antecedentibus narrasset Thucydides, quæ consilia Peloponnesi populi magno numero contra Lacedæmonios agitaverit, præferenda est lectio tredecim codicum: τὸν θροῦν τοῦτον ἐν τῇ Πελοποννήσῳ—, quibus ad antecedentia aperte respicitur. Haud dubie etiam Valla in libro suo ita legebat. Nam vertit: *Lacedæmonii hunc tumultum gliscere in Peloponneso sentientes—.*

Cap. 31. Ἦλθε δὲ καὶ Ἠλείων πρεσβεία εὐθὺς καὶ ἐποιήσαντο ξυμμαχίαν—. Melius legitur: καὶ ἐποιήσατο ξυμμαχίαν—. Ita enim cum Vindob. etiam Aug. Mosqu. quinque Pariss. et Vallæ liber scripserunt. Valla vertit: *primum iniit cum Corinthiis societatem.*—In verbis: Τάλαντον ἔταξαν Διῒ τῷ Ὀλυμπίῳ ἀποφέρειν—lectionem: τάλαντον, quamvis nonnulli codices legunt: τάλαντα, non amovendam esse censeo, quia non solum in Thoma Magistro reperitur, sed etiam huic loco, cum de tributo unius urbis agatur, est aptissima et ultima syllaba in vocabulo: τάλαντον, propter scribendi compendium, facile perire potuit. Sed alia lectio: ἔταξαν τῷ Διῒ τῷ Ὀλυμπίῳ—, quam cum Thoma Mag. et codice Vindob. adhuc alii duodecim codices exhibent, cum Wassio est recipienda.—In verbis: σφίσι τὴν Ἀργείων δημοκρατίαν αὐτοῖς, ὀλιγαρχουμένοις, ἧσσον ξύμφορον εἶναι— comma post: αὐτοῖς est tollendum et potius ante: αὐτοῖς est collocandum. Nam: αὐτοῖς ὀλιγαρχουμένοις a reliquis sunt separanda, quia inter se aperte cohærent.

Cap. 35. Θύσσον τὴν ἐν τῇ Ἄθῳ Δικτιδιῆς εἷλον—. Non verisimile est, Thucydidem, qui lib. IV. c. 109. scripserat: ὁ Ἄθως, ita fuisse inconstantem, ut h. l. mutato genere diceret: τῇ Ἄθῳ. Eodem modo Herodotus lib. VII. c. 22. sæpius genere masculino: ὁ Ἄθως profert. Lego igitur quatuor codicum consensu: τὴν ἐν τῷ Ἄθῳ—. In verbis: μετὰ τὰς σπονδὰς οἵ τε Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι—meliorem lectionem: καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι septem codices exhibent. Contraria ratione cap. 37. articulum: οἱ ejicio in verbis: καὶ οἱ μὲν Βοιωτοὶ καὶ [οἱ] Κορίνθιοι, ante vocabulum: Κορίνθιοι, quia a novem codicibus omittitur, neque, sicut in nostro loco, duplici copula: τε—καὶ, cum antecedenti articulo: οἱ est conjunctus. Quare: οἱ μὲν simul ad: Κορίνθιοι debet referri.—In capitis sequentis 36. verbis: παραινοῦντες

ὅτι μάλιστα ταῦτά τε γιγνώσκειν—verissimam Gottleberi conjecturam sine dubitatione recipiendam esse censeo, ut legatur: ταυτά τε γιγνώσκειν, eandem alere sententiam. Ita jam Valla legisse videtur. Nam vertit: *ut maxime eadem decernerent*.

Cap. 38. Οὐκ ἔτι ἐσήνεγκαν περὶ Ἀργείων ἐς τὰς βουλὰς—. Forte Thucydides olim scripserat: οὐκ ἔτι τὶ ἐσήνεγκαν—.

Cap. 39. Τῶν ξυγχέαι σπευδόντων τὰς σπονδὰς προθυμουμένων τὰς ἐς Βοιωτοὺς—. Lectio: τὰς ἐς Βοιωτοὺς—non videtur ab ipso scriptore orta esse. Nonnulli libri plane omittunt vocabulum: τὰς. Alii quinque libri legunt: προθυμουμένων τὰ ἐς Βοιωτοὺς—. Quæ quidem lectio mihi præferenda et Thucydide digna esse videtur. Simile occurrit infra cap. 46. in verbis: ἐπισχόντας τὰ πρὸς Ἀργείους—.

Cap. 41. Ἠξίουν δίκης ἐπιτροπὴν σφίσι γενέσθαι ἢ ἐς πόλιν τινὰ, ἢ ἐς ἰδιώτην—. Particula: ἐς ante: ἰδιώτην ab octodecim codicibus abest et facile ex antecedentibus potest suppleri.—In verbis: ἐξεῖναι δ᾽ ὁποτεροισοῦν προσκαλεσαμένοις—præferenda est sex codicum aptior lectio: ὁποτεροισοῦν προκαλεσαμένοις—, quam etiam Dukerus jam commendavit et Valla haud dubie jam in libro suo invenerat. Nam vertit: *ut liceret utrislibet alteros provocare ad prœlium*—.

Cap. 42. Ἀνδρομένης καὶ Φαίδιμος καὶ Ἀντιμενίδας—. Vindob. cum aliis quatuor codd. legit: Ἀνδρομέδης—. Eandem lectionem quoque Valla tuetur.—In verbis: οὓς εἶχον αἰχμαλώτους οἱ Βοιωτοὶ Ἀθηναίων—duodecim librorum auctoritate aptius ejicitur articulus: οἱ ante vocabulum: Βοιωτοί.

Cap. 46. Αὐτὸς ἐξηπατημένος περὶ τοῦ μὴ αὐτοκράτορες ὁμολογῆσαι ἥκειν—. Præfero lectionem octo codicum, Vindob. Aug. et sex Pariss.: μὴ αὐτοκράτορας ὁμολογῆσαι—. Nam tali casu h. l. illud vocabulum efferri debet.

Cap. 47. Ὀμνύντων δὲ τὸν ἐπιχώριον ὅρκον ἕκαστοι τὸν μέγιστον κατὰ τῶν ἱερῶν τελείων—. In plurimis libris deest articulus: τῶν ante: ἱερῶν τελείων, et quia in hac dictione etiam alii scriptores articulum ante: ἱερῶν omittunt, de illo: τῶν ejiciendo non amplius dubitatio relinquitur.—Pro illo: ἐμμένω τῇ ξυμμαχίᾳ—, sicut supra cap. 18. etiam h. l. cum Fr. Porto legendum esse puto: ἐμμενῶ τῇ ξυμμαχίᾳ—. Quæ conjectura in nostro loco inprimis etiam sequenti: οὐ παραβήσομαι confirmatur. Valla quoque in nostro loco legisse videtur: ἐμμενῶ, quia vertit: *Stabo in societate conventa*.—In verbis ultimis: ὅ, τι ἂν δόξῃ ταῖς πόλεσιν ἀπάσαις κοινῇ βουλευσαμέναις—codicum consensu præferenda esse videtur lectio: κοινῇ βουλευομέναις—. Ita scribunt Ar. C. Aug. Vindob. et sex Pariss. et quamvis alii quatuor libri, Cl. Gr. Cass. Reg. corrupte legant: βουλευομένοις, tamen simul etiam lectionem: βουλευομέναις confirmant.

Cap. 51. Προσοικοῦντα γὰρ τὰ ἔθνη ταύτῃ τῇ πόλει πολέμια ἦν. Vindob. cum tredecim aliis codicibus legere jubent: τὰ ἔθνη ταῦτα τῇ πόλει—, quod melius quadrat, quia illarum gentium nomina proxime antecesserant, non autem urbis Heracleotarum nomen.

Cap. 52. Καὶ τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων καὶ παραλαβὼν—. Cum Dukero et Bavero delendam esse censeo copulam: καὶ ante: παραλαβὼν, quam etiam novem codices omittunt. Tunc ad illud: παραλαβὼν cum Scholiasta supplendum est: τινάς.

Cap. 53. Ὃ δέον ἀπαγαγεῖν, οὐκ ἀπέπεμπον ὑπὲρ βοταμίων Ἐπιδαύριοι—. Lectionis: ὑπὲρ βοταμίων—sensus est valde incertus. Quare ea, quæ quinque codices adferunt: ὑπὲρ παραποταμίων Ἐπιδαύριοι—potius sunt admittenda neque sensum ineptum fundunt. Argivis enim Epidaurii propter regionum ad flumen quoddam sitarum possessionem, quæ jam ad eorum ditionem pertinebant, quoddam tributi genus, nempe hostiam, quotannis in templo Apollinis Pythii offerendam, tradere debebant. Quod donum cum mittere omisissent, Argivi propterea incursionem in eorum regionem facturi erant.—Similis tributi supra cap. 31. mentio injiciebatur, cum Elei Lepreatis propter promissam regionis partem, quam tamen non acceperant, talentum tributi loco imponerent, quotannis Jovi Olympio offerendum. Cujus quidem tributi omissio etiam Eleis belli occasionem adversus Lepreatas suppeditabat. Ille codex Paris. quis nostro loco legit: ὑπερπαραβοπαμίων—originem falsæ lectionis: βοταμίων saltem indicare videtur.

Cap. 55. Καὶ καθ᾽ ὃν χρόνον ἐν τῇ Ἐπιδαύρῳ Ἀργεῖοι ἦσαν—. Quatuordecim codicum auctoritate præferenda est aptior lectio: ἐν τῇ Ἐπιδαύρῳ οἱ Ἀργεῖοι ἦσαν—. In verbis sequentibus: καὶ γιγνομένων λόγων Ἐφαμίδας ὁ Κορίνθιος—decem libri magis vera lectione exhibent: Εὐφαμίδας ὁ

Κορίνθιος—, sicut jam adfuit lib. IV. c. 119. atque etiam Valckenar. in notis ad Herodoti lib. IV. c. 150. legere jubet.

Cap. 58. Καὶ Φλιάσιοι ὄρθιον ἑτέραν ἐπορεύοντο—. Sexdecim codicum auctoritate legendum est: ὄρθριον ἑτέραν ἐπορεύοντο, *primo mane alia via proficiscebantur.* Nolunt quidem interpretes h. l. illam codicum lectionem admittere. Sed haud dubie est vera et ex Herodoti dictione depromta. Sic ille lib. II. c. 173. scripsit: τὸ μὲν ὄρθριον μέχρι ὅτου πληθούσης ἀγορῆς προθύμως ἔπρησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα—. Nostro loco igitur illud: ὄρθριον apte respondet antecedenti: ἅμα ἕῳ ἐχώρουν—.

Cap. 59. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ πεδίου οἱ Λακεδαιμόνιοι εἶργον ἀπὸ τῆς πόλεως—. Duodecim libri omittunt particulam: ἀπὸ ante: τῆς πόλεως, neque negari potest, multis ejusmodi locis hanc particulam: ἀπὸ omitti solere.—In verbis: προσελθόντε Ἄγιδι διελεγέσθην—Vindob. cum aliis undecim libris legere jubet: προσελθόντες Ἄγιδι—. Satis autem constat, quam sæpe pluralis numerus cum duali commisceatur apud optimos scriptores Græcos.

Cap. 61. Καὶ ὁμήρους σφῶν τε αὐτῶν δοῦναι καὶ Μαντινεῦσι, καὶ οὓς κατέθοντο Λακεδαιμόνιοι, παραδοῦναι—. Octo codices, omisso: καὶ, legunt: δοῦναι Μαντινεῦσι—. Eandem copulam quoque Valla ignorat, quia vertit: *ex suorum numero Mantineis*—. Neque nos impedit quidquam, ut credamus, Orchomeniorum obsides Mantineis custodiendos esse traditos, sicut etiam capite sequenti narratur, Mantineæ convenisse socios, ut belli adparatus facerent.—Ceterum turpis error in lectione: κατέθοντο pro vera lectione: κατέθεντο, ex editione Wecheliana male in reliquas edd. translatus, non amplius ferri debet, cum jam ed. Basil. veram lectionem exhibeat. Gailius doctissimus quoque veram lectionem: κατέθεντο recepit.

Cap. 62. Καὶ τινὲς αὐτοῖς καὶ αὐτῶν τῶν Τεγεατῶν ἐν τῇ πόλει ἐνεδίδοσαν τὰ πράγματα—. Plurimi codices omittunt: τῶν ante: Τεγεατῶν—, quod tanquam alienum ab hoc loco recte ejicitur.

Cap. 64. Βοήθεια τῶν Λακεδαιμονίων γίγνεται—ὀξεῖα, καὶ ὡς οὔπω πρότερον—. Plurimorum codicum auctoritate præferenda est aptior lectio: καὶ οἵα οὔπω πρότερον—.

Cap. 65. Ἀφικόμενος πρὸς τὴν Τεγεάτιν, τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπε πρὸς τὴν Μαντινικήν—. Aptior et præferenda est plurimorum codicum lectio: ἐξέτρεπεν ἐς τὴν Μαντινικήν. Idem etiam Valla in suo codice legebat. Nam vertit: *in agrum Mantinicum divertit.*

Cap. 66. Οἱ δὲ τοῖς λοχαγοῖς, ἐκεῖνοι δὲ τοῖς πεντηκοντατῆρσιν—. Plurimi libri atque etiam Scholiastes legere jubent: τοῖς πεντηκοντῆρσιν—. Quæ vocabuli contractio cum simili vocabulorum, ut: ἑκατόγχειρ et: ἑκατοντάχειρ, ἑκατόμπυλος et: ἑκατοντάπυλος, contractione est comparanda.—In verbis: σχεδὸν γάρ τοι πᾶν, πλὴν ὀλίγου—restituenda est omnium fere codicum atque etiam Scholiastæ lectio: σχεδὸν γάρ τι πᾶν—. A librariis vero sæpe permutari veram lectionem; σχεδὸν γάρ τι pro falsa: σχεδὸν γάρ τοι, jam docuit Dukerus ad lib. VII. c. 33.

Cap. 67. Παρὰ δ' αὐτοῖς οἱ ξύμμαχοι Ἀρκάδων ἦσαν—. Omnes fere codices lectionem aptissimam: παρὰ δ' αὐτοὺς οἱ ξύμμαχοι—tuentur, sicut antea in eodem capite legebatur: καὶ παρ' αὐτοὺς Ἀρκάδων Ἡραιῆς.

Cap. 69. Τοῖς μὲν Ἀργείοις ξυμμάχοις ταῦτα παρῃνέθη—. Legendum est tredecim codicum et Vallæ auctoritate: ξυμμάχοις τοιαῦτα παρῃνέθη—, quod est orationi contextæ, quæ variarum adhortationum argumentum proposuerat, valde adcommodatum. Valla vertit: *Et Argivis quidem eorumque sociis talia proponebantur.*

Cap. 71. Περιέσχον μὲν οἱ Μαντινῆς τῷ κέρα πολὺ τῶν Σκιριτῶν—. Legendum esse codicum consensu: Μαντινεῖς—, jam pluribus est demonstratum in notis ad lib. V. c. 9. Præterea etiam h. l. postulant plurimi codices, ut meliori verborum ordine legatur: Μαντινεῖς πολὺ τῷ κέρα—.

Cap. 72. Ἀλλὰ μάλιστα δὴ κατὰ πάντα τῇ ἐμπειρίᾳ Λακεδαιμόνιοι ἐλασσωθέντες τότε—. Baverus optime intellexit, Lacedæmonios imperitiæ in bello gerendo adcusari non posse. Quare ad illud: ἐμπειρίᾳ supplet: τῶν πολεμίων. Sed mihi durius esse videtur, si hoc suppleveris, cum nihil aliud vocabulo: ἐμπειρίᾳ adjectum legamus. Forte corrupta librariorum lectio ex hac vera lectione: μάλιστα τῇ κατὰ πάντα δὴ ἐμπειρίᾳ est orta. Tum facilius propter illud: κατὰ πάντα ex oratione contexta suppleri potest: πολεμίων. Tantum literarum: δ et: τ permutatione, etiam in librariis obvia, hæc mea emendatio nititur.

Cap. 75. Τοὺς ἀπὸ Κορίνθου καὶ ἔξω ἰσθμοῦ ξυμμάχους ἀπέτρεψαν πέμψαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι—. Plerique codices legunt: ξυμμάχους ἀπέστρεψαν πέμψαντες—. Quam lectionem jure præferunt Dukerus et Baverus, quia dicendi consuetudini Thucydi-

deæ est adcommodata. Præter locum lib. IV. c. 97. a Dukero laudatum: ἀπαντᾷ κήρυκι Βοιωτῷ, ὃς αὐτὸν ἀποστρέψας—etiam conferri meretur locus lib. IV. c. 80: ἤλπιζον ἀποστρέψαι αὐτοὺς μάλιστα—, ubi etiam permutatio horum vocabulorum: ἀποτρέψαι et: ἀποστρέψαι librariis consueta lectionum varietate confirmatur. Nostro loco etiam Valla legebat: ἀπέστρεψαν, quia vertit: *auxilia—ab aliis extra Isthmum sociis venientia per nuntios remiserunt.*—In verbis: ξυνέβη (nam ita haud dubie codicum quorundam auctoritate et perpetua scribendi ratione in Thucydide obvia pro illo: συνέβη est legendum) καὶ τοὺς ὑπολοίπους φύλακας, τῶν Ἀργείων ἐξελθόντων, διαφθεῖραι πολλοὺς—præter alios tredecim codices etiam Vindob. legit: ἐξελθόντων, αὐτῶν διαφθεῖραι πολλοὺς—, quod additamentum non a librario, sed ab ipso Thucydide profectum esse mihi videtur. Nam constat, post parenthesin sæpe et Græcos et Latinos majoris perspicuitatis causa pronomen: αὐτός, *ille*, adjungere, quamvis in talibus locis redundare videatur.

Cap. 83. Δηώσαντες ἀπῆλθον, ὅτι σφῶν τοὺς φυγάδας ἀπεδέχοντο. Non apta est lectio: ἀπεδέχοντο. Quare longe præferenda est cum Abreschio et Bavero illa Vindob. et aliorum undecim codicum lectio: τοὺς φυγάδας ὑπεδέχοντο, *amice exceperunt.* Nam Scholiastæ adnotatione lib. I. cap. 37. dicitur: τὸ ὑποδέχεσθαι, φιλικῶς.

Cap. 86. Περιγιγνομένοις μὲν τῷ δικαίῳ—πόλεμον—. Lectionem omnium fere librorum: περιγενομένοις μὲν τῷ δικαίῳ—cum Abreschio restituendam esse censeo.

Cap. 90. Νομίζομέν γε χρήσιμον—μὴ καταλύειν ἡμᾶς τὸ κοινὸν ἀγαθὸν—. Dukero atque etiam viro doctissimo Coray legere placet: καταλύειν ὑμᾶς—, quod haud dubie orationi contextæ est magis adcommodatum, quia Athenienses bello inferendo statum civitatis in Meliorum insula erant commutaturi. Ita etiam duo codices meliores Cass. et Aug. legunt et eandem lectionem quoque Valla in suo libro invenit, quia vertebat: *a vobis commune bonum non tolli*—. In verbis: καί τι καὶ ἐκτὸς τοῦ ἀκριβοῦς πείσαντά τινα ὠφεληθῆναι—omnes fere codices legunt: καὶ ἐντὸς τοῦ ἀκριβοῦς—h. e. *ea suadentem, quæ nondum satis exacta sunt ad severam legum normam.* Quam codicum lectionem quoque cum Bavero præfero. Nam minus quadrat lectio: ἐκτὸς τοῦ ἀκριβοῦς, quod ea indicaret, quæ adcuratæ legum normæ adversantur.

Cap. 97. Ἄλλως τε καὶ νησιῶται ναυτοκρατόρων καὶ ἀσθενέστεροι ἑτέρων ὄντες, εἰ μὴ περιγένησθε—. Omnes fere codices legere jubent: νησιῶται ναυκρατόρων—, quam lectionem etiam Baverus, Dukerus aliique probant. Particulam: καὶ ante: ἀσθενέστεροι explico: *etiam*, ut, commate ante: καὶ sublato, sensus sit horum verborum: *cum inprimis insulæ sitis incolæ, atque imbecilliores etiam reliquis hominibus in mari potentibus.* Eadem lectio: ναυκρατόρων etiam cap. 109. a plurimis codicibus vulgatæ loco commendatur.

Cap. 98. Εἰ τυγχάνοι καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ ξυμβαῖνον—. Omnium fere codicum lectio: εἰ τυγχάνει καὶ—non est rejicienda.

Cap. 106. Ἡμεῖς δὲ—πιστεύομεν—μὴ βούλεσθαι προδόντας—ἀπίστους καταστῆναι—. Septem codices legunt: μὴ βουλήσεσθαι προδόντας—. Ita etiam Scholiastes et Valla in libris suis legisse videntur. Nam Scholiastes explicat: τοὺς Λακεδαιμονίους πιστεύομεν καὶ μάλιστα ἕξειν ἡμῖν βοηθοὺς—et Valla vertit: *credimus—non commissuros, ut Meliis, colonia ipsorum, proditis, efficiantur infidi*—. Quare non dubito, lectionem aptiorem: βουλήσεσθαι h. l. esse præferendam.

Cap. 107. Οὐκοῦν οἴεσθε τὸ ξυμφέρον μὲν, μετὰ ἀσφαλείας εἶναι, τὸ δὲ δίκαιον καὶ καλὸν μετὰ κινδύνου δρᾶσθαι. Cum Vindob. omnes fere codices legunt: μετὰ κινδύνου δρᾶσαι—. Veram igitur esse puto tot codicum lectionem. Nam illud: δρᾶσαι pendet ab: οἴεσθε—et verbum: εἶναι horum verborum constructionem non turbare potest, quia ex more Atticorum redundat.

Cap. 110. Καὶ οὐ περὶ τῆς μὴ προσηκούσης μᾶλλον, ἢ τῆς οἰκειοτέρας ξυμμαχίδος τε καὶ γῆς, ὁ πόνος ὑμῖν ἔσται—. Illud: τε καὶ γῆς non est ferendum et nimis artificiosa est interpretandi ratio, quam nonnulli de his verbis excogitarunt. Mihi quidem persuasum est, male collocatas esse copulas: τε καὶ librariorum negligentia et potius verbis transpositis legendum esse: τῆς οἰκειοτέρας τε καὶ ξυμμαχίδος γῆς. Etiam Scholiastes verba: οἰκειοτέρας et: ξυμμαχίδος jam separavit. Nam explicat: ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν ξυμμάχων καὶ τῆς ὑμετέρας. Valla plane non legisse videtur illud: ξυμμαχίδος τε καὶ—. Nam vertit: *non de terra nihil ad vos pertinente sed vestra ipsorum.* Sed si ita duplicem copulam: τε καὶ transponimus,

longe aptior horum verborum lectio sine ulla quorundam vocabulorum omissione existet. Librariorum negligentiam h. l. particulas: τε καὶ alieno loco posuisse, etiam inde adparet, quia alio sed simili errore in codice Regio legitur: ξυμμαχίδος τε γῆς καὶ ὁ πόνος—.

Cap. 111. Πολλήν τε ἀλογίαν τῆς διανοίας παρέχετε—. In loco Dionysii Halicarn. ubi hæc Thucydidis verba repetiit, legitur: πολλήν γε ἀλογίαν. Quæ haud dubie est vera lectio, cum illud: τε nihil habeat, ad quod referatur.—In verbis: προορωμένοις ὅτι, ἐς οἷα φέρονται—errore typographi illud: ὅτι est insertum in editione Lipsiensi. Nam codd. et reliquæ editiones legunt: προορωμένοις ἔτι, ἐς—. In verbis: ξυμμάχους γενέσθαι, ἔχοντας τὴν ὑμετέρην αὐτῶν ὑποτελῆ—omnes fere codices legunt: αὐτῶν ὑποτελεῖς—, et quia ita etiam aliis locis de hominibus tributariis hoc vocabulum usurpatur, recipienda est hæc lectio, sicut jam alii interpretes suaserunt.—In ultimis verbis: ὅτι περὶ πατρίδος βουλεύεσθε, ἥν, μιᾶς πέρι καὶ ἐς μίαν βουλὴν, τυχοῦσάν τε καὶ κατορθώσασαν, ἔσται—nulla verborum emendatione opus esse censeo, sed commate vocabulum: μίαν a sequenti: βουλὴν distinguo, vocabulum: βουλὴν cum sequenti: τυχοῦσαν conjungo, et ad: βουλὴν suppleo ex antecedentibus: βουλεύεσθαι, sicut jam Homerus Iliad. κ'. 415. scripsit: βουλὰς βουλεύειν. Jam horum verborum sensus erit: *de qua patria tanquam de una et ad cujus tanquam unius commodum jam consilia vel prospera vel infelicia capere licet.*

Cap. 115. Λοχισθέντες ὑπό τε τῶν Φλιασίων καὶ τῶν σφετέρων φυγάδων—. Omnes fere codd. articulum: τῶν ante: Φλιασίων—omittunt. Quod vocabulum etiam h. l. minus desiderabitur, cum modo antecessisset: ἐς τὴν Φλιασίαν—. In verbis: ἐσενεγκάμενοι σῖτόν τε καὶ ὅσα πλεῖστα ἐδύναντο χρήμασιν, ἀναχωρήσαντες ἡσύχαζον—, si sub illo: ἀγορὰ, cujus antea mentio injicitur, h. l. forum rerum venalium in munitionibus Atheniensium, sicut vere censuit Dukerus, intelligitur, illud: χρήμασιν non apte ad: ἐδύναντο potest referri. Quare, commate post: ἐδύναντο posito, illud: χρήμασιν cum: ἀναχωρήσαντες conjungere malim, ut sensus existat: *frumentum et alia quam plurima poterant comportantes* (ex Atheniensibus munitionibus rapta) *cum bonis varii generis recesserunt et quieverunt.*

Libri VI. Cap. 1. Σικελίας γὰρ περίπλους μέν ἐστιν ὁλκάδι οὐ πολλῷ τινι ἔλασσον ἢ ὀκτὼ ἡμερῶν—. Nulla quidem lectionis varietas in hoc loco est adnotata, sed tamen verisimile est, Thucydidem scripsisse: οὐ πολλῷ τινὶ ἐλάσσων—.

Cap. 2. Ὠικίσθη δὲ ὧδε τὸ ἀρχαῖον—. Legendum est: ᾠκίσθη δὲ ἥδε—. Ita scribunt decem codices. Etiam Vallæ liber ita legit, quia vertebat: *incoluerunt autem eam ab initio*—. Eodem respiciunt falsæ quinque codd. Pariss. lectiones: ἤδη τὸ ἀρχαῖον—et Vindob.: ἧδε τὸ ἀρχαῖον—. In verbis: οἰκοῦσι δὲ ἔτι καὶ νῦν τὰ πρὸς ἑσπέραν τῆς Σικελίας—quatuordecim codices legere jubent: τὰ πρὸς ἑσπέραν τὴν Σικελίαν—. In verbis: ἀπὸ Ἰταλοῦ, βασιλέως τινὸς Ἀρκάδων—cum Servio adhuc octo alii codices lectionem meliorem: βασιλέως τινὸς Σικελῶν proferunt. Eandem lectionem quoque confirmant Vindob. Dan. Mosqu. et quinque Pariss. qui exhibent: Σικελοῦ. Si lectionem: Σικελῶν admittimus, etiam facilius adparet, quare Thucydides, mentione Siculorum, Italiæ incolarum, injecta, statim narrationem de Italo rege adjunxerit.—In verbis denique: ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες—nonnulli quidem codices, etiam Scholiastæ testimonio, legunt: ἀναλαβόντες pro vera lectione: ἀπολαβόντες, sed melius indicatur lectione: ἀπολαβόντες, loca, quæ ceperint, maritima simul a Phœnicibus esse munita. Quare Scholiastes interpretatur: ἀποτειχίσαντες. Ita quoque Scholium lib. I. 134. vocabulum: ἀπολαβόντες explicat illo: περιείρξαντες, et lib. IV. c. 45. illud: ἀπολαβόντες positum esse dicitur pro: περικυκλώσαντες.

Cap. 3. Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδεῖς, ἐξ Εὐβοίας, πλεύσαντες μετὰ Θουκλέους οἰκιστοῦ, Νάξον ᾤκησαν—. Plurimi quidem codices legunt: Ἑλλήνων δὲ πρῶτον—, sed consuetudini Thucydidis, cujus plura exempla sub historiæ ejus initio occurrunt, magis est adcommodatum, ut lectio vulgata retineatur. Contrario librariorum errore infra in verbis: πρῶτον θύουσι—quatuor Pariss. male legunt: πρῶτοι θύουσι. Sed lectio: Νάξον ᾤκισαν, quam tres codices exhibent, haud dubie est recipienda. Ita etiam statim in sequentibus occurrit: Συρακούσας δὲ—ᾤκισε, et: Λεοντίνους τε—οἰκίζουσι, etc.—In verbis: ἐφ' ᾧ, ὅταν ἐκ Σικελίας θεωροὶ πλεύσωσι, πρῶτον θύουσι—plurimorum librorum lectio: θεωροὶ πλέωσι—non videtur esse rejicienda.

Cap. 4. Μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν—et

paullo post: μετὰ τὴν σφετέραν οἴκησιν Γελῷοι—. Utroque loco etiam Dukerus aptiorem lectionem esse censet: οἰκισιν, quamquam unius tantum codicis auctoritas hanc lectionem suadet.—In verbis: Πάμμιλον πέμψαντες ἐς Σελινοῦντα κτίζουσι— egregiam esse arbitror Dukeri conjecturam, ut, ejecta particula: ἐς, legatur: πέμψαντες Σελινοῦντα. Sicut enim in falsa codicum nonnullorum lectione: Ἐλινοῦντα litera σ facile periit propter antecedentem literam σ, ita etiam ultima syllaba in vocabulo: πέμψαντες male duplicari potuit a librariis. Saltem valde inepta est vulgata lectio.—In verbis: ὕστερον δὲ ἀπὸ Χαλκίδος—πλῆθος ἐλθὸν ξυγκατενείμαντο—undecim codices aptissime legunt: ὕστερον δὲ καὶ ἀπὸ Χαλκίδος—. Denique in verbis: δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν ἰδέαν ἐστὶ—plurimi codices alium verborum ordinem: δρεπανοειδὲς τὴν ἰδέαν τὸ χωρίον ἐστὶ—præscribunt.

Cap. 6. Ἐφιέμενοι μὲν, τῇ ἀληθεστάτῃ προφάσει, τῆς πάσης ἄρχειν—. Cum Vindob. adhuc sexdecim codices legunt: πάσης ἄρξειν—, neque hæc lectio est inepta, quia rem longo post tempore demum futuram indicat.—In verbis: τοῖς ἑαυτῶν ξυγγενέσι καὶ τοῖς προσγεγενημένοις ξυμμάχοις— magis mihi cum Dukero placet lectio: τοῖς προγεγενημένοις—quam quinque codices et Vallæ liber adferunt, quia in sequentibus etiam pristinæ societatis cum civitatibus nonnullis initæ mentio injicitur.

Cap. 7. Τῆς δὲ γῆς ἔτεμον οὐ πολλὴν, καὶ σῖτον ἀνεκόμισαν, τινὰ ζεύγη κομίσαντες—. In Diodoro Siculo, ubi de eadem re gesta loquitur, contraria ratione adfirmari legimus: καὶ πολλὴν τῆς χώρας δῃώσαντες. Qualis narratio etiam aliis locis, ut lib. III. cap. 26. occurrit. Non autem adparet, cur memoratu dignum hoc fuerit, quod non multa terræ pars sit vastata, sed contraria ratione potius, plurimos agros esse vastatos, narrari mereretur; id, quod nostro loco etiam orationi contextæ magis convenit, quia simul plaustra frumento onusta inde abducta esse adjicitur. Porro in Græcis hujus loci verbis facile intelligitur, quomodo particula: οὐ ex ultima syllaba vocabuli: ἔτεμον male repetita intrudi potuerit. In Vallæ libro denique hanc particulam quoque defuisse videmus, quia vertit: *eumque magna ex parte populati.* Verisimile est igitur, particulam: οὐ ex nostro loco esse ejiciendam. Quod vero vocabulum: ἀνεκόμισαν attinet, cum Vindob. adhuc decem codices legere jubent: ἀνεκομίσαντο, *sibi comportarunt.* Quæ lectio haud dubie huic loco est aptissima.

Cap. 8. Ὡς εἴη ἕτοιμα ἔν τε τοῖς ἱεροῖς πολλὰ καὶ ἐν τῷ κοινῷ—. Vindob. cum aliis duodecim codicibus legunt: καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς—. Quia inter Græcos et: τὸ κοινὸν et: τὰ κοινὰ dicitur de civitate et ejus opibus, quod exempla ex Herodoto et Xenophonte proferenda confirmare possunt, non dubito, veram esse hujus loci lectionem: ἐν τοῖς κοινοῖς.—In verbis: καὶ ὁ Νικίας, ἀκούσας μὲν ᾑρημένος ἄρχειν—lectionem tredecim codicum: ἀκούσιος μὲν ᾑρημένος —cum Dukero, Bavero aliisque longe præferendam esse vulgatæ censeo.

Cap. 10. Φημὶ γὰρ, ὑμᾶς πολεμίους πολλοὺς ἐνθάδε ὑπολιπόντας, καὶ ἑτέρους ἐπιθυμεῖν ἐκεῖσε πλεύσαντας δεῦρο ἐπαγαγέσθαι. Lectio: ἡμᾶς πολεμίους πολλοὺς—, quam duodecim codices exhibent, est aptissima et modestiæ oratoris quam maxime adcommodata. Porro lectionem: πλεύσαντας δεύτερον ἐπαγαγέσθαι—, quam cum Vindob. etiam undecim codices suadent, ab interpretibus quidem improbari video. Sed eam minime rejicio. Nam illud: ἐκεῖσε jam respondet antecedenti: ἐνθάδε, neque igitur opus est, ut etiam: δεῦρο ad: ἐκεῖσε referatur. Porro non verisimile erat tunc temporis, Siculos ab Atheniensibus irritatos in ipsam Atticam, Atheniensium imperio, quod in mari exercebant, tutissimam, impetum esse facturos. Denique illud: δεύτερον ad omnes omnino Atheniensium hostes, quos et in Græcia adhuc multos reliquerant et novos in Sicilia sibi excitabant, est referendum. Ipsa autem tristis experientia docuit, statim post expeditionem bellicam, ab Atheniensibus contra Syracusanos susceptam, etiam bellum Peloponnesiacum, induciis varie violatis, recruduisse; id quod illo: δεύτερον ἐπαγαγέσθαι haud dubie indicatur.—In verbis: οὕτω γὰρ ἐνθένδε τε ἄνδρες ἔπραξαν αὐτὰς καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων—aptiorem esse puto octo codicum lectionem: ἔπραξαν αὐτὰ, ut in genere indicentur variæ civium et adversariorum contra fœdus initum machinationes. Dukerus jam huic lectioni favebat.—In verbis: διὰ τὸ Λακεδαιμονίους ἔτι ἡσυχάζειν, δεχημέροις σπονδαῖς καὶ αὐτοὶ ἔτι κατέχονται— ignorant quatuordecim codices particulam: ἔτι ante: κατέχονται. Quam etiam nemo, quia modo adfuit, in loco nostro desiderabit. Etiam Valla hanc particulam in libro

suo non legit, quia vertebat: *et ipsi ab invadendo cohibentur.*—Eodem modo etiam in verbis sequentibus: οὓς πρὸ πολλῶν ἂν ἐτιμήσαντο ξυμμάχους σφίσι γενέσθαι ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ—duodecim codices omittunt pronomen: σφίσι tanquam superfluum neque necessarium in hoc loco. Etiam Scholiastes hanc voculam ignoravit. Nam interpretatur hæc verba: οὓς οἱ Πελοποννήσιοι ἐτιμήσαντο ἂν ἀντὶ πολλῶν χρημάτων συμμάχους ἔχειν. Item quoque Valla non eam legit in libro suo. Nam vertit: *quos jam pridem putant operæ pretium esse excire in societatem.*—In verbis: ἀρχῆς ἄλλης ὀρέγεσθαι, πρὶν, ἣν ἔχομεν, βεβαιωσώμεθα,—cum Vindob. adhuc alii novem libri adferunt: βεβαιωσόμεθα. Sed præfero vulgatam, ut sensus existat: *antequam illud confirmaverimus imperium.*—In verbis denique: ἡμεῖς δὲ Ἐγεσταίοις δὴ, οὖσι ξυμμάχοις—ὀξέως βοηθοῦμεν—elegantissima est lectio cod. Mosqu. et unius Paris.: Ἐγεσταίοις δῆθεν—*Egestanis scilicet*—, quæ etiam Bavero, interpreti subtilissimo, et Gailio doctissimo valde arridet, et quia jam Scholiastes ita legisse videtur, multo major huic lectioni auctoritas conciliatur. Scholiastæ verba sunt: ἡμεῖς δὲ Ἐγεσταίοις δῆθεν ἀδικουμένοις· ἢ ὡς δῆθεν ξυμμάχοις οὖσιν.

Cap. 11. Τὸ σφέτερον ἀπρεπὲς εὖ θήσονται· ὅσῳ δὲ καὶ περὶ πλείστου καὶ διὰ πλείστου δόξαν ἀρετῆς μελετῶσιν. Quia hæc verba: ὅσῳ—μελετῶσιν cum antecedentibus arcte cohærent, non quadrat particula: δὲ, quam etiam cum Vindob. adhuc tredecim codices omittunt, neque etiam in Scholiasta hujus particulæ: δὲ vestigia deprehenduntur.

Cap. 12. Καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἡμῶν δίκαιον ἐνθάδε εἶναι ἀναλοῦν—. Illud: εἶναι non est Thucydide indignum et h. l. more Atticorum redundat.—In verbis: εἴτε τις ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς παραινεῖ—puto præferendam esse h. l. codicis Græv. lectionem: εἰ δέ τις—, quia illud: τε nihil habet, quo referatur.—In verbis: διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ὠφεληθῇ—illud: καὶ verto: *etiam*, et comma post: πολυτέλειαν tollendum esse censeo.

Cap. 13. Οὓς ὁρῶν ἐγὼ νῦν—καθημένους—. Duodecim codicum auctoritate legendum est mutato verborum ordine: οὓς ἐγὼ ὁρῶν νῦν—, sicut etiam Gailius doctissimus recte edidit.

Cap. 14. Τῆς δὲ πόλεως κακῶς βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γενέσθαι. Vocabulum: κακῶς in omnibus fere codicibus abest neque a Thucydide videtur esse positum, sed potius ex Scholiastæ ortum esse interpretamento. Non opus est hoc additamento: κακῶς, quia modestiæ oratoris ad cives verba facientis non est adcommodatum. Præterea jam simile quiddam verbis antecedentibus: τὸ μὲν λύειν τοὺς νόμους indicatur, quæ verba haud dubie ad populum male consultantem sunt referenda. Nam eorum sensus est: *denuo roga sententiam Athenienses et cogita, si eos denuo in suffragia mittere vereris, te coram tot testibus, si leges violentur, non reprehensione dignum fore, sed potius civitati consultanti adlaturum esse medici opem.*

Cap. 17. Ἡ ἐμὴ νεότης—ἔπεισε καὶ νῦν μὴ πεφοβῆσθαι αὐτήν—. Cum Scholiasta etiam alii interpretes ad illud: αὐτὴν supplent: *juventutem et amentiam*, quia in sequentibus statim sequatur: ἀλλ' ἕως ἐγώ τε ἔτι ἀκμάζω μετ' αὐτῆς, quod aperte ad juventutem et amentiam Alcibiadis sit referendum. Sed ipsa verborum conjunctio, quam iis laudandis indicavi, satis nobis persuadet, non hæc verba ad: αὐτὴν suppleri posse, quia: νεότης καὶ ἄνοια cum: ἔπεισε cohærent. Quare etiam illud: μετ' αὐτῆς, cum proxime antecesserit: ἔπεισε, apte quidem intelligitur de juventute et amentia Alcibiadis, sed non sequitur, ut etiam ad: αὐτὴν hæc suppleri debeant. Nam aptius ad illud ex antecedentibus intelligitur: τὴν Πελοποννησίων δύναμιν, sicut jam Valla interpretatus est hæc verba.—In verbis: καὶ τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν μὴ μεταγιγνώσκητε—septem codices legunt: μὴ μεταγιγνώσκετε—, quod apte cohæret cum antecedenti: ἀποχρήσασθε τῇ ἑκατέρου ἡμῶν ὠφελείᾳ—. Etiam Scholiastes ita legisse videtur, quia hæc verba interpretatur: μὴ διὰ τοῦτο μεταγνῶτε—. In verbis: καὶ μὴν οὐδ' ὁπλῖται οὔτ' ἐκείνοις, ὅσοι περικομποῦνται—διεφάνησαν τοσοῦτοι ὄντες—octo codices legunt: ὅσοιπερ κομποῦνται—. Quia igitur illud: ὅσοιπερ in usu est, non autem verbum: περικομπεῖν, et quia etiam Thomas Magister, laudato Thucydidis loco, hanc octo codicum lectionem confirmat, eam vulgatæ præferendam esse censeo.—Denique in verbis: καὶ τὰ ἐνθάδε οὐκ ἐποκωλύσει, ἢν ὑμεῖς ὀρθῶς βουλεύησθε—aptiorem habeo septem codicum lectionem: καὶ τὰ ἐνθένδε οὐκ ἐπικωλύσει—. Nam agit Alcibiades de ipsa expeditione bellica contra Siculos suscipienda, quam populi quidam in Sicilia sint, inita societate, adjuturi. Apte igitur his adjungit adfirmationem, neque ex Græcia inde Atheniensium hostes Syracusanis latu-

ros esse auxilium, si recta caperent consilia. Tristis vero experientia docuit, inprimis auxilio a Spartanis lato Syracusanis et in Siciliam misso malum hanc Atheniensium expeditionem habuisse eventum.

CAP. 18. Καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκεπτέον ἡμῖν τοῖς ἄλλοις τὸ ἥσυχον—. Octo codices legunt: ἐπισκεπτέον ὑμῖν τοῖς ἄλλοις—, quod haud dubie est præferendum, quia statim sequitur: εἰ μὴ—μεταλήψεσθε.—In verbis: ὑπεριδόντες καὶ οὐκ ἀγαπήσαντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν—quatuordecim codices ignorant hæc verba: καὶ οὐκ ἀγαπήσαντες, quæ etiam a Thoma Magistro sunt omissa. Quare illa ex librarii interpretamento orta jure esse omittenda videntur.—Denique in verbis: τρέψεσθαί τε αὐτὴν περὶ ἑαυτὴν—ex undecim codicum vestigiis, quæ adferunt: περὶ αὐτὴν, cum regio codice legere: αὐτὴν περὶ αὑτὴν—, quia etiam in aliis locis pro: ἑαυτὴν a Thucydide et aliis Græcis ponitur.

CAP. 19. Παρελθὼν αὐτοῖς ἔλεγε τοιάδε—. Quatuordecim codices legunt: αὐτοῖς αὖθις ἔλεγε—. Ita etiam Valla in libro suo legebat, quia vertit: *rursus procedens hunc in modum apud eosdem locutus est.* Quia vero Nicias nunc repetitam ad populum orationem habebat, nulla dubitatio de hujus lectionis veritate relinquitur.

CAP. 20. Οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν εἰκότως ἀντ' ἐλευθερίας προσδεξομένας—. Quia sequitur statim: τό, τε πλῆθος, ὡς ἐν μιᾷ νήσῳ, πολλάς—, mihi verisimile est, Thucydidem scripsisse: οὔθ' ἂν τὴν ἀρχὴν—. Eodem modo etiam antea scriptum legebatur: οὔθ' ὑπηκόους ἀλλήλων, οὔτε δυναμένας μεταβολῆς—. In verbis: χρήματά τ' ἔχουσι, τὰ μὲν ἴδια, τὰ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς—tres codices legunt: χρήματ' ἔχουσι—. Græv. profert: χρήματα ἔχουσι—. Quæ lectio Græv. codicis mihi inprimis placet, quia illud: τε post: χρήματα nihil habet, quo referatur. Facile falsa lectio: χρήματά τ' ex ultima syllaba vocabuli: χρήματ', sicut tres codices legunt, male repetita oriri potuit.—In verbis statim sequentibus: Συρακουσίοις δὲ καὶ ἀπὸ βαρβάρων τινῶν ἀπαρχὴ εἰσφέρεται—Dukerus ingenue fatetur, se ignorare, quid h. l. ἀπαρχὴ indicare possit. Quinque Pariss. cum aliis septem codd. legunt: ἀπ' ἀρχῆς φέρεται—. Eodem respiciunt alii duo codd., qui legunt: ἀπαρχὴ φέρεται. Dukerus hanc lectionem habet vulgata meliorem, quia illud: εἰσφέρειν magis de civibus pecuniam in ærarium conferentibus, φόρος autem et φέρειν de populis subactis et in provinciæ formam redactis adhibetur. Tunc ad illud: φέρεται ex antecedentibus suppleri debet: χρήματα, *Syracusanis vero etiam a barbaris nonnullis tributa ex imperio solvuntur.* Forte etiam Valla hanc codicum lectionem secutus est, quia etiam *tributa* in sua interpretatione Latina commemorat. Saltem de Scholiasta non dubitare licet, quin hanc codicum lectionem respexerit sua interpretatione: ἔχουσι φόρον καὶ ἄρχοντες βαρβάρων τινῶν. Puto igitur, Thucydidem scripsisse: ἀπ' ἀρχῆς φέρεται.

CAP. 21. Εἴπερ βουλόμεθα ἄξιόν τι τῆς διανοίας δρᾶν—. Lectionem satis elegantem: ἄξιόν τι τῆς—respuunt codices. Nam omnes fere, ejecto: τι, legunt: ἄξιόν τῆς διανοίας—. Quæ lectio etiam a Thucydide proficisci potuit, quia non semper optimi scriptores etiam optima scribendi ratione utuntur.—In verbis: ἀλλ' ἐς ἀλλοτρίαν πᾶσαν ἀπαρτήσαντες—tredecim librorum consensus jubet lectionem aptiorem: πᾶσαν ἀπαρτήσοντες—præferre, ut hæc antecedentibus: οὐκ ἐν τῷ ὁμοίῳ στρατευσόμενοι, respondeant.

CAP. 26. Αὐτοκράτορας εἶναι καὶ περὶ στρατιᾶς πλήθους καὶ περὶ τοῦ παντὸς πλοῦ τοὺς στρατηγοὺς πράσσειν—. Quatuordecim codicum auctoritate præferenda est aptior lectio: περὶ τοῦ παντὸς πλοῦ τούτους στρατηγοὺς πράσσειν—, quia non in universum de omnibus Atheniensium imperatoribus bellicis tale plebiscitum valere potuit.

CAP. 28. Ἐμποδὼν ὄντι σφίσιν αὐτοῖς μὴ τοῦ δήμου βεβαίως προεστάναι—. Septem codd. Pariss. cum aliis octo libris ordine verborum mutato legere jubent: ἐμποδὼν ὄντι σφίσι, μὴ αὐτοῖς τοῦ δήμου—. Neque rejicienda est hæc lectio, quia dativus: αὐτοῖς infinitivo adjunctus ad antecedentem dativum: σφίσι refertur, sicut etiam linguæ Græcæ consuetudo permittit.

CAP. 30. Ὡς ἐκεῖθεν ἀθρόοις ἐπὶ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν τὸν Ἰόνιον διαβαλοῦσιν—. Adhuc male retinetur vocula: τὴν ante: ἄκραν in recentissima Baveri et Gailii editione, quam plurimorum codicum atque aliorum etiam locorum Thucydidis auctoritate jam doctissimus Wasse ejecerat.

CAP. 33. Ἀθηναῖοι γὰρ ἐφ' ἡμᾶς (ὃ πάνυ θαυμάζετε) πολλῇ στρατιᾷ ὥρμηνται—. Tredecim codices legunt: ἐφ' ὑμᾶς—. Quam lectionem partim præfero, quia statim in ipso orationis initio occurrit, quo ipsos Syracusanos allocuturus erat orator, quos ta-

meri nondum certa compellatione distinxerat, partim etiam, quia statim sequitur: θαυμάζετε, non autem: θαυμάζομεν.—In verbis: κάλλιστον δὴ ἔργων ἡμῖν ξυμβήσεται—singularis vis voculæ: δὴ, non autem vocabulo: ἔργων inest. Quare præstantiorem habeo sex codicum lectionem: κάλλιστον δὴ ἔργον ἡμῖν—. In verbis: πάντα γὰρ δὴ ὑπὸ δέους ξυνίσταται—duodecim codices omittunt particulam: δὴ, qua etiam h. l. facile carere possumus, quia jam particula: γὰρ adfirmandi vim habet.—Denique in verbis: οὐκ ἀνέλπιστον, τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι—forma Attica: τὸ τοιοῦτον ξυμβῆναι, quam cum Thoma Magistro etiam octo codices exhibent, est recipienda.

Cap. 34. Ὅπως ἢ ξυμμαχίαν ποιῶνται ἡμῖν, ἢ μὴ δέχωνται Ἀθηναίους—. Si quid valet codicum fere omnium auctoritas, h. l. legendum est: ξυμμαχίαν ποιώμεθα ἡμῖν—. Sicut autem: πρεσβεία sæpe pro: *legati* ponitur, ita etiam h. l. ξυμμαχία pro: *socii*. Quod cum a dicendi ratione in Thucydide obvia non abhorreat, lectionem tot codicum non esse rejiciendam censeo.—In verbis fere ultimis: χρησιμώτατα ἂν ξυμβῆναι etiam duodecim codices magis consuetum: χρησιμώτατον ἂν ξυμβῆναι postulant.

Cap. 35. Οἱ μὲν, ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, οὐδ' ἀληθῆ ἐστιν, ἃ λέγει· τοῖς δὲ, εἰ καὶ ἔλθοιεν—. Illud: τοῖς δὲ maxime vexat interpretes, quia non apte antecedenti: οἱ μὲν—respondet. Equidem putem, cum verbis: οἱ μὲν adcuratius in sequentibus convenire verba: ἄλλοι δὲ καὶ πάνυ καταφρονοῦντες—. Nam in universum eorum inprimis mentionem Thucydides injecit in his verbis, qui vel nullam fidem habebant Hermocratis verbis, vel ea ut plane contemnenda irridebant. Suadeo igitur, ut colon post: ἃ λέγει tollatur et verba: τοῖς δὲ in: τοῖσδε mutata cum antecedentibus arcte conjungantur. Quæ si jam vertuntur: *non vera esse, quæ his dicat*—, aperte illud: τοῖσδε ad Syracusanos, in quorum concione hanc habuerit orationem, refertur.

Cap. 40. Τοῦτο μὲν ἂν ἴσον καὶ πλέον, οἱ ἀγαθοὶ ὑμῶν—μετασχεῖν. Duodecim codices lectionem proferunt aptiorem: τοῦτο μὲν ἂν καὶ ἴσον καὶ πλέον, quam Wasse non sine causa commendat.

Cap. 41. Τοιαῦτα Ἀθηναγόρας εἶπε—. Aptior est plurimorum codicum lectio: τοιαῦτα μὲν Ἀθηναγόρας εἶπε—. Ita quadrat melius, quod sequitur: τῶν δὲ στρατηγῶν εἷς—. In verbis: πρὸς δὲ τὰ εἰσαγγελλόμενα μᾶλλον—lectionem Thucydidi consuetam: τὰ ἐσαγγελλόμενα—nonnullorum codicum auctoritate admittere debemus.—In verbis: ὅπως εἷς τε ἕκαστος—καλῶς τοὺς ἐπιόντας παρασκευαζώμεθα ἀμύνεσθαι—duodecim codices nos legere jubent: παρασκευασώμεθα ἀμύνεσθαι.

Cap. 45. Καὶ ἐς τὰ περίπλοια τὰ ἐν τῇ χώρᾳ φρουρὰς ἐσεκόμιζον—Optimorum quorumque interpretum consensu legendum esse censeo: ἐς τὰ περιπόλια τὰ ἐν τῇ χώρᾳ—, sicut nonnulli codices cum Scholiasta exhibent.

Cap. 46. Ὅτι αὐτοῖς τοῦτό τε πρῶτον ἀντεκεκρούκει καὶ οἱ Ῥηγῖνοι οὐκ ἐθελήσαντες ξυστρατεύειν—καὶ εἰκὸς ἦν μάλιστα—. Illud: οἱ Ῥηγῖνοι nihil habet, ad quod in antecedentibus apte referatur. Mihi quidem verisimillimum est, Thucydidem olim scripsisse: οὐκ ἠθέλησάν τε ξυστρατεύειν—. Ita illud: τε post ἠθέλησαν apte respondet sequenti: καὶ εἰκὸς ἦν—. Litera superflua, quæ illi: ἠθέλησάν τε in falsa lectione: ἐθελήσαντες adhæserat, haud dubie orta est ex prima syllaba sequentis vocabuli, quod in multis codicibus scribitur: συστρατεύειν, male duplicata.—In verbis: τῷ μὲν Νικίᾳ προσδεχομένῳ ἦν τὰ περὶ τῶν Ἐγεσταίων—longe præferenda est novem codicum lectio: τὰ παρὰ τῶν Ἐγεσταίων—. Nam illud: ἀγγελλόμενα supplendum est ad: τὰ παρὰ τῶν Ἐγεσταίων. Constat autem, verba nuntiandi, quæ plerumque cum: παρὰ juncta nuntium de aliqua re allatum indicant, sæpe in tali dicendi ratione omitti. Quare falsa lectio: περὶ τῶν Ἐγεσταίων librariorum interpretamentis est adnumeranda.—In verbis denique: καὶ οἱ μὲν—πολλὴν τὴν αἰτίαν εἶχον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν—videtur magis vera latere lectio: πολλήν τινα αἰτίαν εἶχον—, sicut etiam in aliis locis non paucis vocabulum: τὶς illi: πολὺς ornatus causa adjicitur. Ut cap. 51.: οὐ πολλοί τινές.

Cap. 50. Λάμαχος μὲν, ταῦτα εἰπὼν, ὅμως προσέθετο καὶ αὐτὸς τῇ Ἀλκιβιάδου γνώμῃ—. Illud: καὶ ante: αὐτὸς est ineptum, quia Lamachus non simul suam atque etiam Alcibiadis sententiam, quæ valde diversa erat, sequi potuit. Omittunt etiam tredecim codices copulam: καί; quare ea jure ejici poterit. Iidem codices simul cum Mosqu. etiam in sequentibus verbis: ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι ἥκουσι, Λεοντίνους ἐς τὴν ἑαυ-

τῶν κατοικιοῦντες—omittunt articulum: οἱ ante: Ἀθηναῖοι. Quod etiam verum esse puto, quia quoque ante: Λεοντίνους hic articulus deest.—Denique in verbis: τοὺς οὖν ὄντας ἐν Συρακούσαις Λεοντίνων, ὡς παρὰ φίλους καὶ εὐεργέτας Ἀθηναίων ἀδεῶς ἀπιέναι—lectionem cod. Dan.: εὐεργέτας Ἀθηναίους ἀδεῶς—, quæ ad sanum hujus loci sensum plane est necessaria, etiam Valla jam in libro suo invenit. Nam vertit hæc verba: *intrepide transirent ad amicos et bene meritos Athenienses.*—Permutatio lectionum: Ἀθηναίους et: Ἀθηναίων ex ultima syllaba utriusque vocabuli, quæ plerumque scripturæ compendio exhibetur, est repetenda.

Cap. 51. Ἐκέλευον, ὅ, τι βούλονται, εἰπεῖν—. Inepta esset hæc licentia, quidquid vellet, dicendi Alcibiadi concessa. Quare magis admittenda est plurimorum codicum lectio: ἐκέλευον, εἴ τι βούλονται—, quam etiam Valla in suo libro invenit. Nam vertebat: *et, si quid vellent, dicere jussere.*

Cap. 53. Οὐ δοκιμάζοντας τοὺς μηνυτὰς, ἀλλὰ πάντας ὑπόπτως ἀποδεχόμενοι δια πονηρῶν ἀνθρώπων πίστιν—. Duodecim codices cum Vallæ libro legunt: πάντα ὑπόπτως ἀποδεχόμενοι—. Quam lectionem esse præferendam censeo, quia adjicitur: διὰ πονηρῶν ἀνθρώπων πίστιν. Quod additamentum minus quadraret, si vulgatam: πάντας retineremus. Præterea etiam in fine capitis similia verba: πάντα ὑπόπτως ἐλάμβανε—occurrunt.

Cap. 56. Πολλῷ δὴ μᾶλλον δι' ἐκεῖνον καὶ Ἀριστογείτων παρωξύνετο—. Undecim codices legere jubent: καὶ ὁ Ἀριστογείτων—, sicut antea legebatur: χαλεπῶς δὲ ἐνεγκόντος τοῦ Ἁρμοδίου—. In verbis: οὐχ ὕποπτον ἐγίγνετο—τοὺς τὴν πομπὴν πέμψαντας ἀθρόους γενέσθαι—præferendam censeo cum Bavero aptissimam quinque codicum lectionem: πέμψοντας ἀθρόους—. In verbis: καὶ τοὺς μὴ προειδότας, εἰ καὶ ὁπωστιοῦν τολμήσειαν—ἐθελήσειν σφᾶς αὐτοὺς ἐλευθεροῦν—lectio multorum codicum: καὶ ὁπόσοι οὖν τολμήσειαν—est melior, quia in antecedentibus bene respondet illi narrationi: ἦσαν δὲ οὐ πολλοὶ οἱ ξυνομωμοκότες—.

Cap. 57. Καὶ δι' οὕπερ πάντα ἐκινδύνευον—. Longe aptior decem codicum lectio: καὶ δι' ὅνπερ πάντα—*cujus culpa maximo essent periculo expositi*—. In sequentibus: ἐβούλοντο πρότερον, εἰ δύναιντο προτιμωρήσασθαι—plurimi codices exhibent: προτιμωρήσεσθαι—quod non negligendum esse videtur.—In fine sequentis capitis pro: εἰώθησαν plures codices atque etiam Attica dicendi forma scribere jubent: εἰώθεσαν.

Cap. 61. Οὐ πολλῷ ὕστερον ἐπὶ πλοίου ἐπεραιώθη—. Admittenda est tredecim codicum lectio: οὐ πολὺ ὕστερον—. Nam ita etiam aliis locis Thucydides loquitur, ut in initio hujus capitis: πολὺ δὴ μᾶλλον καὶ τὰ μυστικὰ—et lib. III. c. 6.: οἱ πολὺ θᾶσσον παρῆσαν—.

Cap. 63. Ἐπειδὴ πλέοντες τά τε ἐπέκεινα τῆς Σικελίας πολὺ ἀπὸ σφῶν ἐφαίνετο—. Conjectura Fred. et Æm. Porti, ut legatur sensu verborum ita postulante: ἀπὸ σφῶν ἐφαίνοντο—egregie confirmatur a novem codicibus. Etiam Valla in libro suo ita legit, quia vertebat: *longe ab ipsis ire conspecti erant.*—In verbis: ἐπειδή γε οὐκ ἐκεῖνοι ἐφ' ἑαυτοὺς ἔρχονται. ἱππεῖς τε προσελαύνοντες ἀεὶ κατάσκοποι—ἐφύβριζον—particulam: γε post: ἐπειδὴ tredecim codices ignorant. Quam etiam nemo omissam hoc loco desiderabit. Pro illo: ἱππεῖς τε προσελαύνοντες—, ubi particula: τε nihil habet, ad quod in sequentibus referatur, melius legitur codicum nonnullorum auctoritate: καὶ ἱππεῖς προσελαύνοντες—. Nam illud: καὶ exhibent Ar. C. Mosqu. et iidem simul cum Gr. Aug. Ald. Flor. Bas. Steph. I. et sex codd. Pariss. particulam: τε omittunt.

Cap. 64. Καὶ βουλόμενοι—παραπλεύσαντες στρατόπεδον καταλαμβάνειν ἐν ἐπιτηδείῳ—. Decem codices legere jubent: στρατόπεδον καταλαβεῖν—, quo temporis et præsentis et simul futuri sensu centies hic aoristus usurpatur.—In verbis: εἰ ἐκ τῶν νεῶν πρὸς παρεσκευασμένους ἐκβιβάζοιεν—octo codices quidem legunt: ἐκβιάζοιεν, sed lectio vulgata propter verba: ἐκ τῶν νεῶν huic loco adjecta longe est præferenda. Permutare solent librarii vocabula: ἐκβιβάζειν et: ἐκβιάζειν. conf. Thucyd. lib. V. c. 98.—In verbis: καὶ ἀπ' ἀνδρῶν ἐκ τῆς Κατάνης ἥκειν ἔφησεν—quindecim codices lectionem magis consuetam exhibent: ἥκειν ἔφη—. In verbis denique: αὐτοὶ μὲν ἀποκλείσειν τοὺς παρὰ σφίσι—ad illud: αὐτοὶ per synesin haud dubie intelligi debet: Καταναῖοι—, sed pro vocabulo: τοὺς ante verba: παρὰ σφίσι—multi codices lectionem meliorem et aptiorem: ἀποκλείσειν αὐτοὺς παρὰ σφίσι—proferunt. Nam constat, pronomen: αὐτὸς eleganter in uno eodemque loco a Græcis frequentari.

Cap. 65. Μετὰ τοῦ καὶ ἐς τὰ ἄλλα θαρ-

σεῖν καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ καὶ ἄνευ τούτων ἰέναι παρεσκευάσθαι ἐπὶ Κατάνην—. Dukerus hunc locum habet suspectum et inprimis illud: παρεσκευάσθαι ei non satis quadrare videtur. Baverus putat, illud: ἰέναι παρεσκευάσθαι pendere ab antecedenti: καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ. Equidem sanum esse puto hunc locum et Thucydidem tantum more suo verba trajecisse. Neque tamen verba: ἰέναι παρεσκευάσθαι ab illis: καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ pendere, sed ab his verbis potius separanda esse mihi videntur, quasi Thucydides ita hæc verba collocasset: μετὰ τοῦ—θαρσεῖν καὶ εἶναι ἐν διανοίᾳ (sc. αὐτοῖς) καὶ παρεσκευάσθαι (sc. αὐτοὺς) ἰέναι ἐπὶ Κατάνην—*prœterquam quod et ad alia suscipienda animo confidenti utebantur et in mente non solum agitabant, sed adparatus etiam fecerant ad petendam Catanæ urbem.* In verbis: ἐξέβαινον ἐς τὸν κατὰ τὸ Ὀλυμπίειον ὡς στρατόπεδον καταληψόμενοι—undecim codicum auctoritate lego: ὡς τὸ στρατόπεδον καταληψόμενοι—. Nam aperte respicit Thucydides antecedentis capitis verba:—βουλόμενοι στρατόπεδον καταλαμβάνειν ἐν ἐπιτηδείῳ—. Quare articulus: τὸ ante: στρατόπεδον h. l. non vi sua destituitur. Imo hujus voculæ: τὸ additamentum h. l. causam mihi indicare videtur, cur Thucydides antea, ne nimium aures lectorum offenderet, non scripserit: ἐς τὸ κατὰ τὸ Ὀλυμπίειον, sicut Dukerus et Abreschius conjiciunt. Neque vero a consuetudine Græcorum recedimus, si ad illud: ἐς τὸν vocabulum omissum: τόπον cum Scholiasta supplemus. Ita etiam ad: οὗ et: αὐτοῦ suppletur: τόπου.

Cap. 66. Ἐν τούτῳ δ᾽ οἱ Ἀθηναῖοι, μακρᾶς οὔσης τῆς ὁδοῦ αὐτοῖς, καθ᾽ ἡσυχίαν ἐκάθισαν τὸ στράτευμα ἐς χωρίον ἐπιτήδειον. Propter lectionis varietatem hunc locum inter difficiliora refero. Nam omnium fere codicum est lectio: καθ᾽ ἡσυχίαν καθίσαν τὸ στράτευμα. Certum est, καθίζειν etiam indicare: *castra ponere.* Ita occurrit Thucyd. lib. IV. cap. 93.: ἐς χωρίον καθίσας, *in regione castra ponens.* Quare etiam h. l. καθίσαν τὸ στράτευμα potest significare: *exercitus castra posuerat,* ut participium, sicut etiam aliis locis, pro verbo finito sit positum. Sed quæritur jam, quo illud: οἱ Ἀθηναῖοι, quod præmittitur, referamus. Si vera est lectio difficilior: καθίσαν τὸ στράτευμα, haud dubie illud: Ἀθηναῖοι per adpositionem, ut Grammatici loquuntur, cum sequenti: τὸ στράτευμα est conjungendum, quasi scripsisset: *Athenienses, nempe eorum exercitus*—. Minus autem mirum videbitur, Thucydidem h. l. tam dura adpositione esse usum, quia interjecta sunt verba: μακρᾶς οὔσης τῆς ὁδοῦ αὐτοῖς.—Porro in verbis: ἔρυμά τε, ᾗ εὐεφοδώτατον ἦν τοῖς πολεμίοις—præfero duodecim codicum lectionem: ᾗ ἐφοδώτατον ἦν—. Nam particula: εὖ h. l. sensu apto destituitur. Gailius doctissimus h. l., sicut aliis locis non paucis, non meminit codicis regii, quamvis etiam lectionem: ἐφοδώτατον tueatur.

Cap. 69. Περί τε πατρίδος μαχούμενοι καὶ τῆς ἰδίας, ὡς ἕκαστος, τὸ μὲν αὐτίκα σωτηρίας—. Particulam: ὡς ante: ἕκαστος tredecim codices ignorant neque eam h. l. quisquam desiderabit, quia respondet antecedenti: μαχούμενοι, ubi etiam similis particula deerat.

Cap. 70. Εἴ τινας προσδιώκοντας ἴδοιεν, ἀνέστελλον—. Longe præferenda esse videtur sex codicum lectio: εἴ τινας προδιώκοντας ἴδοιεν—*si viderent quosdam ulterius progredi hostem persequendo*—. Quod et cum antecedentibus et cum sequentibus apte convenit. Nam antea dixerat: ἐπὶ πολὺ μὲν οὐκ ἐδίωξαν—et deinde adjecit: ἐπακολουθήσαντες δὲ ἀθρόοι, ὅσον ἀσφαλῶς εἶχε, πάλιν ἐπανεχώρουν—. Eodem sensu vocabulum: προδιώκειν etiam Xenophon adhibuit. Ceterum satis constat, particulas: πρὸς et: πρὸ sæpissime a librariis permutari.

Cap. 71. Τά τε ἄλλα—παρασκευάσωνται, ὡς εἰς τὸ ἔαρ ἐπιχειρήσοντες ταῖς Συρακούσαις—. Pro illo: ὡς εἰς τὸ ἔαρ—in decem libris legitur: ὥστε τὸ ἔαρ ἐπιχειρήσοντες—. Constat autem, et Wassius jam ad Thucydidis lib. IV. c. 100. adnotavit, a librariis sæpe particulas: ὡς et: ἐς permutari. Forte igitur antiqua et vera hujus loci lectio erat: ἔς γε τὸ ἔαρ ἐπιχειρήσοντες—*saltem verno tempore Syracusas adgressuri.*

Cap. 72. Ἄλλως τε τοῖς πρώτοις τῶν Ἑλλήνων ἐμπειρίᾳ ἰδιώτας, ὡς εἰπεῖν χειροτέχνας ἀνταγωνισαμένους—. Multiplici virorum doctorum interpretatione et emendatione hic locus est insignis. Ne autem hæc omnia, quæ mihi non satis certa esse videntur, enumerem, meam saltem sententiam de hoc loco proponam. Nulla quidem emendatione verborum, sed mutata verborum interpunctione ad hujus loci interpretationem mihi opus esse videtur. Nam inepte illud: ἐμπειρίᾳ cum πρώτοις τῶν Ἑλλήνων

jungitur. Potentissimi quidem Græcorum, sed non experientia rerum primi inter Græcos tunc temporis habebantur Athenienses. Quare aptius illud: ἐμπειρία cum sequenti: ἰδιώταις conjungitur, ut indicet scriptor: *homines experientiæ et exercitationis bellicæ imperitos*, sicut apud Xenophontem: ἰδιῶται τοῦ ἔργου, ἰδιῶται κατὰ τοὺς πόνους, ἰδιῶται κατὰ τὸν ὕπνον occurrunt. Jam igitur post: ὡς εἰπεῖν comma est ponendum, commate post: ἰδιώτας sublato. Ita τοῖς πρώτοις Ἑλλήνων opponuntur: χειροτέχναι, *opifices, modo ex officinis et fabricis ad bellum gerendum conscripti*. Sensus jam non ineptus existet: *cum inprimis opifices, qui, ut ita dicere liceat, experientiæ bellicæ erant imperiti, potentissimis Græcorum ideoque etiam maxime exercitatis restiterint*. Ita non copula: καὶ opus erit ante: ὡς εἰπεῖν, si hæc verba cum: ἰδιώτας conjunguntur, quæ explicationis uberioris causa illi: χειροτέχνας sunt adjecta. Ceterum falsa est hæc nonnullorum nota, Vallam in libro suo legisse: χειροτέχναις. Nam vertit: *præsertim rudes, et, ut ita loquar, manuales opifices cum eruditissimis Græcorum dimicantes*. Quam maxime autem trajectio verborum Thucydidea etiam in hoc loco est conspicua.

CAP. 74. Μηνύει τοῖς τῶν Συρακουσίων φίλοις, τοῖς ἐν Μεσήνῃ ξυνειδὼς τὸ μέλλον—. Quatuordecim codicum auctoritate legendum est: τοῖς ἐν τῇ Μεσσήνῃ—. Articulus h. l. adjectus videtur Messanæ urbem, antea in verbis: εὐθὺς ἐπὶ Μεσήνην—indicatam, respicere: *amicis in illa Messanæ urbe versantibus*—. Ceterum utroque loco hujus capitis male legitur: Μεσήνη, cum vera lectio: Μεσσήνη, cum duplici: σ, non solum h. l. codicum auctoritate, sed antiquorum quoque lapidum monumentis, sicut Cluverius in Sicilia antiqua adnotavit, confirmetur. Etiam supra cap. 5. recte: Μεσσήνη editur. Sed lib. VII. c. 1. adhuc contra codicum meliorum auctoritatem editum est: Μεσήνη.—In verbis: ἀπελθόντες ἐς Νάξον καὶ Θρᾷκας, σταύρωμα περὶ τὸ στρατόπεδον ποιησάμενοι, αὐτοῦ διεχείμαζον—quatuordecim codices legunt: σταυρώματα περὶ τὸ στρατόπεδον—. Præterea lectionem: καὶ Θρᾷκας—merito rejiciunt interpretes, quia Thraciæ mentio h. l. fieri non potest. Sed de eo, quid corruptæ lectionis loco ponendum sit, magna subest dubitatio. Heilmanni sententia, quæ etiam Bavero inprimis placuit, ut sub: Θρᾷκας—nomen loci ignoti prope Naxum lateat, eo incerta redditur, quod statim in sequenti capite 75. tantum in verbis: ἐν τῇ Νάξῳ χειμάζοντες—sola Naxi urbs commemoratur. Forte ex lectione codicum: σταυρώματα verisimilis hujus loci lectio elici poterit. Nam aliis in locis, si castrorum vallo et fossa munitorum mentio injicitur, tantummodo numero singulari: σταύρωμα—ponitur. Cum igitur h. l. numero plurali: σταυρώματα—occurrant, haud dubie castra pluribus cincta munitionibus, quæ hiberna ipsorum tutiora redderent, in his verbis indicantur. Forte igitur Thucydides olim scripserat: ἐς Νάξον καὶ τριχῇ σταυρώματα περὶ τὸ στρατόπεδον—*et castra triplici vallo et fossa cingentes*—. Mihi persuasum est, saltem vocabulum, quod similem sensum adferat, sub falsa lectione: Θρᾷκας latere. Illud: σ in fine vocabuli: τριχῇ facile ex initio sequentis vocis: σταυρώματα adhærere potuit. Vocabulum: τριχῇ eodem sensu etiam apud Xenophontem legitur et infra Thucydidis lib. VII. c. 32. ubi tamen plurimi codices, omnium fere interpretum sententia, illud male omiserunt. Firmiores horum castrorum munitiones inprimis memoratu dignas Thucydidi visas esse, etiam ex sequenti capite adparet, quod ita incipit: ἐτείχιζον δὲ καὶ οἱ Συρακούσιοι—ut indicetur, simili ratione Syracusanos suam urbem muro exstructo munivisse.

CAP. 75. Βουλόμενος προσδιαβαλεῖν τοὺς Ἀθηναίους, ἔλεγε τοιάδε—. Plurimi codices legunt: βουλόμενος προδιαβάλλειν—. Quæ lectio huic loco est aptissima et cum consilio Syracusanorum, qui, ut indicat eorum orationis initium cap. 76. occupare Atheniensium consilia voluerunt, plane convenit. Quare cum Dukero hanc lectionem vulgatæ præfero.

CAP. 77. Δεῖξαι αὐτοῖς, ὅτι οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν, οὐδ' Ἑλλησπόντιοι—. Non apta vocabuli: τάδε explicatio h. l. adferri poterit. Forte Thucydides scripserat: οὐκ Ἴωνες ἐνθάδε εἰσὶν—. Certe aptissimum sensum h. l. fundet hæc particula, qua etiam Thucydides in antecedenti capite 76. bis usus est in verbis: τὰς δὲ ἐνθάδε κατοικίζειν, et: τὰ ἐνθάδε νῦν πειρῶνται—. Etiam in nostro loco illi: ἐνθάδε εἰσὶν—in sequentibus apte respondent verba: ἀλλὰ Δωριεῖς—τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες. Forte prima syllaba: ἐν librariorum incuria periit, quia litera σ, quacum vox antecedens: Ἴωνες finitur, cum ε sæpe permutari solet.—Post verba: ἢ μένομεν, ἕως ἂν—ληφθῶμεν—interrogationis

signum, sicut jam Dukerus postulabat, est ponendum.—In verbis : τοῖσδε ὡς ἑκάστοις τὶ προσηνὲς λέγοντες, δύνανται κακουργεῖν— etiam alia interpunctione mihi opus esse videtur, ut comma post : δύνανται ponatur et verbum : κακουργεῖν, quod jam sequitur, ad illud : δύνανται suppleatur. Nam nullo sensu adhibetur vocabulum : λέγειν, ad illud : δύνανται cum Æmilio Porto suppletum. Puto igitur, τοῖσδε esse dativum incommodi, quem etiam ad : κακουργεῖν δύνανται, cum tot verborum parenthesis intercedat, referre liceat, quasi Thucydides totum locum ita scripsisset : τοῖς δὲ ὡς ἑκάστοις τὶ προσηνὲς λέγοντες κακουργεῖν δύνανται, κακουργεῖν αὐτούς. Si constructionem verborum spectas, simillimus est locus, qui in capitis antecedentis adfuit verbis : τοῖς δ' ὡς ἑκάστοις τινὰ εἶχον αἰτίαν εὐπρεπῆ ἐπενεγκόντες κατεστρέψαντο.—Denique in verbis : καὶ οἰόμεθα, τοῦ ἄπωθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου, οὐκ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινὸν, πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα, καθ' ἑαυτὸν δυστυχεῖν—aptissima reperitur decem codicum lectio : οὐ καὶ ἐς αὐτόν τινα—. Pro illo : καθ' ἑαυτὸν—sex codices, ut sæpe aliis locis occurrit, exhibent : καθ' αὑτὸν δυστυχεῖν.

Cap. 78. Ἐνθυμηθείτω οὐ περὶ τῆς ἐμῆς μᾶλλον—μαχούμενος—. Nescio, qua de causa ille librariorum error : ἐνθυμηθείτω in variis editionibus adhuc adservari potuerit, cum tamen plurimi codices veram lectionem : ἐνθυμηθήτω tueantur.—In verbis : ἔχων δὲ ξύμμαχον ἐμὲ καὶ οὐκ ἔρημος, ἀγωνιεῖται—lectio : ἔρημος omni eloquentiæ vi destituitur, quia esset superflua repetitio antecedentis : ἔχων ξύμμαχον. Quare lectionem omnium fere librorum : καὶ οὐκ ἔρημον—longe præfero. Nam aperte hic sensus inest, ut non solum indicetur in his verbis, Camarinæis auxilio tanquam eorum socios fore Syracusanos, sed ipsos quoque Syracusanos non aliorum sociorum destitutos conjunctione ideoque jam longe potentiores ipsis laturos esse auxilium.—Denique in verbis : ἅπερ ἂν, εἰ ἐς τὴν Καμαριναίαν πρῶτον ἀφίκοντο οἱ Ἀθηναῖοι, δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε, ταῦτα ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ νῦν παρακελευομένους, ὅπως μηδὲν ἐνδώσωμεν, φαίνεσθαι—particula : ἂν post : ἅπερ est omittenda, quia eam plurimi codices rejiciunt et quia propter ea, quæ sequuntur : δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε—est superflua. Pro illo : ἀφίκοντο—longe aptior admittenda est octo codicum lectio : πρῶτον ἀφίκοιντο οἱ Ἀθηναῖοι, *si primum venissent Athenienses.*—Loco autem illius : ἐνδώσωμεν forma magis Attica novem codicum : ὅπως μηδὲν ἐνδώσομεν—non est negligenda. Gailius tamen celeberrimus de vocabulo : ἐνδώσωμεν nullam ex suis codicibus lectionis varietatem adnotavit.

Cap. 79. Ἀλόγως σωφρονοῦσιν, ὑμεῖς δ' ἐν εὐλόγῳ προφάσει, τοὺς μὲν φύσει πολεμίους βούλεσθε ὠφελεῖν—. Baverus quidem defendit particulam : ἐν ante : εὐλόγῳ προφάσει—sed non justa de causa, ut mihi quidem videtur. Ex antecedentibus ad illud : εὐλόγῳ προφάσει supplendum est : σωφρονήσοντες—. Quia vero plurimi codices ignorant particulam : ἐν ante : εὐλόγῳ, quia porro adparet, quomodo intrusa sit h. l. hæc particula ex male repetita prima sequentis vocabuli syllaba, et quia etiam alibi deest hæc particula, sicut in verbis antecedentis capitis : τῇ δ' ἐμῇ προφάσει τὴν ἐκείνου φιλίαν—βεβαιώσασθαι, nulla amplius justa causa, ut particulam : ἐν retineamus, superesse videtur.

Cap. 80. Καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προθυμίαν δοκεῖν, τῷ ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ, ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους, βοηθεῖν. Ad illud : δοκεῖν haud dubie ex antecedentibus supplendum est : εἰκός. Pro illo : τὴν προθυμίαν—multi codices cum Scholiasta et Vallæ libro aptius legunt : τὴν προμηθίαν—. Quam scripturam : προμηθίαν illi : προμηθείαν etiam prætulit Wesselingius in notis ad Herodoti lib. III. c. 36.—Præterea commate post : δοκεῖν sublato cum Dukero scriptum olim fuisse censeo : δοκεῖν τῳ, ἡμῖν μὲν ἴσην—sine accentu illi : τῳ imposito. Vocabulum : εἶναι autem post : ἴσην ex Atticismo redundat, ideoque sensum hujus loci non amplius turbare potest. Eodem Atticismo etiam aliis locis Thucydides usus est, ut : lib. V. cap. 112. in verbis : προκαλούμεθα δὲ ὑμᾶς, φίλοι μὲν εἶναι, πολέμιοι δὲ μηδετέροις, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἡμῶν ἀναχωρῆσαι, *vos autem instigamus, tanquam amici et neutrius partis hostes, ut etiam ex terra nostra discedatis.* Denique particulæ : δὴ post : μηδετέροις haud dubie ironia subest, sicut etiam in verbis ejusdem capitis : τοὺς Ἀθηναίους, φίλους δὴ ὄντας, μὴ ἐᾶσαι ἁμαρτεῖν. Hac ironia in particula : δὴ, *scilicet*, Atticos sæpe uti, jam Valckenarius in commentario ad Euripidis Hippolytum v. 959. adnotavit. Jam sensus hujus loci est : *Et par est, nemini in eo prudentiam singularem, quæ nobis quidem æqua, vobis autem tuta sit,*

positam videri, quod neutri scilicet genti, tanquam utriusque partis socii, fertis auxilium.

CAP. 82. Αὐτοὶ δὲ τῶν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ πρότερον ὄντων ἡγεμόνες—. Plurimi codices ignorant voculam: τῷ; quare eam quoque h. l. ut minus necessariam cum Wassio esse delendam censeo.—In verbis ultimis: δουλείαν δὲ αὐτοί τε ἐβούλοντο καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ ἐπενεγκεῖν—quatuordecim codices recte exhibent: καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ—. Idem etiam Valla in libro suo invenerat, quia vertit: *et nobis servitutem inducere.* Inepta est lectio: ὑμῖν, quia legatus Atheniensium aperte de suis civibus loquitur.

CAP. 83. Καὶ οὐκ ἄλλῳ ἑπόμεθα, ὡς ἢ τὸν βάρβαρον μόνοι καθελόντες, εἰκότως ἄρχομεν—. Si cum Valckenario lectionem codicis Græv.: καὶ οὐ καλλιεπούμεθα, ὡς—admittimus, non amplius opus erit conjectura Fr. Porti, qui verba: εἰκότως ἄρχομεν librariorum interpretamentis adnumeravit. Nam cum illo: οὐ καλλιεπούμεθα apte sequentia: ὡς—εἰκότως ἄρχομεν—cohærent. Ipsum vero verborum sequentium argumentum hujus lectionis: καλλιεπούμεθα elegantiam et veritatem egregie confirmat. Non enim verbis ornatis se uti legatus dicit, si solos Athenienses extitisse Persarum victores et eos pro sua omniumque Græcorum libertate subiisse pericula adfirmaverit. Egregie etiam confirmata est hæc Valckenarii conjectura unius codicis Par. auctoritate.

CAP. 85. Καὶ γὰρ τοὺς ἐκεῖ συμμάχους, ὡς ἕκαστοι χρήσιμοι, ἐξηγούμεθα Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους—. Plurimorum codicum auctoritate legendum est: καὶ γὰρ τοῖς ἐκεῖ συμμάχοις, ὡς—. Explico jam dativum illum commodi in hac constructionis varietate eodem modo, ut loca ex Thucydide ad cap. 77. laudata postulant. Nam certe legatus Atheniensium exemplis allatis indicare voluit, suis se sociis non abuti, sed eos humanius tractare. Jam vero comma post: ἐξηγούμεθα tollendum est, ut hoc verbum arcte cum sequentibus: Χίους μὲν etc. cohæreat.—In verbis: ὥστε, καὶ τἀνθάδε, εἰκὸς, πρὸς τὸ λυσιτελοῦν καὶ, ὃ λέγομεν, ἐς Συρακουσίους δέος καθίστασθαι—plurimi codices legunt: ὥστε καὶ—καθίστασθαι—, quod etiam, si variam particulæ: ὥστε constructionem spectamus, admitti potest. Etiam Scholiastes istam codicum lectionem exhibet.—In verbis: καὶ βούλονται μὲν, ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ξυστήσαντες ὑμᾶς ὑπόπτῳ, βίᾳ ἢ κατ' ἐρημίαν—αὐτοὶ ἄρξαι—particula: μὲν post: βούλονται a tredecim libris omittitur. Etiam Scholiastes ignorasse hanc particulam videtur. Quare tot librorum consensu est ejicienda. Pro illo: ἢ κατ' ἐρημίαν—memoratu dignam quoque lectionem sex codices Reg. Cass. Dan. Aug. et duo Pariss. exhibent: ἢ καὶ κατ' ἐρημίαν. Quæ mihi valde arridet, quia hæc adjecta particula: καὶ simul indicat, Camarinæos ab Atheniensibus desertos, adhuc, sicut antea, Syracusanorum multo magis expositum iri violentiæ.

CAP. 86. Οὐ δίκαιον, ὅπερ καὶ ἡμᾶς ἠξιοῦτε λόγῳ πείθειν, τῷ αὐτῷ ἀπιστεῖν—. Haud dubie præferenda est cum Dukero et Bavero trium codicum lectio: ὥπερ καὶ ἡμᾶς ἠξιοῦτε λόγῳ—, ut illud: ὥπερ apte cum: λόγῳ conjungatur.—In verbis: ἐποικοῦντες ὑμῖν, ἀεί τε ἐπιβουλεύουσιν, καὶ—magis vera quinque codicum lectio: ἐπιβουλεύουσι καὶ—est admittenda.—Denique in verbis ultimis: ἔτι βουλήσεσθε καὶ πολλοστημόριον αὐτῆς—tredecim codicum consensus, qui exhibent: καὶ πολλοστὸν μόριον αὐτῆς—, non potest rejici, cum inprimis incertum sit, an Scholiastes legerit: πολλοστημόριον, qui potius ad interpretationem hujus loci usus esse hoc vocabulo videtur.

CAP. 88. Τοιαῦτα μὲν ὁ Εὔφημος εἶπεν. οἱ δὲ Καμαριναῖοι—. In septem bonæ notæ codicibus legitur: τοιαῦτα δὲ ὁ Εὔφημος—. Forte sub falsa lectione latet hæc vera: τοιαῦτα δὴ ὁ Εὔφημος—, quæ huic loco est aptissima. Quamquam enim non ignoro, in tali narrationum genere particulas: μὲν et: δὲ plerumque sibi invicem respondere, tamen hac ratione jam cap. 81. ille Hermocrates Euphemo oppositus erat in his verbis: τοιαῦτα μὲν ὁ Ἑρμοκράτης εἶπεν. ὁ δ' Εὔφημος—. Quare jam apte nostro loco sequeretur: τοιαῦτα δὴ ὁ Εὔφημος—. In verbis: οἱ δ' ἐς τὴν Κόρινθον καὶ τὴν Λακεδαίμονα—ἀποσταλέντες—plurimi codices articulum: τὴν ante: Λακεδαίμονα—omittunt, qui etiam, cum modo: τὴν antecederet, facile deesse poterit.—In verbis: μὴ περιορᾶν τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων—magis vera et dictioni Thucydidis adcommodata est lectio septem codicum: τὰ γιγνόμενα ὑπὸ—. In verbis: πρέσβεις πέμπειν ἐς Συρακούσας, κωλύσοντας μὴ ξυμβαίνειν—omnes fere codices legere jubent: κωλύοντας μὴ ξυμβαίνειν—. Quæ quidem lectio, cum constet, in verbis puris sæpe præsentia pro futuris poni, non est rejicienda.

Cap. 89. Εἴ τις, διότι καὶ τῷ δήμῳ προσεκείμην μᾶλλον, χείρω με ἐνόμισε—. Jam Dukerus præferre jussit multorum codicum lectionem: χείρω μὲ ἐνόμιζε—, quæ apte respondet antecedenti: ὠργίζετο—. In verbis: ἐπεὶ δημοκρατίαν γε καὶ ἐγιγνώσκομεν οἱ φρονοῦντές τι, καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον, ὅσον καὶ λοιδορήσαιμι. ἀλλὰ περὶ ὁμολογουμένης ἀγνοίας οὐδὲν ἂν καινὸν λέγοιτο—etiam Dukeri sententiam sequor, ut elegantius scribatur duodecim codicum auctoritate: ὅσῳ καὶ λοιδορήσαιμι—, sicut idem: ὅσῳ etiam elliptice occurrit in cap. 92. verbis: ὅσῳ τὰ μὲν Ἀθηναίων οἶδα—; et pro illo: ἀγνοίας omnium fere codicum consensu recipiatur: ὁμολογουμένης ἀνοίας—, quod optime oppositum est antecedenti: φρονοῦντές τι. Etiam Valla in libro suo hanc lectionem invenit, quia vertebat: *Verum de manifesta amentia nihil novi dici possit.*

Cap. 90. Καὶ ἐμοί, εἴ τι πλέον οἶδα, εἰσηγητέον—. Quatuor codices scripturam Thucydidi magis consuetam: ἐσηγητέον exhibent. Quamvis cod. regius sit inter illos quatuor libros, ejus tamen nullam injecit mentionem Parisiensis Gailii editio.—In verbis: καὶ τῷ πεζῷ ἅμα ἐκ γῆς ἀφορμαῖς τῶν πόλεων τὰς μὲν βίᾳ λαβόντες—octo codicum et Vallæ libri auctoritatem cum Dukero sequor, ut legatur: ἐκ γῆς ἐφορμαῖς—*impetu repetito in terra continenti facto.*—Denique in verbis: χρήματα δὲ καὶ σῖτον, ὥστε εὐπορώτερον γίγνεσθαι τινὰ αὐτῶν, αὐτὰ τὰ προσγενόμενα ἐκεῖθεν χωρία ἔμελλε—παρέξειν—attentione digna est septem codicum lectio: γίγνεσθαι τὶ—. Nam constat, Thucydidem sæpius singulari, quam plurali numero vocabulum: τὶς adhibere, sicut Stephanus ad lib. II. cap. 37. adnotavit. Præterea etiam sensus horum verborum: γίγνεσθαι τὶ, est aptissimus, quia illud: τι, sicut Latinum: *aliquid,* sæpe indicat: *res graves, res magni momenti in aliquo negotio.* Tunc autem illud: αὐτῶν, commate sublato, melius cum sequentibus: αὐτὰ τὰ χωρία conjungitur, quia in eo etiam quædam Græcæ linguæ elegantia cernitur, ut pronomen: αὐτὸς interdum nonnullis locis frequentent. Puto igitur legendum esse: εὐπορώτερον γίγνεσθαι τὶ, αὐτῶν (sc. Σικελιωτῶν) αὐτὰ τὰ προσγενόμενα ἐκεῖθεν χωρία—.

Cap. 91. Οἵτινες αὐτερέται κομισθέντες καὶ ὁπλιτεύσουσιν εὐθὺς—. Undecim codd. legunt: ὁπλιτεύουσιν εὐθὺς—. Futura: ποιήσετε—πέμψετε—, quæ antecesserunt, nihil habent cum hoc tempore commune, quare etiam præsens tempus, quia inprimis particula: εὐθὺς, quæ aptior est præsenti, adjicitur, h. l. admitti potest.—In verbis: καὶ τοὺς μὴ ἐθέλοντας προσαναγκάσῃ—undecim codices postulant lectionem: μὴ θέλοντας—. In verbis: τὰς τοῦ Λαυρείου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους—plurimi libri legunt: τοῦ Λαυρίου—, sicut etiam editum est lib. II. c. 55. et ibidem Gottleberus recte adnotavit, etiam nostro loco ipsius sententia esse legendum.

Cap. 92. Οὐδ', ἐπὶ πατρίδα οὖσαν ἔτι, ἡγοῦμαι, ἰέναι—. Cum undeviginti libris legendum esse censeo: οὖσαν ἔτι ἡγοῦμαι νῦν ἰέναι, commatibus ante et post: ἡγοῦμαι sublatis.—In verbis: τὰ δ' ὑμέτερα εἴκαζον Dukeri sententiam amplector, qui ex quatuor codicibus veterum Atticorum more legi jubet: ὑμέτερα ᾔκαζον.

Cap. 96. Ὅπως μὴ κατὰ ταύτας λάθωσι σφᾶς ἀναβάντες οἱ πολέμιοι—. Magis vera lectio: μὴ κατὰ ταῦτα (sc. μέρη) λάθωσι—in quinque codicibus proponitur, ut ita magis in universum custodia in hoc toto loco agenda indicetur.

Cap. 97. Φθάνει ἀναβὰς κατὰ τὸ Εὐρύηλον—. Duodecim codd. legere jubent: κατὰ τὸν Εὐρύηλον—, sicut etiam lib. VII. c. 2. scribitur.—In verbis: πρὶν τοὺς Συρακουσίους αἰσθομένους ἐκ τοῦ λειμῶνος τῆς ἐξετάσεως παραγενέσθαι—plerique interpretes hoc loco, sicut etiam in ipso hujus capitis initio, de exercitus lustratione agi opinantur. Sed nimis impedita erit hujus capitis explicatio, nisi potius de facta Atheniensium exploratione, qua primum inquirebant, ignaris hostibus, hunc locum, quem mox capturi erant, hæc verba explicamus. Ita etiam initio capitis illud: ἐξητάζοντο cum Bavero doctissimo de exploratione facta explico. Antecedenti capite quidem occurrebat ἐξέτασις ὅπλων apud Syracusanos, sed nostro loco tali caret additamento vocabulum: ἐξέτασις, quare optime ad antecedens: ἐξητάζοντο, *explorabant,* referetur. Decem autem codicum auctoritate legendum est: ἐκ τοῦ λειμῶνος καὶ τῆς ἐξετάσεως. Jam sensus horum verborum erit: *Antequam Syracusani animadverterent etiam ex campo inde pratis pleno explorationem versus montanam Epipolarum regionem factam atque advenire ad hostem arcendum possent—.* In verbis: καὶ οἱ περὶ τὸν Διόμιλον ἑπτακόσιοι—sequor omnium fere codicum auctoritatem, qui legunt: περὶ τὸν Διόμιλον ἑξα-

κόσιοι—. Qui militum numerus etiam infra lib. VII. c. 43. in verbis: καὶ τοῖς ἑξακοσίοις τῶν Συρακουσίων—repetitur. In capite autem antecedenti 96. ubi adhuc codicum consensu legitur: καὶ ἑπτακοσίους λογάδας τῶν ὁπλιτῶν—, cum Æm. Porto emendandum esse puto: ἑξακοσίους λογάδας—. Nam facile permutari potuerunt signa numerorum a librariis. Imo mihi persuasum est, si adcuratius inquirantur Thucydidis codices, adhuc in nonnullis numerum: ἑξακοσίους repertum iri. Saltem Valla in libro suo hunc numerum legit, quia in cap. 96. vertebat: *delecti sunt prius sexcenti armati.*

Cap. 98. Ἀθηναίων ὑπῆρχον πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, οἳ ἵππους—ἔλαβον—. Novem codices legunt: οἷς ἵππους—ἔλαβον—. Quæ lectio mihi verisimilior esse videtur. Nam non ipsi equites, sed Athenienses sive eorum duces equitibus eligebant et coemebant equos.—In verbis: ἐχώρουν πρὸς τὴν Συκῆν οἱ Ἀθηναῖοι, ἵνα περ καθεζόμενοι, ἐτείχισαν τὸν κύκλον διὰ τάχους—memoratu dignissima est lectio cod. Aug. τυκὴν, pro illo: Συκῆν, (si vere in illo codice hæc lectio exhibetur.) Nam hac lectione verisimillima Cluverii conjectura, ut: Τύκην legatur, egregie confirmabitur. Quam igitur Syracusarum partem statim muro cinxerunt Athenienses, sicut apte Scholiastes hæc verba: ἐτείχισαν τὸν κύκλον interpretatus est. Nam interpretatio Baveri, ut Labdali castellum muro cinctum esse intelligamus, non est præferenda, quia jam in antecedenti capite narraverat Thucydides: φρούριον ἐπὶ τῷ Λαβδάλῳ ᾠκοδόμησαν. Etiam in Thucydidis verbis animadvertendus est rarior vocabuli: ἵνα pro: ὅπου usus, qui magis in poetis frequentatur. Occurrit tamen hæc particula illo sensu etiam in Herodoto et in aliis quibusdam Thucydidis locis. Ceterum pro illo: περ καθεζόμενοι forte olim scriptum legebatur: περικαθεζόμενοι, quod certe huic loco est aptissimum.—In verbis: ἐκώλυον τοὺς Ἀθηναίους λιθοφορεῖν τε καὶ ἀποσκίδνασθαι μακρότερον—lectionem: ἀποσκίδνασθαι μακροτέραν, quam septem codices exhibent, habeo doctiorem et elegantiorem, quam ut a librario imperito sit profecta.

Cap. 99. Λίθους καὶ ξύλα ξυμφοροῦντες παρέβαλλον ἐπὶ τὸν Τρωγίλον—. Novem codices legunt: παρέβαλον ἐπὶ τὸν Τρωγίλον—, quæ dicendi forma in tali narrationum genere est magis consueta.—In verbis: καὶ ἅμα ἐν τούτῳ εἰ ἐπιβοηθοῖεν μέρος ἀντιπέμπειν αὐτοὺς—undecim codices legere jubent: καὶ ἅμα, καὶ ἐν τούτῳ εἰ—. Quam lectionem vulgatæ præfero, quia, commate post: ἅμα et: ἐπιβοηθοῖεν posito, illud: ἅμα apte cum: ἀντιπέμπειν potest conjungi.

Cap. 102. Ἐμπρῆσαι τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευσεν, ὡς ἀδυνάτους αὐτοὺς ἐσομένους—περιγενέσθαι—. Duodecim codices omittunt: αὐτοὺς ante: ἐσομένους, quod etiam ab hoc loco ut supervacaneum melius abesse videtur.—In verbis: διὰ τὸ πῦρ, ἀλλὰ ἀπεχώρουν πάλιν—Gailius doctissimus vitandi hiatus causa ex plurimis codd. edidit: ἀλλ' ἀπεχώρουν. Quamvis igitur h. l. cum eo consentiam, mihi tamen est persuasum, in plurimis scriptorum locis, ubi ejusmodi literarum ultimarum elisio deprehenditur, librariorum festinantium atque imperitorum culpam subesse. Concedo etiam, ejusmodi literas et syllabas vocabulorum ultimas a Græcis et Latinis, si lingua sua hæc vocabula eloquerentur, sæpe esse suppressas, sicut in Gallica lingua et aliis adhuc nostra ætate fieri solet. Propterea tamen non sequitur, ut in scribendo etiam ejusmodi literas et syllabas olim quotidiana elocutione suppressas omittamus. Via igitur certiore ingredi videntur librorum editores, qui in plurimis locis, nisi omnium codicum auctoritas prohibuerit, ejusmodi literas ultimas adhuc retinent, licet omittantur in nonnullis codicibus; cum inprimis in scriptoribus prosaicis certæ scribendi regulæ, quibus elidendæ sint ejusmodi literæ, nondum innotuerint.—In verbis: βοήθεια ἤδη κάτωθεν τῶν Ἀθηναίων ἀποδιωξάντων τοὺς ἐκεῖ, ἐπανῄει—valde mihi arridet quinque codicum Cl. Gr. Cass. Aug. et unius Paris. lectio: τῶν Ἀθηναίων ἀποδιωξόντων τοὺς ἐκεῖ—. Nam tota oratio contexta suadet, ut hæc verba intelligantur de Atheniensibus, qui ex planitie inde loca montana, ad Syracusanos ibi vallum adgressos denuo repellendos, petebant. Quare Wassio, qui pravam adpellat hanc codicum lectionem, non adsentio.

Cap. 104. Ὁ μὲν Γύλιππος, ἐκ τοῦ Τάραντος ἐς τὴν Θουρίαν πρῶτον πρεσβευσάμενος—παρέπλει τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἀναρπασθεὶς ὑπ' ἀνέμου κατὰ τὸν Τεριναῖον κόλπον (ὃς ἐκπνεῖ ταύτῃ μέγας, κατὰ Βορέαν ἑστηκὼς) ἀποφέρεται ἐς τὸ πέλαγος. Non verisimile est, Gylippum, classis Spartanæ ducem, tanquam legatum adiisse ipsum Thurios, sicut

Valla et alii interpretes h. l. vocabulum: πρεσβευσόμενος interpretantur. Magis vera est hujus vocabuli interpretatio, ut vertamus: *Tarento primum legatos mittens Thurios*—. Eodem significatu Medium hujus verbi occurrit lib. I. cap. 92.: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες—τῷ κοινῷ ἐπρεσβεύσαντο.—In verbis: καὶ ἀναρπασθεὶς— ὑπ' ἀνέμου—quatuordecim codices legunt: καὶ ἁρπασθεὶς ὑπ' ἀνέμου—. Quam lectionem esse veram et præferendam censeo, quia significatio verbi: ἀναρπάζεσθαι, *sursum abripi*, ab hoc loco est aliena.—Jam inde a verbis: κατὰ τὸν Τεριναῖον—parenthesis incipere debet, sicut jam subtilis ille Baverus animadvertit, non demum a verbis: ὃς ἐκπνεῖ—. Nam ipse situs hujus Terinæi sinus satis declarat, non eo ventis abreptam esse Gylippi classem, quia per fretum Siculum demum eo deferri potuisset. Magis igitur est certum, de vento aquilonali (κατὰ Βορέαν ἑστηκὼς), ab illius sinus regione oriri solito, hæc verba intelligi debere. Cum igitur Gylippus in Siciliam navigaturus esset, ab hujus venti, per fretum Siculum vehementer flantis, impetu abreptus in altum, orta tempestate, deferebatur, ut classis reficiendæ causa Tarentum redire cogeretur.

Libri VII. Cap. 1. Τῶν Ἀττικῶν τεσσάρων νεῶν οὔπω παρουσῶν τῷ Ῥηγίῳ—. In quatuordecim codicibus et præterea in Scholiastæ libro legitur: παρουσῶν ἐν τῷ Ῥηγίῳ—. Quæ tot librorum auctoritas non est negligenda.—In verbis: τὰς γὰρ ναῦς ἀνείλκυσαν ἐν Ἱμέρᾳ. καὶ τοὺς Σελινουντίους πέμψαντες ἐκέλευον ἀπαντᾷν πανστρατιᾷ ἔς τι χωρίον—punctum post: Ἱμέρᾳ est tollendum, sicut etiam in ultimo capite antecedentis libri VI. in verbis: δηώσαντες ἀπελθεῖν. οὐκ ἤθελον in editione Lipsiensi male post: ἀπελθεῖν est adjectum. Porro undecim codices legere jubent: τὰς μὲν ναῦς ἀνείλκυσαν—, quod apte ad sequentia: πέμψειν δέ τινα αὐτοῖς ὑπέσχοντο—potest referri. Habent præterea etiam duodecim codices variam lectionem: ἀπαντᾷν στρατιᾷ ἔς τι χωρίον. Neque tamen me movit tot codicum consensus, ut lectionem vulgatam tollerem, quia aperte illi: πανστρατιᾷ in sequentibus opponitur: στρατιὰν οὐ πολλὴν, et quia facile intelligitur, quomodo prima syllaba vocabuli: πανστρατιᾷ a duabus syllabis antecedentis: ἀπαντᾷν intercipi potuerit. Nam literæ: π et: τ a librariis sæpenumero permutantur.

Cap. 2. Ὁ δὲ Ἰέγας τότε τεῖχος, ἐν τῇ παρόδῳ τῶν Σικελῶν, ἑλὼν καὶ συνταξάμενος ὡς ἐς μάχην ἀφικνεῖται. Valla vertit: *ille in ipso transitu Siculorum Gega et muro expugnato*—. Saltem igitur ex Latina ejus interpretatione adparet, lectionem: Ἰέγας non in ejus codice adfuisse. In aliis octo codicibus Ar. C. Aug. Mosqu. Cl. Reg. Cass. Dan. legitur: ὁ δέ γε τό, τε τεῖχος—. In uno Paris. scribitur: ὁ δὲ Γέτας τότε τεῖχος—. Quatuor Pariss., omisso Ἰέγας, exhibent: ὁ δὲ τότε τεῖχος—. Duo codices legunt: ὁ δὲ Ἰέγας τέ τι τεῖχος—. Unus Paris. habet: τότε τι τεῖχος—. Alius: τότε τὸ τεῖχος—. Interpretes autem Thucydidis nunc Siciliæ locum, in duobus codd. Ἰέγας adpellatum, plane ignorari ab aliis scriptoribus adfirmant. Mea quidem sententia, si codicum plurimorum vestigia sequimur, Thucydides olim scripserat: ὁ δέ γε τότε τεῖχος, ἐν τῇ παρόδῳ τῶν Σικελῶν, ἑλὼν—*qui tunc sub adventum suum oppidum quidem Siculorum cepit*—. In verbis ultimis: τῷ δὲ ἄλλῳ τοῦ κύκλου—λίθοι τε παραβεβλημένοι τῷ πλέονι ἤδη ἦσαν καὶ ἔστιν ἃ καὶ ἡμίεργα, τὰ δὲ καὶ ἐξειργασμένα κατελείπετο. παρὰ τοσοῦτον μὲν αἱ Συράκουσαι ἦλθον κινδύνου—quinque codices legunt: λίθοι τε παρεμβεβλημένοι τῷ πλέονι—. Quæ quidem lectio longe præstat vulgatæ, si eam de lapidibus muri jam maximam partem constructis et ordine suo compositis intelligimus. Non solum verba: τῷ πλέονι ἤδη ἦσαν cum illa quinque codicum lectione melius, quam vulgata conveniunt, sed illa etiam, quæ sequuntur: ἔστιν ἃ καὶ ἡμίεργα, τὰ δὲ καὶ ἐξειργασμένα—non tam ad lapides sine ordine projectos, quam ad murum jam magna ex parte lapidibus constructum quadrant.—Porro duodecim codices, omisso articulo: αἱ, legunt: παρὰ τοσοῦτον μὲν Συράκουσαι. Quos sequendos esse censeo, quia etiam aliis locis hic articulus est omissus. Ut lib. VI. c. 3.: Συρακούσας δὲ—ᾤκισε—μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας. cap. 4.: μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν. cap. 5.: μετὰ Συρακούσας—μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν. cap. 48.: πλὴν Σελινοῦντος καὶ Συρακουσῶν—ἤδη Συρακούσαις καὶ Σελινοῦντι. cap. 49.: ἐπὶ Συρακούσας—ἀπέχοντα Συρακουσῶν. cap. 50.: ἐπὶ Συρακούσας—ἐν Συρακούσαις. cap. 63.: ἐπὶ Συρακούσας. cap. 75.: ἐκ μὲν Συρακουσῶν. cap. 88.: ἐς Συρακούσας. lib. VII. cap. 42.: ἥξειν Συρακούσας. cap. 57.: ἐπὶ Συρακούσας—.

Cap. 4. Ἵνα μὴ κακουργήσαντες ἐξίοιεν ἐπὶ

τῇ—πολίχνῃ ἐτετάχατο—. Undecim codices legunt: ἵνα μὴ κακουργήσοντες ἐξίοιεν—. Quod Futurum, quia huic loco apte convenit, cum Bavero admittendum esse censeo.

Cap. 5. Τῆς ἵππου τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν ξυμμάχων οὐδεμία χρῆσις ἦν—. Hæc tria verba: καὶ τῶν ξυμμάχων, e contexta oratione haud dubie sunt ejicienda. Primum enim desunt in novem codicibus. Deinde statim sequuntur eadem verba: τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν ξυμμάχων et ante verba nostri loci quoque jam adfuerunt. Quare causa horum verborum nostro loco male repetitorum facile adparet. Equitatus denique Syracusani, non autem sociorum, tanquam maxime timendi Atheniensibus sæpe jam in antecedentibus erat mentio injecta. Quare verisimile est, etiam h. l. equitatus tantum Syracusanorum, non autem sociorum simul rationem esse habitam.

Cap. 6. Καὶ ἐκεῖνοι, εἰ μὴ ἐθέλοιεν μάχης ἄρχειν, ἀναγκαῖον εἶναι σφίσι—. Dukeri emendatio, quam suasit decem codicum et Scholiastæ auctoritate nixam, ut legatur: καὶ εἰ ἐκεῖνοι μὴ ἐθέλοιεν—nondum in editionibus recentissimis est admissa. Eandem lectionem Valla quoque in libro suo invenit, quia vertit: *Etiamsi illi nollent priores in aciem prodire*—. In verbis: ἔξω τῶν τειχῶν μᾶλλον ἢ πρότερον προεξαγαγὼν—legendum est undecim codicum consensu: πρότερον προαγαγὼν—. Alii quinque codices, qui male exhibent: προσαγαγὼν, eidem veræ lectioni magis confirmandæ inserviunt.

Cap. 8. Ἔπεμπε καὶ αὐτὸς ἐς τὰς Ἀθήνας ἀγγέλλοντας πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε καθ' ἕκαστα τῶν γιγνομένων—. Duodecim codices aptissimam lectionem proferunt: ἀγγέλλων πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε—, quæ commate ante: πολλάκις sublato optime cum sequentibus cohæret.—In verbis: νομίζων ἐν τοῖς δεινοῖς τε εἶναι—etiam cum Wassio sequenda est sexdecim librorum auctoritas, ut illud: τοῖς ante: δεινοῖς omittamus.—Non minus etiam in verbis: ἢ κατὰ τὴν τοῦ λέγειν ἀδυνασίαν ἢ καὶ γνώμης ἐλλιπεῖς γιγνόμενοι—quindecim libri omittunt articulum: τὴν ante; τοῦ λέγειν—, sicut etiam alterum vocabulum: γνώμης sine articulo positum legitur.—In verbis: φοβούμενος δὲ, μὴ οἱ πεμπόμενοι—οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγείλωσι—magis mihi placet sex codicum Cl. Reg. Cass. Aug. et duorum Pariss. lectio: οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγέλλωσι—, quia præsenti tempore hæc aptius enarrantur.—Denique in verbis: ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον διὰ φυλακῆς ἤδη ἔχων, ἑκουσίων κινδύνων ἐπεμελεῖτο—sequor Heilmanni sententiam, ut octo librorum auctoritate legendum sit: ἤδη ἔχων ἢ δι' ἑκουσίων κινδύνων. Eandem lectionem illi codices confirmant, qui male exhibent: ἤδη ἑκουσίων. Quodsi enim ad illud: ἔχων particula: μᾶλλον, sæpe apud Græcos supplenda, intelligitur, tum sensus inde aptissimus redundat: *jam magis custodia agenda, quam periculis sponte subeundis castrorum curam agebat.* Jam Valla olim libri sui lectionis secutus illam Heilmanni interpretationem ita vertendo Græca proposuerat: *Interea Niciæ rem castrensem custodire majori jam curæ erat, quam voluntaria pericula adire.*

Cap. 9. Καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα τοῦτο—. Octo codices omittunt: τοῦτο. Eodem modo lib. IV. c. 49. legitur: καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα. Wassius jam animadvertit, utroque dicendi modo Thucydidem uti solere. Sed h. l. præter codicum auctoritatem adhuc duo argumenta accedunt, quibus verisimile esse videtur, vocabulum: τοῦτο non a Thucydide additum fuisse. Prius est, quia modo antecesserat: ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει τελευτῶντι—, quare non opus erat, ut etiam h. l. illud: τοῦτο adjiceretur. Alterum cernitur in initio capitis sequentis, quod ita incipit: τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος—. Nam non videtur Thucydides sono tam ingrato duo vocabula: τοῦτο. τοῦ δὲ—conjunxisse. Imo vocabulum τοῦδε male repetitum prima syllaba originem illius additamenti: τοῦτο, quod librariis debetur, indicat.

Cap. 12. Τὸ γὰρ ναυτικὸν ἡμῶν (ὅπερ κἀκεῖνοι πυνθάνονται) τὸ μὲν πρῶτον ἤκμαζε, καὶ τῶν νεῶν τῇ ξηρότητι καὶ τῶν πληρωμάτων τῇ σωτηρίᾳ—. Plurimi codices simul cum Scholiasta lectionem difficiliorem: ᾗπερ καὶ ἐκεῖνοι πυνθάνονται adferunt, quam veram esse censeo, quia illud: ᾗπερ Atticorum more positum apte ad sequentia: ξηρότητι et: σωτηρίᾳ—potest referri.—In verbis: διὰ τὸ ἀντιπάλους καὶ τῷ πλήθει καὶ ἐπιπλείους τὰς τῶν πολεμίων οὔσας, ἀεὶ προσδοκίαν παρέχειν—non solum duodecim codices, sed etiam Scholiastes legunt: καὶ ὅτι πλείους—. Baverus cum Dukero conjecit, forte legendum esse: καὶ ἔτι πλείους—. Quæ emendatio certe huic loco est aptissima et facile lectori attento in mentem venire potest. Etiam aliis locis sæpe librarii

particulas: ἔτι et: ἐπὶ permutarunt, et quia nostro loco unus Paris. vere exhibet: καὶ ἔτι πλείους—, eo lubentius Dukeri conjecturam amplector.—In ultimis verbis: οὐ γὰρ ἐφορμοῦσιν ἀλλήλοις—jam Æm. Portus conjecerat, legendum esse: ἐφορμοῦσιν ἄλλοις—, quæ quidem conjectura, nostro loco aptissima, undecim codd. auctoritate egregie confirmatur. Non enim naves Syracusanorum in portu collectæ, sed Atheniensium naves ad observandam Syracusanorum classem in statione erant positæ.

Cap. 13. Οἱ δὲ θεραπεύοντες, ἐπειδὴ ἐς ἀντίπαλα καθεστήκαμεν, αὐτομολοῦσι—. Quatuordecim codd. vocabulo magis consueto legere jubent: οἱ δὲ θεράποντες, ἐπειδὴ—, quos esse audiendos censeo.

Cap. 16. Ἕως ἂν ἕτεροι αἱρεθέντες ξυνάρχοντες ἀφίκωνται—. Plurimi codices, mutato verborum ordine, legere jubent: ἕτεροι ξυνάρχοντες αἱρεθέντες ἀφίκωνται—. In verbis: ἄγοντα εἴκοσι τάλαντα ἀργυρίου—memoratu digna est Vallæ interpretatio: *cumque centum viginti talentis argenti*—, quæ fere cum numero talentorum, quem Diodorus Siculus commemorat: τάλαντα ἑκατὸν τεσσαράκοντα, convenit. Neque negari potest, hanc pecuniæ summam, quam vulgata lectio adfert, justo minorem esse ad tanti exercitus et tam numerosæ classis impensas. Quia igitur Gailius doctissimus in uno Paris. vere invenit lectionem: ἄγοντα εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τάλαντα—, eam quoque in sua editione recepit; id, quod etiam aliis interpretibus probabile esse videbitur. Si numerus talentorum singulis literis post vocabulum: τάλαντα primum in libris manuscriptis positus erat, saltem adparebit, quam facile numerus major: ἑκατὸν, qui litera: ρ indicatur, perire potuerit, quia inter primas vocabuli sequentis: ἀργυρίου literas etiam litera: ρ reperitur.

Cap. 18. Καὶ διὰ τοῦτο δυστυχεῖν τε εἰκότως ἐνόμιζον—. Undecim codices cum Scholiasta legunt: διὰ τοῦτο εἰκότως δυστυχεῖν τε ἐνόμιζον—. Qui mutatus verborum ordo haud dubie est admittendus, quia illud: εἰκότως non ad: ἐνόμιζον, sed ad: δυστυχεῖν proprie pertinet. Etiam Valla in libro suo ita legit, quia vertebat: *ob id merito se adversa fortuna usos*—.

Cap. 19. Τῶν τε Εἱλώτων ἐπιλεξάμενοι τοὺς βελτίστους καὶ τῶν Νεοδαμωδῶν—. Novem codices omittunt articulum: τῶν ante vocabulum: Νεοδαμωδῶν, qui etiam in tali verborum conjunctione sæpe omittitur.—In verbis: ἕωσπερ αὐτοῖς οἱ ὁπλῖται ταῖς ὁλκάσιν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ἀπῆραν—etiam novem codices longe aptiorem adferunt lectionem: ἕωσπερ οὗτοι οἱ ὁπλῖται—. Nam de illis gravis armaturæ militibus paullo antea Thucydides plura narraverat. Non nego quidem, verissima esse, quæ Dukerus ad defendendam lectionem receptam adfert, quia et in Thucydide et in Herodoto sæpe ejusmodi dativi commodi redundant. Codicum tamen consensus in lectione satis apta non est contemnendus.—In ultimis verbis: ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ὁλκάδας μᾶλλον ἢ πρὸς τὰς τριήρεις νοῦν ἔχωσιν—duodecim codicum auctoritate omittendus est articulus: τὰς ante vocabulum: ὁλκάδας. Sed contra septemdecim libri jubent articulo adjecto legere: πρὸς τὰς τριήρεις τὸν νοῦν ἔχωσιν.

Cap. 21. Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ ἦρος τούτου—alio verborum ordine legendum est: χρόνους τούτου τοῦ ἦρος—novem codicum auctoritate. Eandem lectionem iidem codd. confirmant, qui exhibent: τούτους τοῦ ἦρος—. In verbis: Ἐλπίζειν γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τε ἔργον ἄξιον τοῦ κινδύνου ἐς τὸν πόλεμον κατεργάσεσθαι—quindecim librorum auctoritate non minus bona et Græcæ linguæ consuetudini conveniens ideoque admittenda lectio: ἐς τὸν πόλεμον κατεργάσασθαι—occurrit. Conf. dicta ad lib. IV. c. 24.—In verbis: πρὸς ἄνδρας τολμηρούς, οἵους καὶ Ἀθηναίους, τοὺς ἀντιτολμῶντας, χαλεπωτάτους ἂν αὐτοῖς φαίνεσθαι—, quia sententia in universum est proposita, particulam: ἂν ante: αὐτοῖς nemo, si omissa fuerit, desiderabit, ut magis certa veritas eidem sententiæ inesse videatur. Eam vero etiam octo codices omittunt.

Cap. 24. Τὸ μὲν ἕτερον τοῖν δυοῖν τειχοῖν τοῖν ὕστερον λειφθέντων κατέβαλον—. Jam Hudsonus admonuerat, ex plurimis codicibus admittendam esse veram lectionem: ὕστερον ληφθέντων, quam multi codices adferunt; sed nondum est ab editoribus admissa.—In verbis: πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα—πολλὰ δὲ καὶ τῶν τριηράρχων—aptius omittitur articulus: τῶν ante: τριηράρχων, sicut eum decem codices ejecerunt. Ita enim illud: πολλὰ τριηράρχων respondet antecedenti: πολλὰ ἐμπόρων.—In verbis: καὶ τἄλλα σκεύη ἐγκατελείφθη καὶ τριήρεις ἀνελκυσμέναι τρεῖς—sex codicum lectio: σκεύη ἐγκατελήφθη—haud dubie est præferenda. Ita bene convenit cum particula antecedenti: ἐπεί, qua antecedens

narratio uberius explicatur. *Multa omnis generis inerant bona—quippe etiam ibi capta sunt vela 40 triremium aliaque instrumenta et tres triremes in terram subductæ.* Minus quadraret in illa narrationis serie: *ibi relicta sunt.* Idem igitur verbo: ἐγκατελήφθη indicatur, quod antea illo: ἑάλω. Etiam pro illo: ἀνελκυσμέναι—septem codices, sicut jam Dukerus adnotavit, veram lectionem: ἀνειλκυσμέναι τρεῖς—exhibent.

Cap. 25. Καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιπλέοντες μὴ βλάπτοιεν ἐμβαλόντες—. Septem codices legunt: βλάπτοιεν ἐμβάλλοντες. Si antea præsenti tempore legitur: ἐπιπλέοντες, multo magis etiam: ἐμβάλλοντες admitti debet. Nam navigationem, qua hostis adpropinquavit, demum ipse impetus in hostem factus excipit.—In verbis: ἔκ τε τῶν ἀκατίων ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς—novem codices cum Thoma Magistro legunt: ἔκ τε τῶν ἀκάτων ὤνευον—. Majus igitur navigium hujus nominis, cujus etiam Herodotus lib. VII. c. 186. meminit, indicari videtur. Thucyd. lib. VII. c. 59. inter varia navium genera etiam illud: ἄκατον refertur.—In verbis: ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις—ἀγγελοῦντας τὴν—λῆψιν—quatuordecim codices legere jubent: ἀγγέλλοντας τὴν—λῆψιν. Nemo quidem infitiabitur, dici posse: πέμπειν πρέσβεις ἀγγέλλοντας—. Sed huic codicum lectioni nostro loco obstare videtur participium futuri: δηλώσοντας—ἀξιώσοντας, quod sequitur. Tamen constat, non semper Græcos scriptores in ordine temporum retinendo tam adcuratos esse et diligentes, inprimis post longam parenthesin, qualis nostro loco est interjecta. Quare etiam Thucydides particula: αὖ sequentia denuo antecedentibus adnectit: τά τε ἄλλα αὖ δηλώσοντας—. Puto igitur, h. l. varii temporis participia ab ipso Thucydide cum verbo: ἔπεμψαν esse conjuncta.

Cap. 26. Καὶ παραλαβόντες τῶν Ἀργείων ὁπλίτας τινὰς ἐπὶ τὰς ναῦς, ἔπλεον—. Vocabulum: τινὰς, quod ab hoc loco valde alienum est, quia nonnulli tantum Argivi, neque tota eorum caterva, non multum efficere in Laconiæ regione potuissent, omittunt octo codices. Neque etiam in Vallæ libro adfuit, quia vertebat: *sumtis in naves Argivorum armatis.* Quare optime omittitur vocabulum: τινὰς h. l. codicum auctoritate.—In verbis: ὁ δὲ Χαρικλῆς περιμείνας, ἕως τὸ χωρίον ἐξετείχισε, καὶ καταλιπὼν φυλακὴν αὐτοῦ ἀπεκομίζετο—decem codices legunt: ὡς τὸ χωρίον ἐξετείχισε—. Nihil tamen est mutandum, quia facile litera: ε propter ultimam antecedentis vocabuli: περιμείνας literam perire potuit. Nam literæ: σ et: ε a librariis sæpe permutantur.

Cap. 27. Ὕστερον δὲ φρουραῖς ὑπὸ τῶν πόλεων, κατὰ διαδοχὴν χρόνου ἐπιουσῶν τῇ χώρᾳ, ἐπῳκεῖτο—. Haud dubie longe aptior neque negligenda est quatuordecim codicum lectio: κατὰ διαδοχὴν χρόνου ἐπιούσαις—. Nam non urbes, sed præsidia militum ex urbibus missa Deceliæ commorabantur.—In verbis: βραχεῖαι γιγνόμεναι αἱ εἰσβολαὶ—lectio Thucydidis consueta: ἐσβολαὶ, quæ etiam in aliis locis, ut lib. III. c. 89. occurrit, ex sex codicibus est recipienda.

Cap. 28. Πόλιν οὐδὲν ἐλάσσονα αὐτήν τε καθ' αὐτὴν τῶν Ἀθηνῶν—. Omnes fere codices lectionem falsam: τῶν Ἀθηναίων—tuentur, quæ h. l. admitti non potest. Librarii multis locis: Ἀθηνῶν et: Ἀθηναίων permutarunt, cujus erroris exempla inprimis Herodoti codices permulta adferunt.—In verbis: ὑπό τε τῆς Δεκελείας πολλὰ βλαπτούσης—particula: τε a plurimis codd. omittitur. Quare ea, licet apte adhiberetur, est rejicienda.

Cap. 30. Ὡς ἑώρων τὰ ἐν τῇ γῇ ὁρμισάντων ἔξω τοῦ ζεύγματος τὰ πλοῖα—. Unice veram esse puto cum Dukero aliisque lectionem codicis Græv.: ἔξω τοξεύματος τὰ πλοῖα, quam etiam Valla jam in libro suo invenit. Idem codex Parisiensis, quem Gailius doctissimus ad emendationem loci mendosi in cap. 16. adhibuerat, veram quoque lectionem: τοξεύματος nostro loco attulit. Sed retinuit adhuc ed. Parisiensis lectionem: τοῦ ζεύγματος. Quæ quidem Baverus doctissimus ad defendendam lectionem vulgatam profert de significatione verbi: ζεῦγμα, ut *stationem* s. *recessum* indicet, adhuc probatione indigere videntur.

Cap. 31. Ὁλκάδα ὁρμοῦσαν ἐν Φειᾷ τῇ Ἠλείων λαβὼν—αὐτὴν μὲν διαφθείρει—. Vocabulum: λαβὼν omittunt quatuordecim codices. Quare illud cum Dukero ejiciendum esse censeo. Pronomen: αὐτὴν, sicut Latinorum: *ille*, post parenthesin sæpe redundat. Etiam h. l. superfluum esse videtur, neque propterea tamen adjectionem vocabuli: λαβὼν necessario requirit.—In verbis: πέμπειν οὖν ἐκέλευεν αὐτοὺς ναῦς, ὡς οὐχ ἱκανοὺς ὄντας δυοῖν δεούσαις εἴκοσιν ταῖς ἑαυτῶν πρὸς τὰς ἐκείνων—ναυμαχεῖν—sep-

temdecim codices legunt: ὡς οὐχ ἱκανὰς οὔσας—. Si autem hæc vera est lectio, etiam in sequentibus legi debet: δυοῖν δεούσας εἴκοσι τὰς ἑαυτῶν—ναυμαχεῖν—. Ita etiam vere hunc locum codex Cl. exhibet. Eodem respicit unus Paris., qui legit: δυοῖν δὲ οὔσας—. Etiam aptiorem lectionem: εἴκοσι pro falsa: εἴκοσιν alii septem codices confirmant. Quia Conon illas naves postulat sibi mittendas, haud dubie sequi debuisset: ὡς οὐχ ἱκανὸν ὄντα—. Quare magis quadrat altera codicum lectio: ὡς οὐχ ἱκανὰς οὔσας δυοῖν δεούσας εἴκοσι τὰς ἑαυτῶν—, quæ jam ad Cononis classem non satis numerosam refertur. Ita jam Valla in libro suo legerat, quia vertit: *quod suæ duodeviginti impares essent ad confligendum cum hostium quinque et viginti.*—Denique in verbis: καὶ πεντεκαίδεκά τε ναῦς πληρῶν κελεύσας καὶ ὁπλίτας καταλεγόμενος—octo codices particulam: τε ante: ναῦς ignorant. Plane supervacanea est h. l. hæc particula: τε, quia jam: καὶ ante: πεντεκαίδεκα positum idem, quod huic inesset particulæ, involvit, quidquid etiam Baverus doctissimus ad hujus particulæ: τε defensionem protulerit.

Cap. 32. Πέμπει ἐς—Κεντόριπάς τε καὶ Ἀλκυκαίους καὶ ἄλλους, ὅπως μὴ διαφήσωσι τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ ξυστραφέντες κωλύσωσι διελθεῖν—. Lectio: Ἀλκυκαίους haud dubie est falsa. Nam variæ codicum lectiones magis in eo consentiunt, ut legendum sit: Ἀλκυαίους, quod est nomen incolarum urbis in Sicilia satis notæ. Quoniam vero Halicyarum urbs ab illa Centuriparum est nimis remota, et tamen hoc loco utraque urbs conjungitur, Cluverius ingeniose conjecit, legendum esse: Ἀγυριναίους, quo nomine vicinæ urbis incolæ indicarentur. Equidem statim censerem, hanc Cluverii conjecturam esse verisimilem, nisi Thucydides in sequentibus adjecisset: Socios Syracusanorum jam alia via transitum non esse tentaturos, quia ipsis Agrigentini nullam per suos agros viam concesserint. Quam longe autem a Centuriparum urbe abest Agrigentum! Si quis porro Halicyarum situm cum Agrigenti situ comparaverit, facilius sibi persuadebit, quamvis Syracusani ex tota Sicilia sibi socios congregare voluerint, eos tamen non facile per terram continentem adpropinquare Syracusarum urbi præter Camarinæos in capite sequenti commemoratos potuisse, si illæ tres Siciliæ urbes, Centuripæ, Halicyæ et Agrigentum, nullum iis per agros suos transitum permitterent. Hæc igitur ad defendendam codicum lectionem: Ἀλκυαίους mihi sufficere videntur. Præterea etiam undecim codices dicendi ratione inter Atticos magis consueta legere jubent: ὅπως μὴ διαφήσουσι—ἀλλὰ—κωλύσουσι διελθεῖν.

Cap. 33. Σχεδὸν γάρ τοι ἤδη πᾶσα ἡ Σικελία, πλὴν Ἀκραγαντίνων, (οὗτοι δ' οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν)—. Inest his verbis βραχυλογία Thucydidi satis consueta. Equidem ex sequentibus ad illud: πᾶσα ἡ Σικελία supple: μεθ' ἑτέρων ἦσαν, *Jam tota propemodum Sicilia alterutri parti studebat.* Nam satis constat, illud: ἕτερος etiam significare: *alteruter.* Verba igitur, quæ bis ponenda essent, Thucydides semel tantum posuit. Qua interpretandi ratione etiam sequentia cum antecedentibus non committentur. Nam in sequentibus inter Siculos, qui alterutri parti studebant, illi potissimum separantur tanquam Syracusanorum socii, qui prius, quam fœdus inirent, varium belli eventum exspectaverant. Porro in plurimis codicibus atque etiam in Scholiasta legitur: σχεδὸν γάρ τι ἤδη—. Quam lectionem jam Dukerus ex priscis ante Stephanum editionibus jure revocandam esse censuit.—In verbis: ἐπέσχοντο εὐθέως τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιχειρεῖν—etiam amplector verissimam Dukeri sententiam, ut ex duobus codicibus ita distinguantur hæc verba: ἐπέσχον τὸ εὐθέως—, quia verbum: ἐπέχειν magis Activi forma in Thucydide frequentatur.

Cap. 34. Καὶ οἱ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον οἱ ἐν ταῖς—ναυσὶ, οἵπερ τῶν ὁλκάδων ἕνεκα—ἀνθώρμουν—. Aperte superfluum est illud: οἱ ante verba: ἐν ταῖς—ναυσὶ, quia statim sequitur: οἵπερ—ἀνθώρμουν—, neque mihi persuadere possum, a Thucydide, verbis minus abundante, hæc esse scripta. Forte Atticorum more scripserat: περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον τουτονὶ ἐν ταῖς—ναυσὶ—, quod certe huic loco maxime convenire videtur. —In verbis: οἱ μὲν γὰρ Κορίνθιοι καὶ Πελοποννήσιοι πρὸς τῇ γῇ ναυμαχοῦντες ῥαδίως διεσώζοντο—vulgata quidem lectio est elegans et optimum fundit sensum, codices tamen quam plurimi lectionem minus elegantem recipere jubent: ναυμαχοῦντες καὶ διεσώζοντο—*etiam feliciter conservati sunt.* Vocabulum: ῥαδίως igitur ex interpretamento ortum esse videtur. Etiam Vallæ liber non illud exhibuit, quia vertebat: *Corinthii et Peloponnesenses beneficio terræ, prope*

quam dimicarant, liberati sunt.—In verbis denique: ἔστησαν τροπαῖον—ὡς νικήσαντες, ἀπεῖχον τοῦ Ἐρινεοῦ—sine hæsitatione recipienda esse videtur sex codicum lectio: ἀπέχον τοῦ Ἐρινεοῦ—, sicut jam cum Dukero plures interpretes consuerunt.

Cap. 35. Ἦγον διὰ τῆς Θουριάτιδος γῆς—. Novem codices legunt: τῆς Θουριάδος γῆς— atque ita etiam hoc loco legendum esse, Dukerus ex Stephani libro: *de urbibus* docuit.

Cap. 36. Πρὸς τὰς ἐν τῇ Ναυπάκτῳ ναῦς ἐπεσκευασμένοι πρώραθεν ἐναυμάχουν—. Recte quidem adnotavit Abreschius, nullum intercedere h. l. discrimen, utrum: ἐπεσκευασμένοι, an: ἐπισκευασάμενοι legas, tamen præfero lectionem magis consuetam: ἐπισκευασάμενοι, quia etiam octo codicum et Scholiastæ auctoritate nititur. Idem Abreschius in verbis: πρὸς κοῖλα καὶ ἀσθενῆ παρέχοντες τοῖς ἐμβόλοις—conjecturam mihi quidem verisimillimam profert, ut forte legatur: περιέχοντες τοῖς ἐμβόλοις, *superantes impetu rostris facto.* Nam satis constat, particulas: περὶ et: παρὰ sæpenumero in verbis compositis permutari a librariis.—In verbis: τῇ τε πρότερον ἀμαθίᾳ τῶν κυβερνητῶν δοκούσῃ εἶναι, τὸ ἀντίπρῳρον συγκροῦσαι, μάλιστ' ἂν αὐτοὶ χρήσασθαι—attentione dignissima est lectio Marg. Ar. C. Dan. Mosqu. τῇ ἀντίπρῳρον συγκρούσει—, quacum ex parte convenit sex codd. Pariss. et Cass. lectio: τὸ ἀντίπρῳρον συγκρούσει—. Puto igitur, Thucydidem olim scripsisse: τῇ τε πρότερον—δοκούσῃ εἶναι τῇ ἀντιπρῴρων συγκρούσει μάλιστ' ἂν αὐτοὶ χρήσασθαι—. Ita hæc: τῇ—συγκρούσει apte respondent antecedenti: τῇ τε—δοκούσῃ εἶναι—et ejicitur falsa lectio: τὸ συγκροῦσαι cum reliquorum verborum constructione minime concilianda. Sola literarum: ο et: ω mutatio, quam in vocabulo: ἀντιπρῴρων sine codicum auctoritate admisi, ex iis, quæ jam in hoc capite adfuerunt: ἀντιπρῴροις — χρῆσθαι—ἀντίπρῳροι—ταῖς ἐμβολαῖς χρώμενοι—excusari potest. Jam sensus horum verborum existit: *Putabant opposita prorarum collisione, quæ ante gubernatorum inscitia esse facta videbatur, se potissimum in prœlio usuros.*—In verbis denique: οὐκ οὔσης αὐτοῖς ἐς πάντα τὸν λιμένα τῆς ἀνακρούσεως—decem codices articulum: τῆς ante vocabulum: ἀνακρούσεως omittunt, sicut etiam in aliis multis horum librorum locis potest animadverti.

Cap. 37. Καὶ ἡ γυμνητία τῶν Συρακουσίων—. Novem codices scribunt: καὶ ἡ γυμνητεία—. Cum tanta sit scribendi varietas in nominibus primæ declinationis in: ια seu: εια desinentibus, sola codicum auctoritate scriptura magis certa definiri poterit.—In verbis: οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ Ὀλυμπιείου—ἀντεπεξῄεσαν—Grævii codex, unus Paris. et Scholiastes, qui omiserunt vocabulum: Ἀθηναῖοι, suspicionem satis certam de librariorum interpretamento, uti jam Dukerus censuit, confirmant.—In verbis autem antecedentibus: αἱ δὲ νῆες μετὰ τοῦτο εὐθὺς ἐξέπλεον τῶν Συρακουσίων καὶ τῶν ξυμμάχων—quindecim codicum consensu articulus: τῶν ejiciendus est ante vocabulum: ξυμμάχων.

Cap. 38. Νικίας, ἰδὼν ἀντίπαλα τὰ τῆς ναυμαχίας γενόμενα—. Novem codices omittunt: τὰ ante: τῆς ναυμαχίας—. Quod ferri potest, si illud: ἀντίπαλα τῆς ναυμαχίας consueto Thucydidis more dictum esse putamus pro illo: ἀντίπαλον τὴν ναυμαχίαν γενομένην—. In verbis: παρασκευαζόμενοι δὲ ταῦτα ὅλην ἡμέραν διετέλεσαν οἱ Ἀθηναῖοι—omnium fere codicum consensu legendum est: ὅλην τὴν ἡμέραν διετέλεσαν—, sicut jam Wassius legere jusserat.

Cap. 39. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ οἱ Συρακούσιοι τῆς μὲν ὥρας πρωϊαίτερον, τῇ δὲ ἐπιχειρήσει τῇ αὐτῇ τοῦ τε πεζοῦ καὶ τοῦ ναυτικοῦ προσέμισγον—. Plurimorum codicum lectiones in eo consentiunt, ut legendum sit: τῆς μὲν ὥρας πρότερον—. Sed nemo negabit, lectionem receptam esse elegantiorem et aptiorem. Ne tamen a lectione codicum nimis recedamus, sequor codicis Græv. et unius Paris. scripturam: τῆς ὥρας πρωΐτερον—. Eandem confirmant quatuor codd. Pariss. qui lectionem duplicem: πρωΐτερον ἢ τὸ πρότερον—adferunt. Jam etiam adparebit, quam facile: πρωΐτερον et: πρότερον a librariis permutari potuerint. In verbis: τοῦ τε πεζοῦ octo codices omittunt copulam: τε, quæ hoc loco non est necessaria.—In verbis: ὅπως αὐτοὺς ἐκβιβάσαντες τοὺς ναύτας—ἀριστοποιήσωνται—amplector Dukeri sententiam, ut duodecim codicum auctoritate legatur: ὅπως αὐτοῖς ἐκβιβάσαντες—, quia ejusmodi dativi apud Thucydidem frequentantur, et h. l. apte ad illud: αὐτοῖς intelligi ex antecedentibus potest: τοῖς ἐδωδίμοις. Sed: ἀριστοποιήσωνται nolim cum Bavero mutare duorum codicum auctoritate in: ἀριστοποιήσονται, quia sequitur: καὶ—ἐπιχαρῶσι.

Cap. 40. Οὐκ ἐδόκει τοῖς Ἀθηναίοις αὐτοῦ

ὑπὸ σφῶν αὐτῶν διαμέλλοντας κόπῳ ἁλίσκεσθαι—. Ab undecim codicibus omittitur vocabulum: αὐτοῦ. Quod etiam Valla in libro suo non legit. Nam vertebat hæc verba: *Non committendum sibi putavere Athenienses, ut differendo labore a se ipsis superarentur.* Cedendum est igitur tot codicum consensui.—In verbis: οἱ δὲ Συρακούσιοι, δεξάμενοι ἠμύνοντο καὶ ταῖς τε ναυσὶν —χράμενοι—τῶν ἐμβολῶν παρασκευῇ ἀνεῤῥήγνυσαν τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς—vocabulum: ἠμύνοντο haud dubie est suppositum, quia non solum in ipsa narratione est superfluum, cum illud: δεξάμενοι ad: ἀνεῤῥήγνυσαν referri possit, sed a multis quoque codicibus omittitur. Etiam Vallæ liber, sicut ex Latina ejus interpretatione patet, hoc vocabulum omiserat.—Porro Abreschii et Baveri sententia legendum esse censeo: τῶν ἐμβόλων παρασκευῇ, quia ita propter illa legi debet, quæ capite 36 de nautico Syracusanorum apparatu narrantur.

Cap. 41. Ἄνδρας τε τοὺς μὲν ζωγρήσαντες τούς τε ἀποκτείναντες ἀπεχώρησαν—. Novem codices legunt: τοὺς μὲν πολλοὺς ζωγρήσαντες—. Quod quidem mendose scribi putat Wassius, quia forte antecesserat: κατατραυματίσαντες πολλάς. Sed apta mihi videtur esse hæc lectio. Nam si multæ naves sunt, præter septem demersas, etiam læsæ, quanto certius est, etiam multos milites esse captos et cæsos. Valla quoque in libro suo jam invenit hanc lectionem. Vertit enim: *multisque viris tum captis tum occisis.* Præterea etiam scribi debet: τοὺς δὲ ἀποκτείναντες—, sicut in sex codicibus legitur. Nam particula: τε, quæ post: ἄνδρας reperitur, potius ad sequentia: καὶ τροπαῖα—est referenda.—In verbis: τὴν ἐλπίδα ἤδη ἐχυρὰν εἶχον, ταῖς μὲν ναυσὶ πολὺ κρείσσους εἶναι, ἐδόκουν δὲ καὶ τὸ πεζὸν χειρώσεσθαι—varia codicum lectio eo spectare videtur, ut legamus: δοκεῖν δὲ καὶ τὸν πεζὸν χειρώσεσθαι. Nam Gr. et duo Pariss. diserte exhibent: δοκεῖν δὲ—, quæ lectio etiam a Wassio est comprobata. Alii quatuor libri legunt: δοκεῖ δὲ—. Alii duo adferunt vulgatam: ἐδόκουν δὲ—et unus perverso accentu: ἐδοκοῦν, qui quidem accentus saltem vestigia pristinæ lectionis: δοκεῖν retinere videtur. Si porro particulam: δὲ in illo: δοκεῖν δὲ—respicimus, quæ aperte antecedenti: ταῖς μὲν ναυσὶ—εἶναι—respondet, novum ad lectionem: δοκεῖν admittendam reperitur argumentum. Valla quidem in sua interpretatione Latina hujus loci sensum pervertit. Tantum tamen ex ejus verbis adparet, quæ infinitivos repetitos complectuntur, illud: ἐδόκουν in ejus codice non adfuisse. Vertit enim: *sibi pro certo jam persuadentes, se classe multum Atheniensibus antecellere, peditatu vero inferiores esse.* Futurum: χειρώσεσθαι haud dubie pro: χειρωθήσεσθαι, sicut jam de Thucydide futura media pro passivis adhibere solito Dukerus, ad hujus libri cap. 25. adnotavit, est positum. Denique lectionem: τὸν πεζὸν decem codices auctoritate sua confirmant, sicut etiam cap. 38. legebatur: καὶ ὁ πεζὸς ἅμα ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀπῆλθε.

Cap. 42. Καί οἱ ξυντομωτάτην ἡγεῖτο διαπολέμησιν· ἢ γὰρ κατορθώσας ἥξειν Συρακούσας—. Voculam: οἱ octo codices ignorant, cujus etiam rarior est usus in Thucydide. Quare hæc vocula nostro loco ejicienda esse videtur. Pro illo: ἥξειν haud dubie vis major inest septem codicum lectioni: ἕξειν Συρακούσας—, quam longe præfero vulgatæ. Quamvis etiam Regius codex lectionem: ἕξειν tueatur, tamen Gailius nullam lectionis varietatem in hoc vocabulo adnotavit. —In verbis: τήν τε γῆν ἐξελθόντες τῶν Συρακουσίων ἔτεμνον οἱ Ἀθηναῖοι—septem codicum lectionem: ἔτεμον οἱ Ἀθηναῖοι—magis adcommodatam esse censeo Thucydidis dictioni. Nam illud: ἔτεμον sæpe occurrit in ejus libris, ut lib. I. cap. 30.: τῆς γῆς ἔτεμον. lib. II. c. 56.: ἔτεμον τῆς γῆς τὴν πολλήν. lib. V. c. 55.: τεμόντες τῆς Ἐπιδαυρίας ὡς τὸ τρίτον μέρος. lib. VI. c. 75.: τῆς τε γῆς αὐτῶν ἔτεμον.—In verbis: οὐδὲ γὰρ καθ᾽ ἑκάτερα οἱ Συρακούσιοι ἀντεπεξῄεσαν —probabiliorem esse puto novem codicum meliorum lectionem: οὐδὲ γὰρ καθ᾽ ἕτερα οἱ Συρακούσιοι—, quam etiam Valla in libro suo invenisse videtur, quia vertit hunc locum: *adversus neutros enim prodiere Syracusani*—.

Cap. 43. Ἔδοξε τῷ Δημοσθένει πρότερον ἀποπειρᾶσαι τοῦ ἀποτειχίσματος—. Magis vera est duodecim codicum lectio: ἀποπειρᾶσαι τοῦ παρατειχίσματος—. Nam ita etiam capite antecedenti legitur: ὁρῶν τὸ παρατείχισμα τῶν Συρακουσίων—. In verbis: αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ὕπνου—ἐχώρει πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς—duodecim libri omittunt articulum: τοῦ ante: πρώτου ὕπνου—. Puto igitur h. l. esse legendum: ἀπὸ πρώτου ὕπνου, sicut lib. II. c. 2. Thucydides scripserat: περὶ πρῶτον ὕπνον—. In verbis: καὶ ἄνδρας τινὰς τῶν φυλάκων ἀπο-

κτείνουσι—undecim codices ignorant vocabulum: τινὰς, quod h. l. inter interpretamenta esse referendum videtur. Nam: ἄνδρες etiam Græci interdum pro: τινὲς ponunt.—In verbis: τὰ στρατόπεδα, ἃ ἦν ἐπὶ τῶν Ἐπιπολῶν τρία ἐν προτειχίσμασιν—hæc ultima verba: ἐν προτειχίσμασιν non aptum fundunt sensum atque a duodecim codicibus omittuntur, neque etiam in Vallæ libro, sicut ex Latina ejus interpretatione adparet, adfuerunt. Quare etiam librariorum interpretamentis sunt adnumeranda.—Denique in verbis: ἀδοκήτου τοῦ τολμήματος σφίσιν ἐν νυκτὶ γενομένου alium verborum ordinem: τολμήματος ἐν νυκτὶ σφίσι γενομένου—undecim codices, non improbante Wassio, quia haud dubie illud: σφίσι aptius cum: γενομένου construi putat, proponunt.

Cap. 44. Πλὴν τὸ καθ᾽ ἑαυτὸν ἕκαστος, μόγις οἶδεν. Tredecim codices edere jubent: μόλις οἶδεν—, sicut statim in eodem capite occurrit: μόλις ἀπελύοντο—. In verbis: μέγιστον καὶ οὐχ ἥκιστα ἔβλαψεν ὁ παιωνισμὸς—decem codices apte copulam: καὶ inserunt ante: ὁ παιωνισμὸς—, ut legatur: ἔβλαψε καὶ ὁ παιωνισμὸς—. In verbis: κατὰ τὰ πολλὰ τοῦ στρατοπέδου, ἐπεὶ ἅπαξ ἐταράχθησαν—undecim quidem codd. omittunt: τὰ ante: πολλά. Sed satis adparet, quam facile h. l. articulus: τὰ perire potuerit. Quare eum adhuc esse retinendum puto.—In verbis: ἐπειδὴ ἐς τὸ ὁμαλὸν οἱ σωζόμενοι ἄνωθεν καταβαίνοιεν, οἱ μὲν πολλοὶ αὐτῶν—διεφύγγανον—octo codices omittunt: οἱ μὲν ante: πολλοί. Neque etiam h. l. necessarium puto esse illud: οἱ μὲν, quia illi: πολλοὶ simul adjectum est: αὐτῶν. Quamquam vero sequitur: οἱ δὲ ὕστερον ἥκοντες, tamen non opus est antecedenti: οἱ μὲν, quia constat, loco: οἱ μὲν sæpe vocabulum: πολλοὶ, sicut hic legitur, aut aliud simile verbum antecedere solere.

Cap. 47. Ἐπειδὴ ἔσφαλτο, διεξιέναι ἐψηφίζετο καὶ μὴ διατρίβειν—. Duodecim codices legunt: ἐξιέναι ἐψηφίζετο—. Quæ lectio haud dubie est præferenda, quia particula: διὰ librariorum errore adjecta esse videtur ex sequenti: διατρίβειν, quod simul scribentis librarii oculis obversabatur. Ita supra cap. 43. etiam librarii male posuerant: ἀποτειχίσματος, quia modo antecesserat: ἀποπειράσαι. Codices, qui ex interpretamento legunt: ἀπιέναι, ad confirmandam lectionem veram: ἐξιέναι conducunt. Etiam Scholiastes et Valla ita legisse videntur. Nam ille interpretatur: ἀπάγειν τὴν στρατιὰν, hic vertit: *decedere potius*—. In verbis: καὶ τῇ πόλει ὠφελιμώτερον εἶναι ἔφη—duodecim codicum auctoritate neque alia de causa legendum est mutato ordine: ὠφελιμώτερον ἔφη εἶναι—.

Cap. 48. Τὸ δέ τι καὶ τὰ τῶν πολεμίων, ἀφ᾽ ὧν ἐπιπλέον, ἢ ἄλλοι, ᾐσθάνετο αὐτῶν, ἐλπίδος τι ἔτι παρεῖχε—. Præferenda est duorum codicum lectio: τόδ᾽ ἔτι καὶ τὰ—. *Præterea etiam hostium status—spem ei nonnullam adhuc præbebat.* Verum est quidem, si ita emendamus, bis particulam: ἔτι in eodem membro occurrere. Sed primo tenendum est, post parenthesin longiorem, quæ interjecta est, hanc repeti particulam, deinde vario etiam significatu eam bis adhiberi. Porro octo codices legunt: ἢ οἱ ἄλλοι ᾐσθάνετο αὐτῶν—. Qua lectione inprimis lis illa, quo vocabulum: αὐτῶν referri debeat, dirimi videtur. Nam: αὐτῶν mea quidem sententia est genitivus partitionis et debet cum illo: οἱ ἄλλοι, commate post: ἄλλοι sublato, conjungi: *quem quidem statim melius quam alii illorum,* (qui in consilio aderant) *perspexerat.*—Contra vero in verbis hujus capitis: ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι σφῶν ταῦτα οὐκ ἀποδέξονται—omittendus est ante: Ἀθηναῖοι articulus: οἱ, quem duodecim codices ignorant.—In verbis: χρήμασι γὰρ αὐτοὺς ξενοτροφοῦντας καὶ ἐν περιπολίοις ἅμα ἄλλα ἀναλίσκοντας—octo codices aptissimam proferunt lectionem: καὶ χρήμασι γὰρ αὐτοὺς—, quia illud: καὶ bene respondet alteri: καὶ ante: περιπολίοις, ut sit: *non solum—sed etiam—*. Vocabulum autem: ἄλλα ante: ἀναλίσκοντας novem codices ejiciunt. Etiam Wassius illud: ἄλλα non necessarium esse h. l. putat, quia ad: ἀναλίσκοντας ex antecedentibus apte suppleri potest: χρήματα. Quare hoc vocabulum: ἄλλα librariorum interpretamentis adnumero.—In verbis: δισχίλια γὰρ τάλαντα ἤδη ἀνηλωκέναι—sex codicum lectio: ἤδη ἀναλωκέναι antiquorum Atticorum scripturam adcurate restituit.—Denique in verbis: καὶ μὴ, χρήμασιν, ὡς πολὺ κρείσσους εἰσὶ, νικηθέντας ἀπιέναι—comma post: χρήμασιν tollendum censeo, ut hoc vocabulum cum sequentibus: ὡς πολὺ κρείσσους εἰσὶ, conjungatur. Quæ verba de Syracusanis, qui non majoribus, quam Athenienses, gaudeant opibus, interpretor.

Cap. 49. Ὁ μὲν Νικίας ταῦτα λέγων ἰσχυρίζετο—. Undecim codices legunt: Νικίας τοσαῦτα λέγων—. Wassio non sine causa hæc lectio placet, quia orationem Niciæ

jactationis plenam in tanta Atheniensium miseria indicat.—In verbis: ποϑοῦντες τὰ τῶν πολεμίων καὶ ἐκείνους βλάψουσι—inepta et falsa verborum: πορϑοῦντες τὰ τῶν πολεμίων interpretatio a Scholiasta adfertur: ἤγουν τοὺς πολεμίους. Nam statim sequitur in nostro scriptore: καὶ ἐκείνους βλάψουσι, quibus verbis plane refutatur Scholiastes. Sed magis memoratu digna est varia lectio decem codicum: ποϑοῦντες τὰς τῶν πολεμίων—. Si vera est hæc lectio, quod verisimile est propter tot librorum consensum, haud dubie ἀπὸ κοινοῦ ex antecedentibus, ubi de fœderatis Tapsi et Catanæ urbibus, quas adire deberent Athenienses, loquitur Thucydides, ad verba: τὰς τῶν πολεμίων supplendum est: πόλεις. Simili ratione Thucydides lib. III. cap. 33. narrat: πορϑῶσιν ἅμα προσπίπτοντες τὰς πόλεις—. In verbis: οὐδενὶ τρόπῳ, ἔφη, ἀρέσκειν, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι μένειν, admittenda est apta undecim codicum lectio: οὐδενὶ τρόπῳ οἱ ἔφη ἀρέσκειν—.

Cap. 50. Ἀπενεχϑέντες γὰρ ἐς Λιβύην καὶ δόντων Κυρηναίων τριήρεις δύο—καὶ—ξυμμαχήσαντες καὶ νικήσαντες—καὶ αὐτόϑεν παραπλεύσαντες—ἀφίκοντο ἐς Σελινοῦντα. Novem codices legunt: ἀπενεχϑέντων γὰρ ἐς Λιβύην—. Lectio recepta haud dubie est elegantior. Tamen negari non potest, si eam retinemus, superfluam esse copulam: καί ante: δόντων Κυρηναίων. Si vero illam novem codicum lectionem admittimus, non amplius abundat copula: καί. Præterea talis permutatio constructionis in Thucydide, inprimis post longam parenthesin, non exemplis caret, ut in una periodo diverso casu idem Subjectum indicetur. Conferantur Dukeri observationes ad lib. VII. cap. 42. et cap. 70. ubi pluribus exemplis docuit, hanc enallagen casuum sæpe obviam esse in Thucydide. Ita h. l. si codicum lectionem sequeremur, primo de Peloponnensibus, qui in Sicilia advenerant, casu absoluto genitivi mentio injiceretur, deinde de iis nominativus cum verbo finito conjungeretur. Triplex autem copula ante: ξυμμαχήσαντες—νικήσαντες—παραπλεύσαντες tunc indicaret: *non solum—et—sed etiam.*—In verbis: δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτὸς πλοῦς ἀπέχει—sequor septem codicum lectionem: δύο ἡμερῶν. Ita etiam Thucydides lib. I. cap. 82.: ἐτῶν δύο, et lib. III. c. 89.: δύο νεῶν scripserat.—In verbis: οὐδὲ ὁ Νικίας ἔτι ὁμοίως ἠναντιοῦτο ἀλλ' ἢ μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν ψηφίζεσϑαι—decem codices legunt: ἠναντιοῦτο ἄλλο εἰ μὴ φανερῶς γε ἀξιῶν μὴ ψηφίζεσϑαι. Particulam: εἰ male in his codicibus pro vera lectione: ἢ adhiberi, facile adparet. Sed reliqua tamen horum codicum verba non sunt rejicienda. Nam repetita negatio: μὴ Græcorum dicendi ratione vehementiorem involvit negationem. Ex his igitur libris h. l. legendum esse puto: ἠναντιοῦτο ἄλλο, ἢ μὴ φανερῶς ἀξιῶν μὴ ψηφίζεσϑαι. Illud: ἄλλο plenius tanquam accusativus Græcus exprimeretur: κατὰ ἄλλο. In verbis: οὐδ' ἂν διαβουλεύσασϑαι ἔτι ἔφη, πρὶν, ὡς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο, τρὶς ἐννέα ἡμέρας μεῖναι—admittenda est apta duodecim codicum et Scholiastæ lectio: πρὶν, ὡς οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο.

Cap. 51. Αὐτῶν κατεγνωκότων ἤδη μηκέτι κρεισσόνων εἶναι σφῶν μήτε ταῖς ναυσὶ, μήτε τῷ πεζῷ. Undecim codices omittunt articulum: ταῖς ante: ναυσὶ, qui etiam, quia plurium codicum consensus accessit, h. l. abesse potest.—In verbis: τῇ μὲν προτεραίᾳ πρὸς τὰ τείχη τῶν Ἀϑηναίων προσέβαλλον—duodecim codices legunt: τῇ μὲν προτέρᾳ πρὸς τὰ τείχη—. Quam codicum lectionem præfero, quia res gestæ prioris diei inter duos dies, qui prœlio erant insignes, narrantur. Quare h. l. minus quadrat illud: προτεραίᾳ, *pridie.* Neque etiam illud: τῇ δ' ὑστεραίᾳ, quod sub initium cap. 52. legitur, ad rejiciendam hujus loci lectionem: προτέρᾳ conferre potest. Nam Thucydides etiam: ὑστεραῖος illo sensu, ut indicet: *posterior*, adhibet. Ut lib. VII. cap. 11. in verbis: μάχῃ τῇ μὲν πρώτῃ νικᾶται ὑφ' ἡμῶν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ—ἀνεχωρήσαμεν.

Cap. 52. Καὶ ἐπεξαγαγόντα τῷ πλῷ πρὸς τὴν γῆν μᾶλλον νικήσαντες—. Decem codices legunt: καὶ ἐξάγοντα τῷ πλῷ. Duo adferunt: ἐξαγαγόντα, unde tandem lectio vulgata: ἐπεξαγαγόντα fluxisse videtur. Nam præfero hanc decem codicum lectionem, quia vulgata non bene cum illo: πρὸς τὴν γῆν conjungi potest. Cum Eurymedon classis cornu dextrum versus litus extenderet, non in litus impetum hostilem (quod simul indicaretur illo: ἐπεξαγαγόντα) erat facturus, sed cincturus hostium classem. Quare tantum extendisse (ἐξάγοντα) dextrum classis cornu versus litus dicitur. Quia vero antea scripserat Thucydides: ἔχοντα τὸ δεξιὸν κέρας—, etiam in illa codicum lectione: ἐξάγοντα tempus præsens bene quadrat.

Cap. 53. Καὶ αὐτοὺς οἱ Τυρσηνοὶ (οὗτοι γὰρ ἐφύλασσον τοῖς Ἀϑηναίοις) ταύτῃ ὁρῶντες

ἀτάκτως προσφερομένους—. Decem codices omittunt: ταύτῃ ante: ὁρῶντες. Sed Valla videtur illud: ταύτῃ in codice suo legisse, quia vertit: *illic enim præsidio pro Atheniensibus stabant.* Bauerus etiam illud: ταύτῃ esse necessarium et ad: ἐφύλασσον, non ad: ὁρῶντες referendum putat. Quia vero in nostro loco illud: ταύτῃ potest ἀπὸ κοινοῦ intelligi, (nisi enim illo loco in statione positi essent Hetrusci, certe non eos potuissent animadvertere,) mihi propter tot codicum consensum ex librarii interpretamento adhæsisse huic loco videtur.—In verbis: καὶ νικήσαντες ἐπεδίωξαν καὶ ὁπλίτας τε πολλοὺς ἀπέκτειναν, καὶ τὰς ναῦς τὰς μὲν πολλὰς διέσωσαν—δυοῖν δεούσας εἴκοσιν, ἃς οἱ Συρακούσιοι—ἔλαβον—plura sunt, quæ emendatione indigeant. In duobus codicibus pro illo: ἐπεδίωξαν legitur: ἀπεδίωξαν, quod haud dubie nostro loco est aptissimum, et constat, particulas: ἀπ' et: ἐπ' a librariis sæpenumero esse mutatas. Sicut lib. V. c. 49.: ἀπενεγκεῖν et: ἐπενεγκεῖν erat permutatum. Porro undecim codices lectionem magis veram adferunt: ὁπλίτας τε οὐ πολλοὺς—, sicut etiam Valla legebat, cum verteret: *occisis armatorum non ita multis*—. Cui codicum lectioni inprimis etiam ex illo Diodori Siculi testimonio, qui narrat: ἀπώλοντο δὲ τῶν μὲν Συρακουσίων ὀλίγοι, magna auctoritas accedit. Denique verba: δυοῖν—ἔλαβον—Valla vertit: *Quarum duodeviginti cepere Syracusani ac socii.* Ex qua illius interpretatione saltem, Vallam non: ἃς ante: οἱ Συρακούσιοι legere, adparet. Profecto etiam nihil magis turbat illorum verborum conjunctionem, quam articuli: ἃς adjectio, quæ facile ex tribus literis sequentibus: οἱ Σ—male repetitis et deinde correctis a librario male sedulo originem potuit repetere. Neque etiam verisimilitudine caret Hudsoni conjectura, Vallam in his simul verbis legisse: δυοῖν δὲ δεούσας—. Quæ particula huic loco aptissima facillime a prima syllaba sequentis vocabuli: δεούσας intercipi potuit, et a Valla simul sub illo pronomine relativo: *quarum* indicabatur. Optime etiam hujus particulæ additamentum cum antecedenti: τὰς μὲν πολλὰς conferri poterit. Ex iis igitur, quæ jam adnotavimus, ita optime codicum auctoritate et conjecturis hujus loci lectio constituetur: καὶ νικήσαντες ἀπεδίωξαν καὶ ὁπλίτας τε οὐ πολλοὺς ἀπέκτειναν, καὶ τὰς ναῦς τὰς μὲν πολλὰς διέσωσαν—δυοῖν δὲ δεούσας εἴκοσιν οἱ Συρακούσιοι—ἔλαβον—. Ex verbis vero ultimis: καὶ παύσαντες τὴν φλόγα καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα, τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν—forte vera Thucydidis scriptura: καὶ τῷ μὴ προσελθεῖν—est eruenda.

Cap. 55. Γεγενημένης δὲ τῆς νίκης—ἤδη τοῦ ναυτικοῦ—. Decem codices legunt: ἤδη καὶ τοῦ ναυτικοῦ—, quod bene quadrat, quia Syracusani etiam antea in pugna terrestri se victoriam deportasse gloriabantur.—In verbis: πόλεσι γὰρ ταύταις μόναις ἤδη ὁμοιοτρόπως ἐπελθόντες—καὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ μεγέθη ἐχούσαις—quindecim codices lectionem longe aptiorem: ὁμοιοτρόποις ἐπελθόντες—exhibent, quæ haud dubie est admittenda atque etiam in Vallæ libro occurrebat, quia vertit: *quæ eisdem institutis—degerent.* Sed præterea etiam decem adferunt: καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις—et pro illo: καὶ μεγέθη septem codices scribunt: μεγέθει—. Quia vero ad hanc lectionis varietatem vocabulum: ἐχούσαις non quadrat, amplector verissimam Dukeri conjecturam, ut: ἰσχυούσαις legendum sit. Nam si simul legimus: μεγέθει, facile adparebit, quomodo prima litera in: ἰσχυούσαις ab ultima antecedentis vocabuli: μεγέθει litera intercipi potuerit. Ceterum jam Dukerus adnotavit, illi decem codicum lectioni majorem inesse verborum elegantiam. Est igitur verisimile, Thucydidem ita hunc locum scripsisse: καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ μεγέθει ἰσχυούσαις.—In verbis: οὔτ' ἐκ παρασκευῆς, πολλῷ κρείσσους—cum Scholiasta suppleo: ὄντες et commate post: παρασκευῆς sublato, hæc verba de Atheniensibus intelligo, qui bellico adparatu et copiis non præstare Syracusanis potuerint.—In verbis ultimis: τά τε πρὸ αὐτῶν ἠπόρουν, καί, ἐπειδή γε ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν, ὃ οὐκ ἂν ᾤοντο, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἠθύμουν—etiam varia, codicum auctoritate et ipsa narrationis serie ita postulante, sunt mutanda, ut potius legamus: τά τε πρὸ αὐτῶν ἐπόρουν καὶ ἐπειδή γε καὶ ταῖς ναυσὶν ἐκρατήθησαν, ὃ οὐκ ἂν ᾤοντο, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔτι. Ad verba: πρὸ αὐτῶν, quæ octo libri adferunt, intelligendæ sunt res infeliciter ab Atheniensibus gestæ. Nam ante illam calamitatem ipsis immissam jam animo utebantur dubio et anxio. In verbis: ἐπειδή γε καί, quæ a novem codicibus ita leguntur, particula: καὶ indicat: *adeo*, quia re nautica Athenienses hactenus longe superiores fuerant. Lectio autem: μᾶλλον ἔτι, sine adjecto vocabulo: ἠθύμουν, novem

quoque codicum auctoritate nititur, et facile illud: ἠπόρουν ex antecedentibus ad hæc verba potest suppleri.

Cap. 56. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι μόνον ἔτι τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο—. Unus Paris. legit: αὐτοῦ ἡσσηθῆναι. Unus exhibet: αὐτοὶ ἡσσηθῆναι. Alius: αὐτοὺς ἡσσηθῆναι. Tres codices: αὐτοὺς μὴ ἡσσηθῆναι. Duo Pariss.: αὐτοῦ σωθῆναι. Codices Cass. et August.: αὐτοῦ ὑσσωθῆναι. Mosqu.: αὐτοὺς σωθῆναι. Dukerus lectionem receptam: τοῦ αὐτοὶ σωθῆναι eo inprimis defendit, quia sequatur: ἀλλ' ὅπως ἐκείνους κωλύσωσι; ad quæ verba illud: σωθῆναι etiam suppleri debeat. Sed ad: κωλύσωσι ex antecedentibus etiam apte suppleri potest: ἐκπλεῖν, et verisimilius est, hoc vocabulum esse intelligendum, quia hæc sententia, quam vulgata lectio ex Dukeri et Vallæ interpretatione continet, nimis in universum proposita ideoque ab hoc loco aliena esse videtur. Nam quodvis bellum de salute civium tuenda et illa hostium prohibenda geritur. Quare nulla causa satis idonea adparet, cur illam sententiam Thucydides, cum jam sæpius Syracusani victoriam deportassent et fere ad incitas redacti essent Athenienses, hoc potissimum loco proposuerit. Huc accedit etiam magna lectionum varietas, quæ illud: αὐτοὶ a Dukero prælatum minus defendit atque etiam magis in lectione: ἡσσηθῆναι, quam in altera: σωθῆναι, consentit. Puto igitur Thucydidem scripsisse: περὶ τοῦ αὐτοῦ ἡσσηθῆναι μόνον—. Ad illud: αὐτοῦ jam ex antecedentibus intelligo: λιμένος, ut horum verborum sensus existat: *Nam non solum de eo jam curam agebant, ut in illo portu superarentur Athenienses prœlio navali, sed ut illi etiam prohiberentur, quo minus clam ex portu discederent.* Certe hic sensus verborum toti, quæ antecesserat, narrationi quam maxime convenit atque plurimorum simul codicum vestigiis nititur.—In verbis ultimis: πλήν γε δὴ τοῦ ξύμπαντος λόγου τοῦ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ—, antequam Abreschii interpretationem legebam, qui illud: λόγου pro: συλλόγου positum esse arbitratur, jam conjeceram legendum esse: τοῦ ξύμπαντος ξυλλόγου—. Nam illud: ξυλλόγου facile cum altero: λόγου librariorum incuria commutari potuit, quia vocabulum proximum: ξύμπαντος eadem syllaba incipiebat et in litera: σ, sæpe cum: ξ commutata, desinebat. Certe Abreschius nonnullis scriptorum locis significationem: λόγος pro: ξύλλογος aut: ἀριθμὸς confirmare debuisset.

Cap. 57. Τοῖς μὲν ξυγκτησόμενοι τὴν χώραν, τοῖς δὲ ξυνδιασώσοντες ἐπὶ Συρακούσας ἐπολέμησαν—. Undecim libri legunt: ξυγκτησόμενοι τὴν χώραν ἐλθόντες, quod Wassio non sine causa placet, quia illud: ἐλθόντες, tantum verbo: ξυγκτησόμενοι adjectum, simul Atheniensium et sociorum, qui Siciliam occupaturi erant, repentinum ex longinquo loco adventum indicat. Nam tali sensu participium: ἐλθὼν sæpe verbis finitis adjungi, satis constat. Porro Baveri conjectura, ut legatur: ἐπί Συρακούσαις ἐπολέμησαν, mihi quidem verisimillima esse videtur. Nam ita illud: ἐπὶ Συρακούσαις ad utrumque Atheniensium et Siculorum exercitum propter Syracusas bello occupatorum apte referri potest. In lectione recepta: ἐπὶ Συρακούσας simul inest ingrata repetitio, quia modo adfuerat: ἐπὶ Σικελίαν, et haud dubie his verbis inducti sunt librarii, ut postea etiam male legerent: ἐπὶ Συρακούσας.—In verbis: ὡς ἑκάστοις τῆς ξυντυχίας, ἢ κατὰ τὸ ξύμφερον ἢ ἀνάγκης ἔσχον— jam Dukerus mendum quoddam latere suspicabatur. Abreschius igitur conjecit, legendum esse: ἑκάστοις τὰ τῆς ξυντυχίας—, sed forte leniori emendatione vera hujus loci lectio restituetur, si legimus: ἑκάστοις τὶ ξυντυχίας—. Nam litera: σ in fine: τῆς facile ex initio sequentis vocabuli: ξυντυχίας sive: συντυχίας adhærere potuit. Præterea jam admittenda erit quatuor librorum lectio: ἀνάγκη ἔσχεν. Aptissimus enim verborum sensus existet, si jam legimus: ὡς ἑκάστοις τὶ ξυντυχίας ἢ κατὰ τὸ ξυμφέρον (sc. ἦν) ἢ ἀνάγκη ἔσχεν, *ut cuilibet casus quidam offerebatur, aut utile erat, aut rerum necessitas postulabat.* Lectionem: ἀνάγκη ἔσχεν—etiam falsa lectio unius Paris.: ἀνάγκην ἔσχεν—et aliorum duorum: ἀνάγκη ἐσχενον—confirmant.—In verbis: καὶ ἀνάγκῃ, ὅμως Ἴωνές τε ἐπὶ Δωριέας ἠκολούθουν—particula: τε nihil habet, ad quod in antecedentibus sive in sequentibus apte referatur, quare olim scriptum fuisse conjicio: ὅμως Ἴωνές γε ἐπὶ Δωριέας, *tamen Iones quidem contra Dorienses.*—In verbis: ὅτι θαλάσσης ἐκράτουν Ἀθηναῖοι—novem codices legere jubent: ἐκράτουν οἱ Ἀθηναῖοι—, quod in loco, ubi plurima quidem nomina propria sine articulo posita reperiuntur, facile ad vim horum verborum augendam: *quia maris imperium tenebant illi Athenienses*—admitti potest.—Ita etiam in verbis:

τοὺς μετὰ τῶν Κορινθίων ἐλθόντας Ἀρκάδας— novem codices articulum: τῶν omittunt ante: Κορινθίων, sicut in eodem capite antea legebatur: τοὺς ἅμα Γυλίππῳ μετὰ Ἀθηναίων—. Quare etiam horum novem codicum auctoritatem sequor.

Cap. 58. Συρακουσίοις δὲ ἀντεβοήθησαν καὶ Καμαριναῖοι μέν—. Particulam: καὶ ante: Καμαριναῖοι, quæ h. l. est superflua, octo codices omiserunt. Etiam in Vallæ libro ignorabatur, quia vertit: *Auxilio fuere Camarinenses, eorum finitimi.*—In verbis: οὗτοι δὲ καὶ μόνοι ἐξ αὐτοῦ ἐβοήθησαν—undecim codices mutato ordine legere jubent: οὗτοι δὲ καὶ ἐξ αὐτοῦ μόνοι ἐβοήθησαν—. In verbis: καὶ πρὸς ἅπαντας αὖθις, ὡς εἰπεῖν, τοὺς ἄλλους Συρακουσίους αὐτοὶ πλείω ἐπορίσαντο— omnes fere interpretes in eo consentiunt, vulgatam lectionem admitti non posse. Lectio emendata: Συρακούσιοι αὐτοὶ, quæ in codice Reg. reperitur, et quæ Dukero aliisque placet, etiam in Vallæ interpretatione Latina est expressa: *Præ omnibus (ut sic dicam) aliis Syracusani ipsi plus copiarum præstiterunt.* Omnes tamen codices, qui jam collati sunt, legunt: Συρακουσίους—. Forte verba: ὡς εἰπεῖν, quæ ab hoc loco etiam Baverus aliena esse censet, ad vestigia veræ lectionis indaganda conferre poterunt, si emendamus: Συρακουσίοις αὐτοὶ πλείω ἐπορίσαντο. Ita etiam vere in uno Parisiensi: Συρακουσίοις —legitur. Quam facile Συρακουσίοις in falsam lectionem: Συρακουσίους mutari potuerit, non solum propter plures accusativos in hoc loco obvios, sed etiam propter adsiduam literarum: υ et: ι permutationem, plane intelligitur. Inceperat autem hoc caput cum verbis: Συρακουσίοις δὲ ἀντεβοήθησαν Καμαριναῖοι, et jam deinceps populi enumerabantur, quorum auxilio usi fuerint Syracusani. Ad illud igitur capitis initium nostro loco respicere videtur Thucydides: *Porro præ omnibus aliis plura Syracusanis, ut ita dicam, ipsi suppeditarunt* (sc. Syracusani). Hæc igitur emendatio nobis rationem de additamento verborum: ὡς εἰπεῖν, quod cum illo Herodoti lib. VIII. 115.: ὡς εἶπαι, comparo, reddet, quia sane insolens, sed tamen simul faceta est dicendi ratio: Præ omnibus auxilium longe majus Syracusanis ipsi tulerunt Syracusani.

Cap. 59. Οἵ τε οὖν Συρακούσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι εἰκότως ἐνόμισαν καλὸν ἀγώνισμα σφίσιν εἶναι—. In quatuordecim codicibus desunt verba: καὶ οἱ ξύμμαχοι—. Non dubito, quin hæc ab interprete antiquo, sicut etiam aliis locis fiebat, adscripta sint, cum facile sub illo: Συρακούσιοι etiam sociorum copiæ cum iis conjunctæ intelligi possint. Porro pro: καλὸν ἀγώνισμα tredecim codices legunt: καλὸν ἀγῶνα. Sed retinenda est lectio recepta: ἀγώνισμα, quia etiam aliis locis idem verbum simili ratione usurpatur, ut cap. 56.: καλὸν σφίσι—τὸ ἀγώνισμα φανεῖσθαι, et cap. 86.: καλὸν τὸ ἀγώνισμα ἐνόμιζέν οἱ εἶναι. Porro etiam Scholiastes h. l. legit: ἀγώνισμα. Syllaba denique ultima in vocabulo: ἀγώνισμα intercepta esse videtur a duplici consonante primæ syllabæ in vocabulo sequenti: σφίσι.

Cap. 60. Ἐβουλεύσαντο τὰ μὲν τείχη τὰ ἄνω ἐκλιπεῖν—. Undecim codd. legunt: τὰ μὲν τείχη τῶν ἄνω ἐκλιπεῖν—. Quæ lectio non est spernenda. Nam: τὰ ἄνω aperte dicitur de regionibus arduis et in loco editiori sitis, sicut lib. I. cap. 120.: τὰ κάτω loca depressiora eaque maritima adpellantur. Nostro quidem loco: τὰ τείχη τῶν ἄνω—opponuntur illi: πρὸς αὐταῖς ταῖς ναυσὶν—διατειχίσματι—. In verbis: παρεκελεύσατο τότε πρῶτον καὶ ἔλεξε τοιάδε—septem codices legunt: παρεκελεύσατό τε πρῶτον—, quod jure prætulit Dukerus, quia illud: τότε h. l. non aptum fundit sensum et facile ex ultima syllaba antecedentis vocabuli: παρεκελεύσατο male duplicata oriri potuit. Eodem modo cap. 65. conjunguntur: παρεκελεύσαντο—καὶ ἔλεξαν τοιάδε.

Cap. 63. Ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι πολὺ πλεῖον μετείχετε—. Omnes fere codices ignorant particulam: μὴ ante: ἀδικεῖσθαι. Mihi quidem ex interpretamento orta esse particula: μὴ videtur, quia facile ἀπὸ κοινοῦ in loco nostro intelligi potest.—In verbis: ὥστε, κοινωνοὶ μόνοι ἐλευθέρως ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες, δικαίως ἂν αὐτὴν νῦν μὴ καταπροδίδοιτε—non ferenda est lectio: καταπροδίδοιτε, cum inprimis plurimi codices lectionem meliorem: μὴ καταπροδίδοτε adferant. Ex hac vera lectione deinde lectio male recepta: καταπροδίδοιτε, et ex hac alia nonnullorum codicum lectio: καταπροδοίητε est orta.

Cap. 64. Τούς τε Ἀθηναίους ὑμῶν πάλιν αὖ καὶ τάδε ὑπομιμνήσκω—. Quindecim codices legunt: τούς τε Ἀθηναίους ἡμῶν—, quod mihi quidem aptissimum videtur. Nam primo Athenienses simul cum sociis allocutus erat. Ut igitur se adnumeraret Athenarum civibus, pronomen: ἡμῶν posuit, sed simul verbum: ὑπελίπετε secun-

da persona adposuit, quia conjuncta Atheniensium et sociorum concione utriusque generis milites adloquebatur.

Cap. 65. Παρηγγέλθη δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβουλὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν—. Lectio: ἐπιβουλὴ non a Thucydide profecta esse videtur. Nam sex libri cum Vallæ libro et Scholiasta legunt: ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν—et ita etiam hoc Niciæ artificium cap. 62.: χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαὶ—describebatur. Valla vertit: *de manibus ferreis, quas in ipsorum naves injecturi essent.* Scholiastes autem illud: ἐπιβουλὴ explicat vocabulo: ἀντίληψις, quæ explicatio magis ad lectionem: ἐπιβολὴ illustrandam confert. Ita Thucyd. lib. II. c. 49. occurrit: ἀκρωτηρίων ἀντίληψις, *læsio extremarum membri partium, cum pestis corriperet* saltem *extremas* pudendorum, manuum et pedum *partes.*

Cap. 67. Ἡμῶν δὲ τό, τε ὑπάρχον πρότερον—καὶ τῆς δοκήσεως προσγενομένης αὐτῷ—διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς. Omnes fere codices atque etiam Vallæ liber legunt: ὑμῶν δὲ τό, τε ὑπάρχον—. Nam Valla vertit: *At vobis—duplex adesse singulis spes debet.* Singularis quidem vis illi codicum lectioni inesse videtur. Ita enim non sola spes a Gylippo concepta, sed omnium simul Syracusanorum atque sociorum spes conjuncta indicatur. Porro etiam apta in hoc loco est duodecim codicum lectio: τῆς δοκήσεως προσγεγενημένης αὐτῷ—. Nam præterito simul temporis præsentis notio, quæ hic etiam requiritur, sæpe inest.—Eandem lectionem illi quoque libri confirmant, qui male legunt: προγεγενημένης.—In verbis: πολλοὶ δὲ ἀκοντισταὶ χερσαῖοι, ὡς εἰπεῖν—septem codices cum vi majore legunt: πολλοὶ δὲ καὶ ἀκοντισταὶ—, ut indicetur: *jaculatores adeo continenti terræ adsueti.*

Cap. 69. Ὅσα ἐν τῷ τοιούτῳ ἤδη τοῦ καιροῦ ὄντες ἄνθρωποι οὐ—φυλαξάμενοι εἴποιεν ἂν—ἀλλ' ἐπὶ τῇ παρούσῃ ἐκπλήξει ὠφέλιμα νομίζοντες ἐπιβοῶνται—. Plurimi codices legunt: καιροῦ ὄντος ἄνθρωποι—. Sed jure hæc lectio, si eam cum recepta comparamus, improbatur. Forte Thucydides scripserat: ἐν τῷ τοιούτῳ ἤδη τοῦ καιροῦ ὄντως ἄνθρωποι—*quæ homines certe dicerent.*—In verbis: καὶ τὸν καταλειφθέντα διέκπλουν βουλόμενοι βιάσασθαι—novem codices lectionem: τὸν παραλειφθέντα διέκπλουν—tuentur, quæ etiam ipsa Scholiastæ explicatione: παραλέλειπτο, ὥστε μὴ ἐξεῦχθαι, confirmari videtur. Eodem quoque falsa lectio duorum codd.: παραληφθέντα—respexit. Quare tot codicum auctoritas non est negligenda.

Cap. 70. Ἐπειδὴ δ' οἱ Ἀθηναῖοι προσέμισγον—. Simul cum Dionysii Halicarnass. libro octo codices legunt: ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι—. Unus exhibet: ἐπειδὴ δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι—. Duo scripserunt: ἐπειδὴ δὲ ἄλλοι οἱ Ἀθηναῖοι—. Cum igitur in plurimis libris adjiciatur: ἄλλοι, quod aperte illam Atheniensis exercitus partem respicit, quæ ad pontem portus expugnandum emissa erat, haud dubie codicum illorum auctoritate legendum est: ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι—. In verbis: Καὶ ἐπειρῶντο λύειν τὰς κλῄσεις—Dionysius Halicarnass., ubi hunc Thucydidis locum laudat, et quatuor codices recte legunt: τὰς κλείσεις—, quod etiam h. l. Gottleberi judicio est admittendum, sicut jam adnotaverat ad lib. II. c. 17. quia nondum ætate Thucydidis ille Ionismus inter Atticos erat receptus. Ceterum Thucydidis lectorem latere non potest, in ejus codicibus maximam scripturæ varietatem, ut innumeris locis illud: ει et: η inter se, inprimis in fine nominum propriorum, permutentur, deprehendi. Propter talem codicum inconstantiam saltem illa scribendi ratio, quam uno loco certa codicum auctoritate secuti sumus, etiam alio loco, si vel codices minus addixerint, est retinenda. Cum igitur supra lib. II. cap. 94. jam editum sit: λιμένων τε κλείσει—, haud dubie etiam nostro loco retinendum est: τὰς κλείσεις. Eodem modo etiam recte editum erat cap. 60.: ἀπόκλεισιν ὁρῶσι—, quamvis codices plures legerint: ἀπόκλησιν.—Major vero codicum consensus cap. 59. lectionem veram: ἔκλειον—et lib. II. c. 17. lectionem: κλειστὸν confirmavit.—In verbis: αἱ μὲν ἐμβολαί, διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀνακρούσεις καὶ διέκπλους, ὀλίγαι ἐγίγνοντο—omnes fere codices atque etiam Dionysii Halicarn. libri legere jubent: αἱ μὲν ἐκβολαί—. Quam vero lectionem neque Dukerus neque alii interpretes esse admittendam censent. Certum est, librarios innumeris locis literas: κ et: μ permutare. Sed h. l. tamen pluribus de causis lectionem codicum esse admittendam censeo. Nam si: ἐμβολαὶ h. l. indicaret: *incursus,* sicut vere explicat Baverus, Thucydidis narratio, de hoc prœlio prolata, non careret repugnantia, quia statim in sequentibus adjicitur: τὰ μὲν ἄλλοις ἐμβεβληκέναι, τὰ δὲ αὐτοὺς ἐμβεβλῆσθαι—, quod aperte de multiplici impetu in naves

fact est explicandum. Præterea etiam verba: διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ἀνακρούσεις καὶ διέκπλους, quæ huic lectioni adjecta sunt, magis ad defendendam codicum lectionem: ἐκβολαὶ conducunt. Nam impetus in naves multo facilius fieri potuisset, quia neque e loco suo recedere neque e portu evadere poterant. Quare potius de navium egressione h. l. agitur, quæ, cum neque recedere neque in altum per portus ostium evehi possent, raro ex portu evadebant. Cum ipso denique Atheniensium consilio, quod eos ad ineundum hoc prœlium navale impulit, hæc lectio: ἐκβολαὶ optime convenit, quia hoc inprimis spectabant, ut ex Syracusarum portu aufugerent. Etiam Valla lectionem: ἐκβολαὶ in libro suo invenit et apte hæc verba vertit: *Rari excursus fiebant, nulla facultate aut retrocedendi aut excedendi.*—In verbis: ἀπὸ πολλῶν τῶν νεῶν ξυμπιπτουσῶν—articulus: τῶν in duodecim codicibus atque etiam in antiquis Dionysii Halicarnass. editionibus aberat, qui certe ad hujus loci elegantiam parum confert.

Cap. 71. Καὶ διὰ τὸ ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν τῆς ναυμαχίας ἐκ τῆς γῆς ἠναγκάζοντο ἔχειν—. Baverus putat vocabulum: ἀνώμαλον, quod bis positum fuerit, semel in hoc loco excidisse. Ad eandem Baveri sententiam magis confirmandam etiam Vallæ interpretatio: *et propter inæqualitatem loci etiam inæqualiter prœlium ex terra spectare cogebantur*—confert. Sed non opus est emendatione aut vocabuli repetiti: ἀνώμαλον additamento, quia ἀπὸ κοινοῦ illud vocabulum: ἀνώμαλον ex antecedenti etiam ad illud: ἔποψιν intelligi potest. Quæ quidem interpretandi ratio magis mihi placet, quam si illud: διὰ τὸ pro: διὰ τοῦτο positum esse censent interpretes.—In verbis: ὀλοφυρμὸς, βοὴ, νικῶντες, κρατούμενοι, ἄλλα, ὅσα—στρατόπεδον—ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι—Valla vertit ultima verba: *et alia, quæcunque in magno discrimine exercitus plurifariam edere cogitur.* Valla igitur in libro suo legisse videtur: ἄλλα τε ὅσα—. Quæ quidem aptissima est lectio, et optime tunc quoque verba antecedentia: ἥντε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι—cum illa lectione conveniunt, quia alias illud: τε in: ἥντε—nihil haberet, ad quod apte referri posset.—In iisdem vero verbis: ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι—octo quidem codices atque etiam Dionysius Halicarnass., ubi hunc Thucydidis locum laudat, omiserunt vocabulum αὐτῷ. Cum vero h. l. sit aptum et ad antecedentia simul, quæ etiam de Atheniensibus narrabantur, respiciat, cumque præterea idem verbum Valla in libro suo legerit, vertens: *licebatque in eodem Atheniensium exercitu*—, nondum ejiciendam esse censeo voculam: αὐτῷ.—In verbis: ἄλλοι δὲ οἱ πλεῖστοι ἤδη περὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ, ὅπῃ σωθήσονται, διεσκόπουν—cum Dionysio Halicarnass. adhuc undecim codices legunt: ἄλλοι δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι—. Quod admittendum puto, quia majorem hæc copula toti narrationi perspicuitatem adjungit. Etiam Valla videtur sub pronomine relativo: *qui* in verbis: *alii, quæ maxima portio erat, jam pro se ipsis*—hanc copulam indicare. Eodem quoque alius codex respicit, qui male legit: ἄλλοι δὲ οἱ καὶ πλεῖστοι—. In verbis ultimis: διαφθαρεισῶν γὰρ τῶν νεῶν τοῖς Λακεδαιμονίοις προσαπώλλυντο αὐταῖς καὶ οἱ ἐν τῇ νήσῳ ἄνδρες—legunt cum Dionysio Halicarnass. adhuc quatuor codices: προσαπώλλυντο αὐτοῖς καὶ οἱ ἐν—. Quam lectionem etiam Scholiastæ interpretatio tuetur in verbis: οἱ διαβεβληκότες αὐτοῖς προσαπώλλυντο. Valla quoque, quamvis male verterit hunc locum, tamen sua saltem interpretatione, non in suo libro illud: αὐταῖς adfuisse, indicat. Nam ejus verba sunt: *ubi Lacedæmonii amissa classe perierunt et illi insulam transgressi*—. Veram puto esse codicum lectionem: αὐτοῖς. Nam est ille dativus, qui sæpe a Thucydide adhiberi solet et adeo, cum commodum vel incommodum quoddam indicet, interdum abundare videtur. Conferantur exempla a Dukero ad lib. VII. c. 19. et c. 39. adlata.

Cap. 72. Καὶ ξυγχωροῦντος Νικίου τῇ γνώμῃ καὶ βουλομένων πληροῦν αὐτὰς, οἱ ναῦται οὐκ ἤθελον ἐσβαίνειν—. Decem codices legunt: πληροῦν αὐτῶν—. Alii quatuor legunt: πληροῦν αὐτὸν—. Adparet, vulgatam lectionem: αὐτὰς—codicum auctoritate destitui. Puto igitur, commate post: πληροῦν posito, legendum esse: καὶ βουλομένων πληροῦν, αὐτῶν οἱ ναῦται οὐκ ἤθελον—. Nam ad: πληροῦν, quia in antecedentibus scriptor egerat de reliquis Atheniensium et Syracusanorum navibus, facile intelligitur: τὰς ναῦς. Quare jam illud: αὐτῶν ad Niciam et Demosthenem refero, qui tanquam exercitus duces his etiam nautis præerant: *Et cum jam militibus naves implere vellent, ipsorum nautæ noluerunt.*

Cap. 73. Εἰ τοσαύτη στρατιὰ, κατὰ γῆν ἀποχωρήσασα—βουλήσεται αὖθις σφίσι τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι—. Octo codices lectio-

nem aptissimam et longe præferendam: κατὰ γῆν ὑποχωρήσασα—adferunt. Nam noctu clam castra moturi erant Athenienses.—In verbis: ἐφηγεῖται, ἐλθὼν, τοῖς ἐν τέλει οὖσιν, ὡς οὐ χρεὼν, ἀποχωρῆσαι τῆς νυκτὸς αὐτοὺς, περιϊδεῖν, (λέγων ταῦτα, ἃ καὶ αὐτῷ ἐδόκει·)—undecim codices legunt: ἐσηγεῖται, ἐλθὼν—. Quam lectionem jam Dukerus jure præferendam esse censuit, quia hoc vocabulum de hominibus consilia dantibus est sollemne. Præterea etiam sex codices, addita copula: καὶ, scribunt: λέγων ταῦτα καὶ ἃ καὶ αὐτῷ ἐδόκει—. Idem etiam Valla haud dubie in libro suo reperit, quia vertebat: *commemorans hæc et alia, quæ ipsi videbantur.* Mihi quidem persuasum est, ita etiam Thucydidem scripsisse. Nam sub illo: καὶ ἃ—intelligit haud dubie Hermocratis consilium, quod adhuc suæ admonitioni de obstruendis viarum angustiis adjecerit. Abreschius quidem conjecit, legendum esse: καὶ ἅμα ἃ καὶ αὐτῷ—. Sed illud: ἅμα non est sine libris adjiciendum, quia jam in altero illo: καὶ ante: αὐτῷ simul latere videtur.—In verbis: ἔτυχε γὰρ αὐτοῖς Ἡράκλεια ταύτην τὴν ἡμέραν θυσία οὖσα—decem codices legere jubent: Ἡρακλεῖ ταύτην τὴν ἡμέραν θυσία οὖσα—. Quæ haud dubie est vera lectio. Ita sæpe apud Græcos scriptores occurrit dictio: θυσίαν τινὶ θεῷ ποιεῖν. Verisimile est, etiam Vallam in suo codice legisse: Ἡρακλεῖ, quia vertit: *instabant enim eo die sacrificia Herculis.*—In verbis: καὶ οὐκ ἔπειθεν αὐτοὺς ὁ Ἑρμοκράτης—tredecim codices magis Atticorum more legunt: καὶ οὐκέτι ἔπειθεν αὐτοὺς—. Ita jam Jac. Perizonius in suis ad Æliani Var. Hist. lib. VI. c. 6. notis observavit, abundare interdum particulam: ἔτι in Atticis scriptoribus, sed semper tamen intendere orationem et ea de causa sæpe addi negationibus. Hoc loco igitur indicabit: *et cum plane non iis persuaderet.*—Denique in verbis: οἳ προσπελάσαντες, ἐξ ὅσου τις ἔμελλεν ἀκούσεσθαι—orationi contextæ lectio omnium fere codicum: οἳ προσελάσαντες, ἐξ ὅσου τις—magis convenit. Nam antecesserat: πέμπει τῶν ἑταίρων τινὰς τῶν ἑαυτοῦ μετὰ ἱππέων—. Etiam Valla in libro suo ita legit vertens: *qui eo usque prævecti, unde quis exaudiri posset.*

Cap. 74. Ἔδοξεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν περιμεῖναι—καὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα καταλιπεῖν, ἀναλαβόντας δὲ αὐτὰ—ἀφορμᾶσθαι—. Decem codices legunt: ἀναλαβόντες δὲ αὐτὰ—. Verisimile est, ab ipso Thucydide profectam esse hanc codicum lectionem. Consueta dicendi ratione scribi debuisset: ἀναλαβοῦσι, ut ad antecedens: ἔδοξεν αὐτοῖς referatur. Sed talis enallage casuum in Thucydide non raro occurrit, sicut jam cap. 50. Dukeri auctoritate animadvertebam. Cum vero illud: ἔδοξεν αὐτοῖς non aliam, quam vocabulum: ἐδόκουν, sententiam complectatur, apte etiam post longiorem parenthesin cum hoc verbo finito ἀναλαβόντες ἀφορμᾶσθαι conjungi poterit, quia subjectum, quod illi: ἀναλαβόντες inest, simul ad verbum finitum: ἐδόκουν intelligitur. Similem verborum constructionem infra cap. 80. reperimus: τῷ Νικίᾳ καὶ Δημοσθένει ἐδόκει—πυρὰ καύσαντες ὡς πλεῖστα ἀπάγειν τὴν στρατιάν.

Cap. 75. Ἐδόκει τῷ Νικίᾳ καὶ τῷ Δημοσθένῃ ἱκανῶς παρασκευάσασθαι—. Magis veram esse puto novem codicum lectionem: ἱκανῶς παρεσκευάσθαι. Nam si vera esset lectio recepta, potius nominativi Νικίας καὶ Δημοσθένης essent positi. Illam codicum lectionem quoque duo libri falsa lectione: παρασκευάσθαι confirmant.—In verbis: εἴ τῳ δὲ προλείποι ἡ ῥώμη καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ἀπολειπόμενοι—particulam: οὐκ ante: ὀλίγων excidisse puto, ut legendum sit: οὐκ ἄνευ οὐκ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν—. Facile enim fieri poterat, ut altero loco particula: οὐκ bis posita omitteretur, cum una tantum vocula: ἄνευ utramque particulam: οὐκ separaret. Solent autem Græci, ut majorem vim suis adjiciant verbis, interdum plures cumulare negationes. Ut lib. VII. c. 87.: καὶ οὐδὲν ὀλίγον ἐς οὐδὲν κακοπαθήσαντες—καὶ οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἀπώλετο. Illud: ὀλίγον οὐδὲν, pro: *magnum*, etiam infra occurrit in lib. VIII. c. 15. in verbis: ὀλίγον οὐδὲν ἐπεράσσετο ἐς τὴν βοήθειαν.

Cap. 77. Μὴ καταπεπλῆχθε ἄγαν· λογίζεσθε δὲ, ὅτι αὐτοί τε πόλις εὐθὺς ἐστὲ, ὅποι ἂν καθέζοισθε, καὶ ἄλλη οὐδεμία ὑμᾶς τῶν ἐν Σικελίᾳ οὔτ' ἂν ἐπιόντας δέξαιτο ῥᾳδίως, οὐδ' ἂν ἱδρυθέντας που ἐξαναστήσειε. Jam Dukerus aliique adnotarunt, Grammaticæ regulas postulare, ut mutato accentu scribatur: καταπέπληχθε. Sed idem scripturæ mendum adhuc in editionibus recentissimis deprehenditur. Porro duodecim codices legunt: ὅποι ἂν καθέζησθε—et alii quinque libri: καθίζησθε—. Veram igitur hujus loci lectionem esse puto: καθέζησθε, *ubicunque consederitis.* Nam optativi: δέ-

ξαιτο—ἐξαναστήσειε—cum horum verborum constructione non cohærent et longe alio sensu de eo, quod fieri possit, adhibentur. —Denique pro illo: οὐδ᾽ ἂν ἱδρυθέντας— cum undecim libris legendum est: οὔ τ᾽ ἂν ἱδρυθέντας—. Nam antecesserat: οὔτ᾽ ἂν ἐπιόντας—. In verbis: τοῦτο δὲ πατρίδα καὶ τεῖχος κρατήσας ἕξειν—longe aptius in duodecim libris legitur: τοῦτο καὶ πατρίδα καὶ τεῖχος—. Quare illud: δὲ h. l. a Dukero vitium editionis Hudsonianæ habetur. —In verbis autem: ἔτι βέβαιοι εἰσὶ, ἤδη νομίζετε ἐν τῷ ἐχυρῷ εἶναι—legendum est multorum codicum consensu: βέβαιοι εἰσίν. Porro, quamvis omnes fere codices legant: ἐν τῷ ὀχυρῷ εἶναι—, tamen cum Wassio nihil mutandum esse censeo, quia lectio recepta est aptissima, cum Niciæ sententia Athenienses non in munito, sed in tuto loco essent versaturi, et quia librarii sæpenumero vocabula: ἐχυρὸς et: ὀχυρὸς permutarunt. Conf. Interpretes ad Thucyd. lib. I. cap. 35. Etiam Scholiastes adhuc lectionem: ἐν τῷ ἐχυρῷ defendit.

Cap. 78. Τὸ δὲ ἐχώρει ἐν πλαισίῳ τεταγμένον τοῦ Νικίου, ἐφεπόμενον δὲ τὸ Δημοσθένους—. Varia dubitatio de vera lectione in hoc loco mihi est orta. Primum, non facile procedere potest exercitus agmen (ἐν πλαισίῳ) forma quadrata dispositum, cum magis ipso prœlii tempore acies formæ quadratæ singulari artificio adhibeatur. Qualem aciei formam etiam Thucydides lib. VI. cap. 67. laudaverat. Porro, si vera esset lectio recepta, cur non etiam agminis forma laudatur, qua copiæ, quibus Demosthenes præerat, procedebant? Nam non verisimile est, etiam Demosthenis milites forma quadrata dispositos excepisse Niciæ agmen, quia tunc multo magis tot milites agmine formæ quadratæ procedentes in itinere impediti fuissent. Denique duodecim codices, qui legunt: ἐν διπλασίῳ τεταγμένον—, longe aliam hujus loci interpretationem, quam ipsa oratio contexta adjuvat, postulare videntur. Nam si hanc codicum lectionem admittimus, et pro illo: τοῦ Νικίου simul quatuor codicum auctoritate emendamus: τὸ Νικίου, longe alius horum verborum sensus existit. Verba sic emendata: τὸ δὲ ἐχώρει ἐν διπλασίῳ τεταγμένον, τὸ Νικίου, ἐφεπόμενον δὲ τὸ Δημοσθένους—aperte indicant, exercitum in duo agmina diversa divisum processisse, quorum prius, quod antecederet, Nicias, posterius vero Demosthenes ducebat.—In verbis ultimis: οὐ γὰρ ἔτι ἀποχωρεῖν οἷόν τ᾽ ἦν ἀπὸ τῶν ἱππέων—cum Dukero sequor decem codicum lectionem: ὑπὸ τῶν ἱππέων, *ab equitibus vexati non amplius discedere poterant.* Sensum minus aptum fundit lectio recepta: ἀπὸ τῶν ἱππέων.

Cap. 81. Τὸ δὲ Νικίου στράτευμα ἀπεῖχεν ἐν τῷ πρόσθεν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους—. Narratur quidem capite antecedenti, Demosthenem cum dimidia fere copiarum parte nimis distractum fuisse a Nicia. Neque facile tamen una illa nocte, qua castra movere cœperunt, tanto statim intervallo a se invicem separari poterant, ut jam sequenti die centum et quinquaginta stadiorum spatio Nicias antecessisset. Quare memoratu digni sunt sex codices, qui vocabulum: ἑκατὸν omiserunt. Nam nimium quantum jam Demosthenes in itinere unius noctis moratus esse videbatur, cum jam quinquaginta stadiorum spatio Nicias cum eodem una ex castris profectus distaret. Quod jam Thucydides copula: καὶ indicare voluit: *Niciæ exercitus quinquaginta adeo stadiis jam præcesserat.* Sed eadem copula: καὶ forte lectioni falsæ: ἑκατὸν adjiciendæ librariis dedit occasionem, quia numerum quendam ante: καὶ deesse putabant.—In verbis: διὰ τὸ ὕστερον ἀναχωροῦντι αὐτῷ ἐπικεῖσθαι τοὺς πολεμίους—novem codices legere jubent: αὐτῷ πρώτῳ ἐπικεῖσθαι—. Quæ quidem lectio elegantia et subtilitate Thucydidis est digna. Etiam Valla ita legebat. Nam vertit: *quia posterius digressus prior ab hostibus urgeretur.*—In verbis: ἐβάλλοντό τε περισταδὸν—forte Thucydides scripserat: ἐβάλλοντό γε περισταδὸν—. Nam copula: τε h. l. sensu apto destituitur, neque quidquam habet, ad quod referatur.

Cap. 82. Καὶ τούτους μὲν εὐθὺς ἀπεκόμισαν ἐς τὴν πόλιν—. Tredecim codices scripserunt: εὐθὺς ἀπεκόμιζον ἐς τὴν πόλιν—. Quam lectionem, quæ temporis modo prætereuntis significationem involvit, apte ad sequentia referri puto, ubi Niciam sub idem fere tempus castra in colle quodam posuisse narratur; id, quod jam particulæ: μὲν et: δὲ, ad se invicem relatæ, indicant.—In verbis: διαβὰς πρὸς μετέωρόν τι ἐκάθισε τὴν στρατιὰν—novem codices legunt: καθεῖσε τὴν στρατιὰν—. Dukerus jam judicavit, non ab imperito librario hanc lectionem oriri potuisse. Illud: καθέζεσθαι, cujus activum h. l. legitur, sæpe Thucydides adhibuit, ut lib. I. cap. 126. lib.

VII. cap. 77. Cum vero etiam verba Homerica interdum Thucydides frequentet, certe memoratu digna manet hæc codicum lectio. Ad eandem lectionem: καθεῖσε confirmandam quoque confert falsa unius codicis lectio: καθησαι.

Cap. 83. Εἶχον δὲ καὶ οὗτοι πονήρως, σίτου τε καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἀπορίᾳ—. Omnes fere codices omittunt: ἄλλων ante illud: ἐπιτηδείων. Si vel desit hæc vocula, tamen a legentibus ἀπὸ κοινοῦ suppleri poterit. Quare h. l. interpretamento originem debere videtur.

Cap. 84. Πᾶς τε τὶς διαβῆναι πρῶτος βουλόμενος—. Quindecim codices legunt: διαβῆναι αὐτὸς πρῶτος βουλόμενος—. Lectionis illius elegantiam, qua studium trajiciendi ultro enatum indicatur, jam Wassius commendavit.

Cap. 85. Ὁ Νικίας Γυλίππῳ ἑαυτὸν παραδίδωσι—. Articulus: ὁ abest a duodecim codicibus. Sed retinendus est et vi singulari subjectum enunciationis prolatæ exprimit, sicut paullo post apte legitur: καὶ ὁ Γύλιππος—ἤδη ἐκέλευε—. Articulus: ὁ facile intercipi h. l. potuit ab ultima antecedentis vocabuli: ἱππέων similiter desinentis syllaba.—In verbis: καὶ ὁ Γύλιππος μετὰ τοῦτο ζωγρεῖν ἤδη ἐκέλευε· καὶ τούς τε λοιποὺς—ξυνεκόμισαν ζῶντας—decem codices exhibent: ξυγκομίσας ζῶντας—et unus liber habet: ξυγκόμισαν. Quæ lectio tot librorum eo inprimis commendatur, ut participio allato minuat verborum finitorum, quibus hic scriptoris locus abundat, copiam. Sed hac lectione admissa etiam colon post: ἐκέλευε est tollendum, ut verba: καὶ τούς τε λοιποὺς, *etiam reliquos*, cum antecedenti: ζωγρεῖν apte conjungantur.—In verbis: καὶ κατεπλήσθη πᾶσα Σικελία αὐτῶν—sexdecim codices atque etiam Scholiastes scribunt: καὶ διεπλήσθη πᾶσα—. Quia hæc lectio apte distributionem captivorum in variis Siciliæ locis indicat, haud dubie est receptæ lectioni longe præferenda. Nam illud: κατεπλήσθη multitudinem et copiam captivorum in tota Sicilia indicaret, quod de septem millium numero, qui Thucydidis et Diodori Siculi testimonio vivi sunt capti, non bene ad tantæ amplitudinis insulam, quæ nondum tota impleri septem millium multitudine poterat, adcommodatur.—In verbis denique: καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις προσβολαῖς ταῖς κατὰ τὴν πορείαν συχναῖς γενομέναις—novem codices omiserunt vocabulum: προσβολαῖς, quo non facile in hoc loco carere possumus. Puto igitur, librariorum injuria excidisse hoc vocabulum, quia quatuor verba deinceps sequuntur, quorum ultimæ syllabæ in: αις desinunt.

Cap. 86. Ἀσφαλεστάτην εἶναι νομίσαντες τὴν τήρησιν—. Novem codices omittunt: τὴν ante vocabulum: τήρησιν, et quia etiam Scholiastes illud: τὴν ignorat, horum codicum auctoritatem non esse rejiciendam censeo.—In verbis: καὶ ὁ μὲν τοιαύτῃ, ἢ ὅτιεγγυτάτω τούτων, αἰτίᾳ ἐτεθνήκει—non verisimile est, Thucydidem h. l. scripsisse, Niciam tali de causa, qualem ante duplicem commemoraverat, aut ea, quæ huic duplici causæ proxima esset, periisse. Nam nihil diceret hac distinguendi ratione. Si scripsisset: ταύτῃ, non autem: τοιαύτῃ, ut codices exhibent, talis distinctio certe locum haberet. Cum igitur codicum auctoritate illud: τοιαύτῃ sit retinendum, non credo: ἢ, sed: ἣ esse scriptum a Thucydide, ut jam talis horum verborum sensus existat: *Ille igitur tali de causa, quæ his* (antea commemoratis duabus causis) *est proxima et simillima, periit.* Præterea septem codices legunt: ἐγγύτατα, quod, ut jam Dukerus adnotavit, in Thucydide est magis usitatum ideoque præferendum lectioni vulgatæ. Magis emendata igitur hujus loci lectio erit: καὶ ὁ μὲν τοιαύτῃ, ἣ ὅτι ἐγγύτατα τούτων, αἰτίᾳ ἐτεθνήκει. Lectio unius cod. Paris.: ὅτι ἐγγυτάτη—, quæ haud dubie ex vera lectione: ἐγγύτατα fluxit, non est præferenda. Nam dicendi consuetudo, qua verbo substantivo adverbia adjungi solent, lectionem: ἐγγύτατα—inprimis defendit.—In verbis ultimis: διὰ τὴν νενομισμένην ἐς τὸ θεῖον ἐπιτήδευσιν—primo quæritur, quid indicet: ἐπιτήδευσις. Occurrit idem vocabulum lib. II. c. 36. in verbis: ἀπὸ δὲ οἵας ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτά—, ubi illud: ἐπιτηδεύσεως Scholiastes explicat: πράξεως. Si igitur contextam orationem illius loci respicimus, hoc vocabulo haud dubie: *agendi ratio et mores hominum* indicantur. In nostro autem loco simul magna lectionis varietas deprehenditur, quæ quidem non hoc vocabulum, sed verba cum eo conjuncta respicit. Nam sex codices omittunt verba: ἐς τὸ θεῖον—, quibuscum non solum Scholiastes et margo Cass. codicis consentiunt, sed illi etiam libri, qui loco verborum: ἐς τὸ θεῖον—alio additamento: ἐς ἀρετὴν—utuntur. Nam quatuor Pariss. cum duobus aliis libris

etiam his verbis omissis legunt: διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν. Quibuscum quoque Vallæ liber consentit. Nam hunc locum vertit: *ob studium virtutis, quod omne in illam conferebat.* In illa igitur lectionum varietate sola hæc verba: διὰ τὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν intacta manserunt et omnium codicum consensu comprobantur. Non sine causa puto, hæc sola verba esse a Thucydide scripta, reliquam vero lectionis varietatem ex diverso ortam esse librariorum interpretamento. Meam quidem sententiam margo codicis Cass. confirmat, ubi adjicitur: γρ. διὰ τὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν. Verba autem: διὰ τὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν aperte indicant: *propter vitæ rationem legibus convenientem et omnium adsensu comprobatam.* Jam vero ex capite 76. ubi Nicias de sua vitæ ratione adfirmat: πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα δεδιήτημαι, nonnulli interpretes ad hujus loci explicationem adjecerunt: ἐς τὸ θεῖον—, et verba in Vallæ libro aliisque codicibus adjecta: διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν— haud dubie ex Scholiastæ verbis ad hunc locum explicandum prolatis: διὰ τὴν πᾶσαν ἐς ἀρετὴν νενομισμένην ἐπιτήδευσιν, διὰ τὸ πᾶσαν ἀρετὴν νομίμως ἐπιτετηδευκέναι—originem traxerunt.

Cap. 87. Ὅσα εἰκὸς ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίῳ ἐμπεπτωκότας κακοπαθῆσαι—. Octo codices omittere jubent articulum: τῷ ante: τοιούτῳ—. Etiam in fine capitis, ubi legitur: ταῦτα μὲν τὰ περὶ τὴν Σικελίαν γενόμενα—, articulum: τὴν ignorant octo codices, quo facile in hoc loco carere possumus.

Libri VIII. Cap. 5. Ὄντων οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὥσπερ ἀρχομένων ἐν τῇ κατασκευῇ τοῦ πολέμου—. Novem codices omittunt: τῇ ante: κατασκευῇ—, et quia etiam Scholiastes illud: τῇ ignorat, non amplius retinendum esse videtur.—In verbis: μεταπέμπεται ἐκ Λακεδαίμονος Ἀλκαμένην—sex codices legunt: Ἀλκαμένη, et quia etiam in sequentibus eadem codicum lectio repetitur, est retinenda.—In verbis, quæ jam sequuntur: ἄρχοντας, ὡς ἐς τὴν Εὔβοιαν—quinque codices omittunt: ὡς, alii quinque omittunt: ἐς. Vera igitur lectio esse videtur, si omisso: ὡς scribimus: ἄρχοντας ἐς τὴν Εὔβοιαν—. Nam librarii perpetuo particulas: ὡς et ἐς inter se permutant. Quare etiam interdum utraque particula: ὡς et: ἐς adscripta est codicibus. Cujus permutationis exempla suppeditant variæ lectiones lib. IV. c. 100. lib. VI. c. 71. et c. 75.—In verbis: Ἀλκαμένει τε ἁρμοστὴν διδοὺς—jam Dukerus jure censuit legendum esse: Ἀλκαμένη τε ἁρμοστὴν—, sicut etiam octo codices scribere jubent. Alii quatuor, qui exhibent: Ἀλκαμένην, eandem priorum codicum lectionem magis confirmant. Ita quoque accusativum: Ἀλκαμένη adfert Scholiastes in nota ad Thucyd. lib. II. cap. 37. Quare etiam lib. VIII. cap. 8. et cap. 10. ubi adhuc sine lectionis varietate editum est: Ἀλκαμένην, restituenda esse videtur vera lectio: Ἀλκαμένη, cum inprimis cap. 11. iterum dativus: Ἀλκαμένει occurrat.

Cap. 6. Παρὰ Φαρναβάζω τῷ Φαρναβάκου κατοικοῦντες—. Dukerus cum aliis jam recte emendari jussit: τῷ Φαρνάκου κατοικοῦντες—, quam lectionem quoque quinque codicum consensus magis confirmat. Idem nomen Valla quoque in libro suo invenit. Nam vertit: *a Pharnabaso Pharnaci filio.* —In verbis: τάς τε ἐν τῇ αὑτοῦ ἀρχῇ πόλεις ἀποστήσειε—parum quidem interest, utrum: αὑτοῦ, an: ἑαυτοῦ legatur, octo tamen codicum auctoritas magis suadet lectionem: ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἀρχῇ—. In verbis: ἀφ' ἑαυτοῦ βασιλεῖ τὴν ξυμμαχίαν τῶν Λακεδαιμονίων διὰ ταχέων ποιήσειε—plures codd. atque etiam Vallæ liber omittunt verba: διὰ ταχέων. Valla vertit: *et inter regem suum et Lacedæmonios contrahere societatem.* In alio codice legitur: διὰ τὰ τῶν Χίων—, in uno tantum: τὰ τῶν Χίων—. Ex horum quidem codicum vestigiis mihi adparere videtur, verba: διὰ ταχέων non a Thucydide profecta, sed ex interpretamento nata esse. Cum enim in margine legeretur: τὰ τῶν Χίων, sive: διὰ τὰ Χίων, sive: διὰ τὰ τῶν Χίων, (qua nota haud dubie interpres quidam ad ea respici jubebat, quæ in antecedenti capite de Chiis narrantur) inde nova lectio: διὰ ταχέων nata est, quæ deinde inter ipsa scriptoris verba recipiebatur.—In verbis: ὅπως—πρότερον ναῦς καὶ στρατιὰν πείσωσι πέμπειν—cum Abreschio ex octo codicibus scribendum esse puto: πείσουσι πέμπειν—, sicut Atticorum consuetudini est adcommodatum.—In verbis: πρὸς τὴν λεγομένην δόξαν ἀπαγγείλαντος αὐτοῖς—illud: ἀπαγγείλαντος ab antecedentibus, quibuscum non amplius cohæret, puncto est distinguendum. Punctum contra est tollendum hujus libri cap. 16. post verba: ἐκ δὲ τῆς Χίου ἐς τὴν Τέων, sicut jam

Portus, Dukerus aliique censuerunt; quia hæc verba cum sequentibus arcte cohærent.—Denique in verbis: τὸ μὲν πρῶτον δέκα τούτων αὐτοῖς ἔμελλον πέμπειν novem codices suadent lectionem: αὐτοὶ ἔμελλον πέμπειν, pro illo: αὐτοῖς, quod modo antecesserat in verbis: ἐψηφίσαντο αὐτοῖς πέμπειν—et mox sequitur in verbis: ὃς αὐτοῖς ναύαρχος ἦν. Facile igitur intelligitur, unde falsa lectio: αὐτοῖς in nostro loco sit orta. Nam tale pronomen ex antecedentibus optime suppleri poterit, licet non diserte adscriptum sit. Etiam Vallæ liber ignorabat vocabulum: αὐτοῖς, quia vertit: *Ex quibus primum missuri erant decem.* Illud: αὐτοὶ autem apte indicat, sponte Lacedæmonios decem naves primum iis mittere decrevisse.

Cap. 7. Ἐπὶ τὴν πρὸς τὰς Ἀθήνας ὑπερενεγκόντες τὰς ναῦς τὸν ἰσθμόν—. Decem codices omittunt articulum: τὰς ante vocabulum: Ἀθήνας, qui h. l. minime desiderabitur, cum adhuc ter in hoc uno orationis membro occurrat. Sed contra cap. 17. in verbis: καὶ Χίοις καὶ ἑαυτῷ καὶ Χαλκιδεῖ—undecim codices legere jubent: καὶ τοῖς Χίοις καὶ ἑαυτῷ.

Cap. 10. Ὅπως μὴ λήσωσιν αὐτοὺς αἱ νῆες ἐκ τῶν Κεγχρειῶν ἀφορμηθεῖσαι—. Quinque codices legunt: λήσουσιν αὐτοὺς—. Quare hanc lectionem Atticorum consuetudini adcommodatam cum Abreschio præfero.—In verbis: καὶ μίαν μὲν ναῦν ἀπολλύασι μετέωρον—novem codices lectionem magis notam et usitatam: ἀπολλύουσι μετέωρον—adferunt, quæ propterea non est negligenda.

Cap. 19. Πληρώσαντες ναῦς ἔπλευσαν ἐς Ἀναίαν—. Hujus civitatis jam lib. III. c. 32. in verbis: Σαμίων τῶν ἐξ Ἀναίων, et lib. IV. c. 75. in verbis: μὴ, ὥσπερ τὰ Ἀναία—mentio est injecta. Sed adparet etiam ex iis locis, Thucydidem non: ἡ Ἀναία cum Stephano *de urbibus* scripsisse, sed numero plurali: τὰ Ἀναία. Ne igitur nostro loco inconstantiæ accusemus subtilissimum scriptorem, etiam emendari debet: ἔπλευσαν ἐς Ἀναία. Neque codicum auctoritate destituti hanc emendationem suademus. Nam tres Pariss. Cass. Gr. Aug. vere ita legunt: ἐς Ἀναία. Conf. dicta ad lib. IV. cap. 75.—In verbis: οἱ δὲ Χῖοι ταῖς λοιπαῖς ἀναγαγόμενοι—ἀπέστησαν—vocabulum: ναυσὶν ab omnibus fere codicibus adjectum, ut jam legatur: ταῖς λοιπαῖς ναυσὶν—, Dukerus adhuc interpretamento librarii deberi censet. Sed quia proxime antecesserant verba: αἱ δὲ λοιπαὶ—τέσσαρας μὲν κενὰς—αἱ δὲ ἄλλαι—, ubi semper vocabulum: νῆες est omissum, verisimile est, alio jam interjecto orationis membro, tandem iterum a Thucydide vocabulum: ναυσὶν esse adjectum. Etiam Valla hoc vocabulum in suo codice legit, quia vertebat: *Chii autem reliquis navibus contractis—ad defectionem induxerunt.*

Cap. 21. Καὶ ὁ δῆμος ὁ Σαμίων διακοσίους μὲν τινὰς—ἀπέκτεινε—. Septemdecim libri postulant, ut edatur: ἐς διακοσίους μὲν τινὰς—, quod etiam cum illo: τινὰς optime convenit et cum Wassio jam Dukerus prætulit.

Cap. 23. Ἀναγαγόμενος δὲ καὶ ὁ Ἀστύοχος—καὶ προσλαβὼν—ἔπλει—. Novem codices legunt: ἀναγόμενος δὲ—. Quia vero statim sequitur: προσλαβὼν et aliis quoque locis: ἀναγόμενοι et: ἀναγαγόμενοι, ut cap. 19. a librariis commutantur, nihil mutandum esse censeo.—In verbis: αἱ τότε καταληφθεῖσαι καὶ—φεύγουσαι περιέτυχον αὐτῷ—Dukero et aliis magis placet sex codicum lectio: τότε καταλειφθεῖσαι—neque sine causa eam præferunt, quia in antecedentibus Chiorum naves non in Methymnes sed in Mitylenes portu ab Atheniensibus captæ esse dicuntur. Quare verisimile est, naves non captas jam, sed in Methymnes portu relictas, cum capta esset Mitylene, aufugisse.—In verbis: καὶ ὁπλίσας καὶ τοὺς—ὁπλίτας, πεζῇ παρέπλει ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἄρχοντα Ἐτεόνικον προστάξας· καὶ αὐτὸς—παρέπλει ἐπὶ Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἐλπίζων—jure dubitant interpretes, an genuina sit horum verborum lectio. Omnium minime ferri potest comma ante: πεζῇ positum, ut jam conjungi hoc vocabulum cum sequenti: παρέπλει debeat. Nam certe ridicula est verborum: πεζῇ παρέπλει conjunctio. Præterea non magno ingenii acumine opus est, ut intelligatur, hæc verba: παρέπλει ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν bis posita, non in utroque loco a Thucydide, brevitatis studioso, trahere originem potuisse. Puto igitur, posteriori loco hæc verba, sicut etiam a codice Dan. et forte etiam a Vallæ, hæc verba non vertentis, libro aberant, plane esse omittenda, ut jam ita hujus loci verba cohæreant: καὶ αὐτὸς ταῖς τε μεθ' ἑαυτοῦ ναυσὶ καὶ ταῖς τρισὶ ταῖς Χίαις ἐλπίζων—. Videtur quidem facilior esse hujus loci interpretatio, si priori loco post: πεζῇ

hæc verba omitterentur. Sed quia trajectio verborum simul in illo priore loco obvia tam sæpe a Thucydide adhibetur, loco posteriori potius hæc verba ex interpretamento orta sunt. Verba autem: ἄρχοντα Ἐτεόνικον προστάξας aperte ad antecedentia: ὁπλίσας καὶ—τοὺς ὁπλίτας sunt referenda, et post: πεζῇ comma est collocandum, ut jam talis horum verborum sensus existat: *etiam in terra continenti armatis navium suarum militibus cum Eteonicum ducem bellicum præposuisset, Antissam et Methymnam navibus litus legendo petiit, sperans, fore, ut simul suis et tribus Chiorum navibus, quando illas conspexerint, Methymnæis in defectione permansuris animi confidentiam instillaret.*

Cap. 24. Μετὰ πολλῶν, οἷς ταῦτα ἔδοξε τὰ τῶν Ἀθηναίων ταχὺ ξυναιρεθήσεσθαι—. Novem codices legunt: οἷς τὰ αὐτὰ ἔδοξε τὰ τῶν Ἀθηναίων—. Aperte respiciuntur hac lectione verba: ὡς εὖ πάνυ πονηρὰ σφῶν βεβαίως τὰ πράγματα εἴη—, quæ proxime antecesserunt. Quare non inepta sed potius admittenda esse videtur hæc codicum lectio.—In verbis: ὅπως μετριώτατα, ἢ ὁμήρων λήψει, ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ καταπαύσωσι τὴν ἐπιβουλὴν—cum Abreschio et Bavero legendum esse censeo: ἄλλῳ τῳ τρόπῳ καταπαύσουσι. Etiam in uno codice jam: τῳ legitur. In aliis quatuor codd. Pariss. plane omissum est illud: τῷ. Sed illorum auctoritas ad omittendam hanc particulam non sufficit. In septem autem libris lectio magis Attica: καταπαύσουσι deprehenditur.

Cap. 25. Χίλιοι ὁπλῖται τῶν Ἀθηναίων καὶ πεντακόσιοι—. Quatuordecim codd. omittere jubent articulum: τῶν ante vocabulum: Ἀθηναίων.—In verbis: οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν κέρᾳ προεξάξαντες καὶ καταφρονήσαντες—νικῶνται—octo codices legunt: προεξάρξαντες καὶ καταφρονήσαντες—. Quæ lectio mihi esse præferenda videtur. Nam primo tempus aoristi primi in: προεξάξαντες est minus consuetum. Deinde si hoc cum Valla vertitur: *latius exporrecto suo cornu,* non satis comprobari exemplis poterit talis vocabuli hujus significatio et legi potius in nostro loco deberet: τὸ σφέτερον αὐτῶν κέρας προεξάξαντες. Denique proxima pugnæ amissæ causa melius in verbis sequentibus: ὡς—ἀτακτότερον χωροῦντες indicatur. Magis igitur ad verbum statim adjunctum: καταφρονήσαντες quadrat illa codicum lectio: προεξάρξαντες, ut propter hostium contemtum, sicut sæpe fieri solet, pugna prius ab Argivis incepta esse dicatur. Vulgo quidem in Lexicis Græcis non reperitur vocabulum: προεξάρχω. Sed hoc nos impedire non poterit, quo minus hanc lectionem magis aptam rejiciamus, cum inprimis illud: ἐξάρχω, unde nostrum fluxit, magis in usu sit, quam verbum: ἐξάρχομαι.

Cap. 26. Ἀγγέλλεται αὐτοῖς—πέντε καὶ πεντήκοντα ναῦς ὅσονοὺ παρεῖναι—. Magis elegans et Thucydidi consueta est undecim librorum lectio: ναῦς ὅσον οὔπω παρεῖναι—. Nam si verum est, illo: ὅσον οὔπω magis certum et jamjam futurum rei eventum, quam altero: ὅσονοὺ, indicari, nostro loco certe aptissima erit hæc lectio. Præterea etiam aliis locis Thucydides illud: ὅσον οὔπω cum: παρεῖναι conjunxit. Ut lib. IV. c. 125.: ἐπιέναι, ὅσον δὲ οὔπω παρεῖναι, et lib. VI. c. 34.: ἤδη εἰσὶ καὶ ὅσον οὔπω πάρεισι—. In verbis: ᾗπερ τοῦ κόλπου πλεύσαντες ηὐλίσαντο—tredecim libri scribunt: οἷπερ τοῦ κόλπου—, quod non sine causa Bavero arridet. Nam ita genitivus adjectus: τοῦ κόλπου melius quadrat, quam si lectioni vulgatæ: ᾗπερ adjiceretur.

Cap. 27. Ὡς ἀπὸ τῆς Δέρου ἐπύθετο τὰ τῶν νεῶν, σαφῶς βουλομένων τῶν ξυναρχόντων—. Ingenii acumen, quo Palmerius in nostro loco legi jussit: ἀπὸ τῆς Δέρου, egregie a tribus codicibus, Ar. Dan. Mosqu. est comprobatum. Comma autem cum Fr. Porto post: νεῶν est tollendum et post: σαφῶς potius collocandum. Nam: σαφῶς πυθέσθαι, non autem: σαφῶς βούλεσθαι, hoc loco quadrat.—In verbis: ἢ μόγις—ἐνδέχεσθαι μετὰ βεβαίου παρασκευῆς καθ' ἑκουσίαν ἢ πάνυ γε ἀνάγκη πρότερα ποι ἐπιχειρεῖν—defendunt quidem interpretes lectionem: καθ' ἑκουσίαν. Sed valde dubito de hujus lectionis veritate. Primum quæritur, quid apte intelligi possit ad: ἑκουσίαν, cum nihil antecesserit, ad quod referatur. Porro Thucydides ignorat aliis locis femininum genus hujus adjectivi. Nam lib. VI. c. 44. occurrunt: ὁλκάδες ἑκούσιοι. Denique non apte hæc verba: καθ' ἑκουσίαν ἢ πάνυ γε ἀνάγκῃ, verbis sequentibus: μὴ βιαζομένῃ γε πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους ἰέναι—opponuntur. Nam: καθ' ἑκουσίαν et: πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους unum idemque indicat. Omni igitur attentione dignissima erit octo codicum lectio: κατ' ἐξουσίαν ἢ πάνυ γε ἀνάγκῃ—. Etiam Valla ita legisse videtur, quia vertit: *quæ cum vix deberet præ*

cladibus acceptis quam posset tutissimo apparatu aut aliqua prorsus antecedente necessitate hostem lacessere. Quodsi admittimus lectionem: κατ' ἐξουσίαν, sequentia aptius opposita videmus. Nam illi: πάνυ γε ἀνάγκῃ opponitur: μὴ βιαζομένη, et verbis: κατ' ἐξουσίαν repugnat: πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους, quia qui (κατ' ἐξουσίαν) plena agendi potestate gaudet, adhuc a periculis sponte subeundis est remotus, hic vero, qui sponte pericula gravia suscipit, non amplius plena, quidquid velit, agendi potestate est ornatus.

Cap. 28. Καὶ οὐ προσδεχομένων ἀλλ' ἢ Ἀττικὰς ναῦς εἶναι—. Cum Bavero legendum censeo: ἄλλ' ἢ Ἀττικὰς ναῦς—*nihil aliud exspectabant, quam Atticas esse naves.* —In verbis: καὶ ἐς τὴν Μίλητον αὐτοῦ Φίλιππον καθιστᾶσι—illud: αὐτοῦ explico de Philippo, qui in ipsa Mileti urbe, ubi tunc temporis versabantur Lacedæmonii, summus magistratus ab iis sit constitutus, ut ita distinguatur a Pedarito, Leontis filio, ante nominato, qui Mileto inde in Chium, ut huic insulæ præesset, mittebatur. Atticis enim illud: αὐτοῦ, ut Phavorini verbis utar, sæpe idem significat, quod: ἐπ' αὐτοῦ τοῦ τόπου.

Cap. 29. Ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ, ἢ τρεῖς ὀβολοὶ, ὡμολογήθησαν. ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός· καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσῳ πλείους νῆες ἦσαν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῦτον ἐδίδοτο—. Summorum interpretum disquisitione hic Thucydidis locus innotuit et plerique verborum emendatione opus esse censuerunt. Liceat igitur, omissa aliorum sententia, ne pluribus verbis utar, quid mihi de hoc loco videatur esse statuendum, proponere. Emendatione verborum non indigere puto hunc locum, si particulam: παρὰ non: *præter* vertimus, sed: *propter.* Cujus quidem significationis exempla ubique inter scriptores Græcos sunt obvia. Omnis autem computandi ratio, quam in hoc loco sequi debemus, ad numerum *quinarum navium* redire videtur, quibus *terna talenta* singulis mensibus, eroganda promiserat Tissaphernes. Si ponimus, in singulis navibus circiter ducentos nautas meruisse, quibus singulis tantum tres oboli quotidie solvebantur, in singulas naves quotidie numerus sexcentorum obolorum erat distribuendus. Si porro menses singulos tantum triginta dies complecti fingimus, in singulos menses nautis unius navis decem et octo obolorum millia erant solvenda. Qui obolorum numerus, si menstruum quinarum navium computamus stipendium, ad talem summam, quæ nonaginta obolorum millia efficit, augetur. Si vero talentum sexaginta minas, mina centum drachmas, et drachma sex obolos complectitur ideoque singula talenta efficiunt triginta et sex obolorum millia: illa nonaginta obolorum millia quinis navibus in singulos menses solvenda duo talentorum et dimidii summam continent. Qua quidem computandi ratione saltem adparebit, quia Tissaphernes terna talenta quolibet mense quinis navibus se soluturum esse promiserat, singulis nautis plus quam tres obolos esse quotidie numeratos, sicut Thucydides adfirmavit, quamquam simul admittimus, gubernatori haud dubie et aliis nautarum præfectis longe majorem quam trium obolorum summam fuisse destinatam. Superest jam, ut paucis demonstremus, quæ jam a nobis proposita sunt, cum ipsis quoque scriptoris nostri verbis convenire. Verba: παρὰ πέντε ναῦς, ut jam dixi, a me vertuntur: *propter quinque naves*—et ita similis quoque significatio verbis sequentibus: ἐς γὰρ πέντε ναῦς tribui potest. Nam particulam: ἐς, sicut illam particulam: ἀνὰ, sæpe etiam de numero distributivo adhiberi, nemo quidem infitiabitur. In verbis autem: καὶ πεντήκοντα, quæ verto: *etiam quinquaginta navibus*, et ad quæ ex antecedentibus vocabulum: ναυσὶ intelligo, numerum certum navium indicari puto, quibus tunc classis Lacedæmoniorum, ad Tissaphernis usum instructa, constabat. Reliquis vero navibus, quo plures secundum eundem numerum (τούτου τοῦ ἀριθμοῦ) quinarium adjungerentur, eadem computandi ratione distributum iri stipendium promisit. Verto igitur hæc verba: *Propter quinque tamen naves plus quam tres obolos se nautis singulis daturum, pacto inito, promisit. Nam etiam quinquaginta navibus* (Spartanæ classis) *menstrua dedit tria talenta in quinas naves, et reliquis* (sociis nauticis), *quo plures aderant naves, secundum eundem* (quinarium) *numerum, plane eadem ratione stipendium distribuebatur.*

Cap. 31. Παρέπλευσεν ἐπὶ Κλαζομενάς· καὶ ἐκέλευεν αὐτῶν τοὺς τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας—. Quatuor codicum lectio: καὶ ἐκέλευσεν αὐτῶν—est verisimilior, quia cum antecedenti: παρέπλευσεν copula: καὶ conjungitur.—In verbis: καὶ Πῆλιν καὶ Δρί-

μυσσαν—haud dubie legendum est: Δρυμοῦσσαν—. Nam ita alii scriptores hanc insulam adpellant. Nonnulli etiam codices Thucydidis saltem: υ pro: ι in prima hujus vocabuli syllaba ponunt, et præterea constat, quam sæpe librarii singulas vocales cum suis diphthongis, sicut nostro loco υ cum ου, commutaverint.

Cap. 32. Ἐκ τῶν πέντε νεῶν στρατιῶται ὑπὸ Χαλκιδέων ὡς ἐς πεντακοσίους ξὺν ὅπλοις καταλειφθέντες—. Verissimæ illorum sententiæ, qui h. l. Χαλκιδέως legere jubent, adhuc adjicio, si hanc admittimus emendationem, simul particulam: ὡς ante: ἐς esse delendam quæ ex ultima syllaba vocabuli: Χαλκιδέως male est orta, ut jam legamus: ὑπὸ Χαλκιδέως ἐς πεντακοσίους—. Nam particula: ἐς jam sufficit ad Latinorum: *circiter* indicandum, sine addito: ὡς.

Cap. 33. Διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Παιδάριτος παρ' αὐτῶν καὶ ἀναζητήσαντες—. Quæritur, ad quosnam illud: παρ' αὐτῶν referatur. Supplevit quidem Æm. Portus: τῶν Χίων, sed ex oratione contexta nullum hujus interpretationis argumentum repetere poterit, quia de Chiis, ubi versatus est Pedaritus, nulla quidem mentio antea fuit injecta. Proxime autem antecesserat narratio de Astyocho propter Pedariti literas ad eum missas in Erythrarum urbem navigante. Ad quem mox etiam Pedaritum esse delatum, ex illo: ἀναζητήσαντες, quod necessario ad Astyochum et Pedaritum eorumque comites simul debet referri, jam satis adparet. Verisimilius est igitur, in nostro loco pro: αὐτῶν legendum esse: ὁ Πεδάριτος παρ' αὐτὸν (sc. Ἀστύοχον), sicut jam Æm. Portus non sine Dukeri et Baveri consensu suaserat. Valla etiam in suo libro jam ita legerat, quia vertit: *Is ac Pedaritus, qui ipse quoque illuc ad eum trajecerat.*— Ceterum quoque notanda est inconstantia librariorum, qua vocabulum: Πεδάριτος scripserunt. Nam et in hoc et in antecedenti capite editur: Παιδάριτος, cum tamen et in antecedentibus et in sequentibus ubique codices exhibeant: Πεδάριτος. Quia igitur minime ferenda est talis inconstantia et in capite 32. ubi primum occurrit: Παιδάριτος, in melioribus tamen codicibus adhuc legitur: Πεδάριτος, ejicienda est scriptura: Παιδάριτος ex iis etiam locis, ubi codices majori numero hanc proferunt corruptam lectionem.

Cap. 34. Καὶ ὥσπερ ἰδόντες αὐτὰς ἐπεδίωκον· καὶ χειμών τε μέγας ἐπιγίγνεται—. Jam Baverus vidit, colon post: ἐπεδίωκον esse tollendum, ut hæc verba cum sequentibus: καὶ χειμών τε μέγας, sicut πρότασις cum ἀποδόσει, cohæreant: *cum visas persequerentur, jam gravis est orta tempestas.* Præterea in sexdecim libris vocabulum: αὐτὰς deest, quod etiam Wassius h. l. omitti posse, non sine causa arbitratur, quia facile ἀπὸ κοινοῦ potest suppleri.

Cap. 35. Ἡ δ' ἀφειστήκει ἤδη ἀπὸ Τισσαφέρνους—. Palmerii emendationem, ut legatur: ὑπὸ Τισσαφέρνους—jure comprobat Baverus, qui hæc Cnidi insula non in Persarum, sed Atheniensium potestate tunc fuerat et Tissaphernes quavis ratione Atheniensium opes frangere studebat. Præter alios etiam Gottleberus doctissimus adnotavit ad Thucyd. lib. I. c. 24. a librariis sæpe particulas: ἀπὸ et: ὑπὸ confundi. Simillimus locus infra cap. 44. occurrit in verbis: οἱ δ' ἐς Ῥόδον, ἐπικηρυκευομένων ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων ἀνδρῶν, τὴν γνώμην εἶχον πλεῖν—, ubi eadem de causa etiam Thucydidem olim scripsisse arbitror: ἐπικηρυκευομένων ὑπὸ τῶν δυνατωτάτων ἀνδρῶν—.

Cap. 38. Οἱ δ' ἐκ τῆς Λέσβου Ἀθηναῖοι ἤδη διαβεβηκότες τὴν Χίον—. Modesta et simul verisimillima est Dukeri conjectura emendantis: διαβεβηκότες ἐς τὴν Χίον—. In verbis sequentibus: καὶ κρατοῦντες τῆς γῆς καὶ θαλάσσης—novem codices omittunt articulum: τῆς, qui facile propter similem syllabæ antecedentis sonum a librariis adjici potuit.—Eodem modo etiam in verbis: μετὰ τοῦ Τυδέως τοῦ Ἴωνος—quinque codices articulum: τοῦ ante: Τυδέως omittunt, ubi etiam, quia omni effectu in illo loco destituitur, melius aberit. Nam in antecedentibus nondum illius Tydei erat injecta mentio.

Cap. 39. Καὶ τὰς ναῦς ταύτας ἢ αὐτὰς ἢ πλείους ἢ καὶ ἐλάσσους—ἀποπέμπειν—. Quia in uno codice omittitur: ἢ αὐτὰς, Wassio hæc omissio esse comprobanda videtur. Sed haud dubie vera est lectio. Vertitur quidem a Valla et aliis: *sive tot*—. Sed talis significatio non inest huic vocabulo. Potius verti debet: *sive solas.* Qua significatione sæpe illud: αὐτὸς usurpatur, et ita etiam sequentia: *sive plures, sive pauciores*, optime quadrant.

Cap. 42. Νομίσαντες, ἅσπερ ἐφύλασσον ναῦς, τὰς ἀπὸ τῆς Καύνου, ταύτας εἶναι—. Lectio quatuor codicum: ἃς περιεφύλασσον ναῦς—non sine causa Abreschio magis arridet, quia significationem huic

loco aptissimam complectitur.—In verbis: καταφεύγουσιν ἐς τὴν Τεύγλουσσαν νῆσον— propter alia scriptorum loca cum Harduino in suis ad Plinium notis veram lectionem: Τεύτλουσσαν νῆσου—subesse puto. Sicut etiam capite sequenti 43. cum aliis scriptoribus atque multorum quoque codicum auctoritate legendum est: καὶ Δωρύμοις (non: Λορύμοις) τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ—.

Cap. 44. Καὶ προσβαλόντες Καμείρῳ τῆς Ῥοδίας πρώτῃ ναυσὶ τέσσαρσι καὶ ἐννενήκοντα—. Pro illo: πρώτῃ ναυσὶ tres libri exhibent: πρὸς ταῖς ναυσὶ—, sex libri: πρὸς τὴν ναυσὶ—, unus: πρὸς γῆν ναυσὶ—, duo libri: πρὸς τὴν γῆν ναυσὶ—, duo: πρὸς ναυσὶ—, unus: πρότερον ταῖς ναυσὶ—et unus: πρὸς τὴν ἄκραν ναυσὶ—. Adparet igitur ex illa lectionum varietate, illud: πρώτῃ parum niti codicum auctoritate. Mihi quidem Thucydides scripsisse videtur: τῆς Ῥοδίας πρὸς γῆς ναυσὶ, *in conspectu terræ Rhodiæ ad Camiri oppidum navibus accedentes.* Nam: πρὸς cum Genitivo secundum antiquos Grammaticos sæpe ἀντὶ ἐνώπιον καὶ πρόσθεν λαμβάνεται.—In verbis: ὑστερίσαντες δὲ οὐ πολλῷ τὸ μὲν παραχρῆμα ἀπέπλευσαν—undecim libri scribunt: ὑστερήσαντες δὲ οὐ πολλῷ—, quæ haud dubie est vera lectio. Jam ad Herodoti lib. VI. c. 89. Wesselingius adnotavit, sæpe a librariis verba: ὑστερέω et: ὑστερίζω permutari. Scholiastes ad nostrum locum hanc explicationem adjecit: μετ' ὀλίγον ἐλθόντες. Videtur igitur codicum lectionem in suo libro invenisse. Simili modo aliis quoque locis vocabulum: ὑστερεῖν explicatur. Nam lib. I. c. 134. vocabulum: ὑστέρησαν Scholiastes interpretatur: ἐβράδυναν, et lib. VII. c. 29. ὑστερήσαντες vertit: μὴ φθάσαντες.—In verbis: τοὺς ἐπίπλους ποιούμενοι, ἐπὶ τὴν Ῥόδον ἐπολέμουν.—Porti et Abreschii sententiam amplector, ut, commate post: ποιούμενοι sublato, post: Ῥόδον potius comma ponatur et jam verba: ἐπίπλους ποιούμενοι ἐπὶ τὴν Ῥόδον cohæreant.

Cap. 45. Ἵνα αὐτῶν μὴ οἱ ναῦται—οἱ μὲν τὰ σώματα χείρω ἔχωσι—οἱ δὲ ναῦς ἀπολιπόντες, ἐς ὁμηρείαν τὸν προσοφειλόμενον μισθὸν—. Inter loca intellectu difficiliora etiam hunc locum interpretes referunt. Nulla quidem verborum emendatione mihi opus esse videtur, sed cum Henr. Stephano ad verba: οἱ δὲ ναῦς ex antecedentibus intelligo: χείρους ἔχωσι, quare etiam hæc verba a sequentibus commate sunt distinguenda. Comma vero post: ἀπολιπόντες tollendum esse puto, quia cum sequentibus arcte cohæret hoc verbum, quasi scripsisset: ἀπολιπόντες μισθὸν τὸν ἐς ὁμηρείαν προσοφειλόμενον. *Mercedem* vero militis debitam *relinquere,* nihil aliud haud dubie indicat, quam *recedere a signis,* deserere exercitum, cum simul debita merces pignoris loco duci bellico esset, quo minus miles desereret exercitum. Verto igitur hæc verba: *ne ipsorum nautæ, propter rerum abundantiam insolentes, partim corpora reddant infirmiora sumtus in talia impendendo, ex quibus eorum imbecillitas oritur, partim navibus utantur parum instructis, mercedem, ut pignoris loco esset, ipsis debitam negligentes.*—In verbis: ὡς οἱ μὲν Χῖοι ἀναίσχυντοι εἶεν, πλουσιώτατοι ὄντες τῶν Ἑλλήνων, ἐπικουρίᾳ δὲ ὅμως σωζόμενοι ἀξιοῦσι, καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασιν ἄλλους ὑπὲρ ἐκείνων ἐλευθερίας κινδυνεύειν—non satis respondet illi: εἶεν alterum verbum finitum: ἀξιοῦσι. Quodsi igitur emendamus: σωζόμενοι, οἳ ἀξιοῦσι—, optime omnia cohærebunt: *Quod impudentes sint Chii, omnium Græcorum ditissimi et eorum tamen servati auxilio, qui postulent, ut alii et corporibus et opibus suis pro eorum libertate subeant pericula.* Quilibet videt, quam facile articulus: οἳ post vocabulum: σωζόμενοι excidere potuerit. Eodem modo statim in sequentibus post verba: τὰς δ' ἄλλας πόλεις, ἔφη, ἀδικεῖν—sequitur articulus: αἳ ἐς Ἀθηναίους—ἀνάλουν—. Præterea etiam ad ornatum hujus loci pertinet, ut cum novem codicibus legamus: ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας—. In antecedentibus vero verbis: ὑπὲρ τοῦ ξύμπαντος ξυμμαχικοῦ—jam Dukerus animadvertit, post: ξυμμαχικοῦ distinctione maxima opus esse, ut hæc verba plane a sequentibus separentur. Sed nondum adest punctum in recentissimis Thucydidis editionibus.—In verbis: αἳ ἐς Ἀθηναίους, πρότερον ἀποστῆναι, ἀνάλουν, εἰ μὴ καὶ νῦν τοσαῦτα καὶ ἔτι πλείω—ἐθελήσουσι ἐσφέρειν—Æm. Porti et Dukeri conjecturam, ut legatur: πρότερον ἢ ἀποστῆναι—omnium adsensu dignam esse censeo, quæ etiam simul est verisimillima, quia litera: ἢ propter ultimam vocabuli: πρότερον, cum literæ unciales: N et H sint similes, facile intercipi potuit. Egregie etiam hanc conjecturam unius codicis Paris. lectio confirmavit. Porro etiam sex codicum lectio: εἰ μὴ καὶ νῦν καὶ τοσαῦτα καὶ—non est rejicienda: *nisi etiam nunc non solum totidem sed adeo plura—impendere velint.*

Cap. 46. Παρῄνει—μηδὲ βουληθῆναι, κο-

μίσαντα ἢ ναῦς Φοινίσσας, ὥσπερ παρεσκευάζετο μελλήσει πλείοσι μισθὸν ποριζοντα τοῖς αὐτοῖς τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης τὸ κράτος δοῦναι—. Quia illi particulæ: ἢ ante: ναῦς non alia in sequentibus particula respondet, magna huic loco inest obscuritas. Dukerus ingenue, se hujus loci sententiam non adsequi, fatetur. Baverus ingeniose cum Tusano conjecit, pro: μελλήσει legendum esse: ἢ Ἕλλησι, et mire respondet ejus conjecturæ Latina Vallæ interpretatio: *aut majori Græcorum classe conducta.* Haud dubie igitur Valla in libro suo legit: παρεσκευάζετο ἢ Ἕλλησι πλείοσι—, sicut etiam in uno Paris. codice vere hæc verba exhibentur. In alio Paris. scribitur: παρεσκευάζετο ἢ μελλήσει—. Quæ falsa lectio simul originem illius librariorum erroris indicat, qui ex literarum: μ et: η permutatione est ortus. Jure igitur recipienda est lectio: ἢ Ἕλλησι—. Duo autem Alcibiades Tissapherni dissuadet his verbis, ne adductis Phœnicum navibus aut pluribus Græcorum mercede conductis nimium quantum Græcorum imperium terra marique augeatur.—In verbis: καὶ ἐκ τοῦ περιόντος ἀγωνιεῖσθαι—articulus: τοῦ a septem codicibus abest, et quia etiam Scholiastes eum ignorat, non amplius esse retinendus videtur.

Cap. 47. Ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης ταῦτα ἅμα μὲν τῷ Τισσαφέρνει—παρῄνει—. Thucydides videtur scripsisse: ὅ τε Ἀλκιβιάδης—. Ita huic particulæ: τε in antecedentibus ultimo capite 46. respondent verba: τά τε ἄλλα καταφανέστερον—. Etiam Valla jam in libro suo legisse videtur: ὅ τε Ἀλκιβιάδης—, quia vertit: *Atque hæc Alcibiades simul*—.

Cap. 48. Ἀλλ' ὅ, τε Ἀλκιβιάδης (ὅπερ καὶ ἦν) οὐδὲν μᾶλλον ὀλιγαρχίας—δεῖσθαι ἐδόκει—. Duodecim codices legunt: ὅπερ καὶ ἦν, καὶ οὐδὲν μᾶλλον—. Hæc particula: καὶ sæpe habet vim intendendi et tali sensu etiam hic locum habere potest.—In verbis: ὅπως μὴ στασιάσωσι τῷ βασιλεῖ· οὐκ εὔπορον εἶναι λέγων καὶ Πελοποννησίων ἤδη ὁμοίως ἐν τῇ θαλάσσῃ ὄντων— πράγματα ἔχειν—colon post: βασιλεῖ cum Bavero aliisque interpretibus tollendum esse puto, cum illud potius post: στασιάσωσι locum habeat. Regi enim Persarum non parebant Athenienses; quare etiam seditionem non contra eum movere poterant. Melius igitur: τῷ βασιλεῖ cum sequentibus: οὐκ εὔπορον εἶναι, *difficile esse regi*, conjungitur. Præterea etiam illud: λέγων ante: καὶ Πελοποννησίων—plurimi codices ejiciunt. Quare hoc vocabulum cum Wassio librariorum interpretamentis h. l. adnumero.—In ultimis verbis: καὶ ταῦτα παρ' αὐτῶν γε τῶν ἔργων ἐπισταμένας—undecim codices omittunt particulam: γε, ubi nullo effectu videtur esse adposita.

Cap. 52. Βουλόμενον δὲ ὅμως, εἰ δύναιτό πως, πεισθῆναι—. Dukeri sententiam amplector, ut ex plerisque codicibus lectio magis apta: εἰ δύναιτό πως, πιστευθῆναι—recipiatur.—In verbis: ἤδη γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐν τῇ Ῥόδῳ ὄντων αὐτῶν ἐγεγένητο, ἐν τῇ τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου λόγον—ἐπηλήθευσεν ὁ Λίχας—plurimi codices legere jubent: ὄντων αὐτῷ ἐγεγένητο—, ut illud: αὐτῷ ad Tissaphernem referatur. Rhodiorum vero defectionem tunc temporis jam ad Peloponnesios factam Thucydides lib. VIII. cap. 44. commemoravit. Quare non mirum est, quo tempore Lichas in Cnidi urbe cum Tissapherne colloquebatur, Peloponnesios in Rhodi insula esse versatos.—Quod vero falsam lectionem: ἐν τῇ τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου attinet, plurimi libri, sicut jam Dukerus adnotavit, legere jubent: ἐν ᾗ τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου—, quod magis cum Attica dicendi ratione convenit.—In verbis: περὶ τοῦ ἐλευθεροῦν Λακεδαιμονίους τὰς ἁπάσας πόλεις—octo codices exhibent: ἐλευθεροῦν τοὺς Λακεδαιμονίους—. Quam lectionem præfero, quia adcurate indicat, Lacedæmonios harum urbium liberandarum auctores existere voluisse.—In verbis: καὶ μὲν δὴ ὁ Ἀλκιβιάδης—lectionem magis convenientem linguæ legibus novem codices adferunt: καὶ ὁ μὲν Ἀλκιβιάδης—. Unus liber scripsit: καὶ ὁ μὲν δὴ Ἀλκιβιάδης—.

Cap. 53. Ἀποσταλέντες ἐκ τῆς Σάμου, ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας—. Septem codices legunt: καὶ ἀφικόμενοι ἐς—. Quæ copula: καὶ in hoc loco, ubi plura adjunguntur participia, non est superflua.—In verbis: ὡς ἐξείη αὐτοῖς Ἀλκιβιάδην κατάγουσι—βασιλέα τε ξύμμαχον ἔχειν—cum Corintho *de dialectis Græcis* adhuc sex codices legunt: Ἀλκιβιάδην καταγαγοῦσι—. Quam lectionem tanquam magis consuetam Thucydidi etiam Wassius jure prætulit.—In verbis: μαρτυρουμένων καὶ ἐπιθειαζόντων, μὴ κατάγειν—octo codices legunt: μαρτυρομένων καὶ ἐπιθειαζόντων—. Quam lectionem jam Dukerus non sine causa propter adjectum præsens: ἐπιθειαζόντων præferendam esse censuit, cum etiam alias, ut lib. VI. cap.

80. hoc verbo: μαρτύρομαι Thucydides utatur.—In verbis: ἠρώτα ἕνα ἕκαστον παράγων τῶν ἀντιλεγόντων—octo codices exhibent: ἕνα ἕκαστον αὐτῶν παράγων τῶν ἀντιλεγόντων—. Qua admissa lectione facilius intelligitur, cur post: παράγων demum genitivus: τῶν ἀντιλεγόντων sit positus, qui aperte ad antecedens: αὐτῶν, ut magis illud explicetur, est relatus.—In verbis: ὁπότε δὲ μὴ φαίησαν ἐρωτώμενοι, ἐνταῦθα δὴ σαφῶς ἐλέγετο αὐτοῖς—decem codices lectionem orationi contextæ magis convenientem: ἔλεγεν αὐτοῖς—proferunt. Ita enim Valla in libro suo legit, quia vertebat: *tunc palam subjiciebat eis*—.

Cap. 54. Ἅμα τε διαβαλόντος καὶ Φρυνίχου τοῦ Πεισάνδρου παρέλυσε τῆς ἀρχῆς—. Undecim codices legunt: παρέλυσεν ὁ δῆμος τῆς ἀρχῆς—. Quod hoc loco est admittendum, quia modo in universum numero plurali: ἐψηφίσαντο de populo mentionem injecerat.—In verbis: ὅπως συστραφέντες καὶ κοινῇ βουλευσάμενοι καταλύσωσι τὸν δῆμον—plurimi codices lectionem magis Atticam: καταλύσουσι τὸν δῆμον—tuentur.

Cap. 55. Καὶ τοὺς βοηθήσαντας Ῥοδίων νικήσαντες μάχῃ ἀπεχώρησαν ἐς τὴν Χάλκην· καὶ τὸν πόλεμον ἐντεῦθεν μᾶλλον ἐκ τῆς Κῶ ἐποιοῦντο. εὐφυλακτοτέρα γὰρ αὐτοῖς ἐγίγνετο, εἴποι ἀπάροι τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικόν—. Primum admittenda est apta decem codicum lectio: καὶ τοὺς προσβοηθήσαντας Ῥοδίων—. Vocabulo: προσβοηθεῖν, in Herodoti scriptis frequentato, etiam Thucydides sæpe est usus, ut lib. II. cap. 86. lib. IV. cap. 13. lib. VI. cap. 66.—Porro omnium adsensu est digna Hudsoni emendatio, ut legatur: ἐντεῦθεν μᾶλλον ἢ ἐκ τῆς Κῶ ἐποιοῦντο. Nam non solum particula: ἐντεῦθεν h. l. non commodam admittit interpretationem, nisi hanc Hudsoni emendationem admittimus, sed diversus quoque insularum Chalces et Coi situs hanc Hudsoni emendationem confirmat, cum longe proprior Rhodi insulæ sita sit Chalce. Locus denique cap. 60. jam ab Hudsono laudatus, ubi classis Atheniensium ex Chalces insula in altum navigasse dicitur, eandem Hudsoni conjecturam defendit. Jam supra cap. 45. adfuit exemplum erroris a librariis commissi, cum literas unciales H et N inter se commutarent. Facile igitur h. l. etiam ab ultima litera vocabuli: μᾶλλον absorberi particula: ἢ potuit, quæ ad aptum hujus loci sensum est necessaria. Qua vero admissa emendatione etiam lectio recepta: εὐφυλακτοτέρα non mutato accentu est edenda, quia aperte ad Chalcen refertur, quæ ad observandam Peloponnensium classem est aptissima. Undecim denique codicum auctoritate lectio magis consueta: εἴποι ἀπαίροι τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικόν—est admittenda.—In verbis: ἐν τούτῳ δὲ ὁ Πεδάριτός τε καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ἐπικουρικὸν ἔχων—minus offendet particula: τε post: Πεδάριτος adjecta, si decem codicum lectionem: ὁ Πεδάριτος αὐτός τε καὶ τὸ—recipimus, ut indicetur, non alio duce, sed ipso Pedarito præsente Chiorum factam esse eruptionem.—In verbis autem: αἱρεῖταί τι αὐτοῦ καὶ νεῶν τινῶν ἀνειλκυσμένων ἐκράτησεν—jam Dukerus et Baverus Græcæ linguæ consuetudini magis adcommodatam esse censuerunt undecim codicum lectionem: αἱρεῖ τε τὶ αὐτοῦ—.

Cap. 56. Οὐ γὰρ αὐτῷ πάνυ τὰ ἀπὸ Τισσαφέρνους βέβαια ἦν, φοβουμένῳ τοὺς Πελοποννησίους μᾶλλον, καὶ ἔτι βουλομένῳ—. Tota oratio contexta suadet, ut multorum codicum lectionem: φοβουμένου τοὺς Πελοποννησίους μᾶλλον καὶ ἔτι βουλομένου—recipiamus. Etiam Valla secundum illam codicum lectionem hunc locum interpretatus est.—In verbis: ἀλλ' ὡς πεπεισμένῳ Τισσαφέρνει καὶ βουλομένῳ προσχωρῆσαι τοὺς Ἀθηναίους μὴ ἱκανὰ διδόναι—tredecim codices scribunt: προσχωρῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις μὴ ἱκανὰ διδόναι (sc. αὐτούς). Sive hanc sive illam lectionem vulgatam admiseris, semper casum omissum sive dativum sive accusativum supplere debemus. Quare codicum plurium consensu hujus loci lectio est stabilienda, quo illud: τοῖς Ἀθηναίοις magis confirmatur.—In verbis: καὶ αὖθις νήσους τε τὰς ἐπικειμένας καὶ ἄλλα—iterum undecim codices exhibent: ἐπικειμένας καὶ τ' ἄλλα—. Quæ lectio vulgatæ, ubi sub illo: ἄλλα incertissima quæque latent, est præferenda. Nam ad illud: καὶ τ' ἄλλα ex antecedentibus suppleo: ἐπικείμενα (sc. Ἰωνία), *alias regiones Ioniæ vicinas*.—In verbis: καὶ παραπλεῖν τὴν ἑαυτῶν γῆν, ὅποι ἂν καὶ ὅσαις ἂν βούληται. ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι, ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες οἱ Ἀθηναῖοι—inepta quidem lectio decem codicum: τὴν ἑαυτοῦ γῆν esse videtur, quare etiam Valla lectionem receptam sequitur, quia vertit: *terram ipsorum obire*. Sed hæc lectio: τὴν ἑαυτοῦ γῆν non amplius tam inepta esse ei videbitur, qui meminerit, hæc Tissaphernis postulata, quæ jam Alcibiades ejus nomine

proponebat, aperte pacis illius conditiones respexisse, quam olim Athenienses cum Artaxerxe Longimano pepigerant, et cujus conditiones a Diodoro Siculo lib. XII. pag. 293. his verbis indicantur: αὐτονόμους εἶναι τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνίδας πόλεις ἁπάσας, τοὺς δὲ τῶν Περσῶν σατράπας μὴ καταβαίνειν ἐπὶ θάλατταν κατωτέρω τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν, μηδὲ ναῦν μακρὰν πλεῖν ἐντὸς Φασήλιδος καὶ Κυανέων. Hac ultima igitur pacis conditione aperte Persis interdicta erat omnis navigatio navium bellicarum in tota Asiæ ora a Cilicia inde usque ad Pontum Euxinum. Cum vero Atheniensium legati jam Tissapherni concessissent, ut omnis Ionia cum finitimis insulis denuo Persarum imperio subjiceretur, jam hoc supererat, ut novo postulato etiam altera pacis conditio de limitata Persarum navigatione tolleretur. Quod vero Atheniensium legati propterea inprimis, quia maximæ suæ gentis opes in navigatione nitebantur, concedere non potuerunt. Hæc igitur ad codicum lectionem: τὴν ἑαυτοῦ γῆν defendendam sufficient. Si lectio recepta: τὴν ἑαυτῶν γῆν de terra Attica ageret, haud dubie Thucydides scripsisset: τὴν αὐτῶν γῆν. Præterea jam horum verborum sensu tanta Alcibiadi insolentia, superbia et impudentia erga suos cives tribueretur, ut eidem vix unquam ab ejus civibus ignosci potuisse arbitrer. Non dissimilis est etiam hæc oblata conditio, ut liceat regi ad oram maritimam regni sui navigare, ubicunque velit, illius pacti verbis, cum Lacedæmoniis tertio initi, quæ cap. 58. adferuntur: περὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ βουλευέτω βασιλεὺς, ὅπως βούλεται.— Pro illo: οὐκέτι—sex codices legunt: ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι τὶ, ἀλλ' ἄπορα νομίσαντες—. Quamquam his verbis inest ellipsis, tamen major perspicuitas huic codicum lectioni: οὐκέτι τὶ (sc. ποιοῦντες,) quam vulgatæ debetur.

Cap. 57. Μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς Πελοποννησίους τροφήν τε αὐτοῖς δίδωσι, καὶ σπονδὰς τρὶς τάσδε σπένδεται. Cum hæc periodus cum verbis: πάντων οὖν τούτων λογισμῷ incipiat, non verisimile est, etiam in his verbis: μεταπεμψάμενος οὖν—denuo particulam: οὖν esse adjectam. Aperte autem Thucydides in his verbis respicit verba hujus capitis, quæ antecesserunt: βουλόμενος τοὺς Πελοποννησίους πάλιν τε κομίσαι ἐς τὴν Μίλητον. Ex quibus simul hæc conjectura verisimilis oritur, Thucydidem hoc loco scripsisse: μεταπεμψάμενος αὖ τοὺς Πελοποννησίους—. Librarii sæpe particulas: αὖ et: οὐ permutare solent, cujus permutationis multa exempla præter alios etiam Xenophontis librorum codices suppeditant. Cum vero: οὐ hoc loco nullum admitteret sensum, aliam inde lectionem: οὖν similis literæ additamento effinxerunt.—Porro novem codicum auctoritate legendum est: σπονδὰς τάσδε τρίτας σπένδεται—. Nullo modo enim sensum aptum h. l. ex particula: τρὶς elicere licet, quia ter diversa, non autem eadem fœdera sunt inita.

Cap. 62. Σηστὸν πόλιν τῆς Χερσονήσου, ἥν ποτὲ οἱ Μῆδοι εἶχον, καθίστατο φρούριον—. Plurimi codices inepte legunt: ἣν τότε οἱ Μῆδοι—. Nam tota oratio contexta docet, non vi et armis tunc Sesti oppidum esse expugnatum. Imo Thucydidis verbis ea in memoriam revocantur, quæ lib. I. cap. 89. de Sesti oppido, olim a Medis occupato et iis erepto, narraverat. Sed hoc oppidum tunc temporis jam dudum Atheniensium parebat imperio. Retinenda est igitur lectio recepta: ποτὲ, sicut eam quoque Valla in sua interpretatione Latina expressit. Sæpe librarii literas: π et: τ permutarunt. Sicut enim: ἐπὶ sæpe pro: ἔτι posuerunt, ita etiam hoc loco veram lectionem: ποτὲ mutarunt in: τότε.

Cap. 63. Ὑπὸ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο—. Magis veram lectionem octo codices exhibent: δημοκρατία κατελέλυτο. Nam aperte propter illud additamentum: καὶ ἔτι πρότερον tempus longius præteritum in hac narratione magis quadrat. Ita etiam Valla in libro suo legit, quia vertebat: *Athenis antiquatus erat status popularis.*—In verbis: καίπερ ἐπαναστάντας αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται—quinque codices legunt: καίπερ ἐπαναστάντες αὐτοὶ ἀλλήλοις. Duo codices scribunt: ἐπαναστάντες αὐτοῖς ἀλλήλοις. Unus habet: ἐπαναστὰς αὐτοὺς ἀλλήλοις. De reliquis codicibus non satis adcurate indicata est lectionis varietas. Si ea, quæ capite 21. et cap. 73. de Samiis narrantur, cum loco nostro comparamus, qui primo paucorum imperium seditione facta et multis occisis amoverant, postea vero Pisandri suasu inprimis paucorum imperium denuo conjuratione facta stabilire conabantur, eo quidem tempore, quo etiam Athenis populi imperium aliquamdiu oppressum erat: hæc verba nostri loci optime de Samiis intelligi

poterunt, qui, quamquam antea paucorum imperium violenta seditione rejecerant, tunc temporis tamen simul cum Pisandro magis spectabant et magno numero optabant paucorum imperium. Quare etiam longe præferenda est quinque codicum lectio: καίπερ ἐπαναστάντες αὐτοὶ ἀλλήλοις— *quamvis ipsi* (antea) *sponte contra se invicem movissent seditionem.* Debuissent quidem hæc verba, ut adcuratius antecedentibus responderent, ita efferri: καίπερ ἐπαναστάντων αὐτῶν ἀλλήλοις—, quia modo antecesserat: αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων τοὺς δυνατούς. Sed consuetudini Thucydidis, verborum constructionem multiplici modo permutantis, hæc erant magis adcommodata. Quare Scholiastes, qui etiam de Samiis antea rebellantibus hæc verba intellexit, retinebat in sua interpretatione antecedentium verborum constructionem: καίπερ ἐπαναστάντων αὐτοῖς τοῖς ὀλιγαρχικοῖς τῶν δημοκρατούντων ὑπὲρ τοῦ μὴ ὀλιγαρχεῖσθαι. Etiam Valla in suo libro veram quinque codicum lectionem invenit: *Samii ipsi hortabantur—etsi inter se ad seditionem concitati, ne sub statu paucorum degeretur.*

Cap. 64. Καὶ τῶν πρεσβέων τοὺς ἡμίσεας ἀπέστελλον—. Plurimorum codd. auctoritate et hoc loco et in verbis: τοὺς δ' ἡμίσεας ἐς τἄλλα τὰ ὑπήκοα—legendum est: τοὺς ἡμίσεις ἀπέστελλον—et: τοὺς δ' ἡμίσεις ἐς τἄλλα—. Eodem modo etiam in verbis: τῶν ὑπηκόων πόλεων, αἷς ἂν προσίσχωσιν— Scholiastæ et plurimorum codicum consensu scribi debet: αἷς ἂν ἴσχωσιν—. Lectio nonnullorum librorum satis elegans: προσίσχωσιν ex Scholiastæ interpretatione: ἀντὶ τοῦ προσορμίσωνται traxisse originem videtur. Similem Scholiastæ interpretationem lectioni falsæ occasionem præbuisse puto in verbis ultimis: τὴν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕπουλον εὐνομίαν οὐ προτιμήσαντες—. Nam undecim codd. vocabulo Thucydidi magis consueto legunt: ὕπουλον αὐτονομίαν οὐ προτιμήσαντες—. Nam Scholiastæ verba sunt: τῆς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὑπούλου εὐνομίας οὐδὲν φροντίσαντες.

Cap. 65. Καὶ γὰρ Ἀνδροκλέα—κρύφα ἀποκτείνουσιν, ὥσπερ καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην οὐχ ἥκιστα ἐξήλασε—. Quatuor codices et duæ editiones melius exhibent: ὅσπερ καὶ τόν—. Quare etiam Dukerus laudavit quidem jure hanc lectionem, sed nondum recepit. Vallæ liber eandem lectionem defendit, quia vertebat; *et qui inter primos extiterat auctor.*

Cap. 66. Δῆμος μέντοι ὅμως ἔτι καὶ βουλὴ ἀπὸ τοῦ κυάμου ξυνελέγετο. Septem codicum lectio: βουλὴ ἡ ἀπὸ τοῦ κυάμου—est elegans et apta; quare etiam a Wassio non improbatur.—In verbis: οὔτ' εἰ ὑπωπτεύοντο, δικαίωσις ἐγίγνετο—octo codicum lectio: εἰ ὑποπτεύοιντο, δικαίωσις—est, quia magis incertos, qui inciderent, casus indicat, vulgatæ præferenda. Ad eandem codicum lectionem magis confirmandam illi etiam libri, in quibus sine: ω scriptum est: ὑποπτεύοντο, conferunt.—In verbis: καὶ, τὸ ξυνεστηκὸς πολὺ πλέον ἡγούμενοι εἶναι, ἢ ἐτύγχανεν, ὃ ἦν, ἡσσῶντο ταῖς γνώμαις· καὶ ἐξευρεῖν αὐτὸ, ἀδύνατοι ὄντες—οὐκ εἶχον—novem libri lectionem magis veram et a Dukero quoque jam comprobatam adferunt: ἢ ὅσον ἐτύγχανεν, ὃ ἦν—et pro illo: ἐξευρεῖν αὐτὸ, haud dubie legendum est: ἐξευρεῖν αὐτοὶ, ἀδύνατοι ὄντες, *ipsi sponte detegere non poterant*—. Quam lectionem: αὐτοὶ non solum sex codices adferunt, sed illi etiam septem libri confirmant, in quibus hæc verba ultimo: εἶχον ita male adhærent: οὐκ εἶχον αὐτοὶ ἐξευρεῖν—. Denique in verbis: διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ διὰ τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν—altera particula: διὰ ante: τὴν ἀλλήλων—est ejicienda novem codicum, qui illam omittunt, auctoritate.

Cap. 67. Ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω τῆς πόλεως ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα—. Octo codices articulum: τῆς, non necessarium hoc loco, omittunt ante: πόλεως. Sed majoris ad hujus loci interpretationem momenti est Hudsoni emendatio, ut legatur: σταδίους μάλιστα δ'—. Nam ipso loci illius situ, sicut ab antiquis descriptus est, hæc emendatio commendatur, et facile ex sequenti: καὶ ἐσήνεγκαν—librarii imperiti illud: δέκα effingere potuerunt.—In verbis sequentibus: ἀνειπεῖν γνώμην, nihil mutandum esse censeo, sed variam lectionem multorum codicum: ἀνατρέπειν γνώμην cum Abreschio librariorum interpretamentis adnumero. Confirmatur illud: ἀνειπεῖν, *clare et aperte sententiam dicere,* etiam sequentibus: ἣν δέ τις τὸν εἰπόντα ἢ γράψηται—. In verbis vero: ἣν ἄν τις βούλεται—haud dubie trium codicum auctoritate legendum est: ἣν ἄν τις βούληται—.

Cap. 68. Ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος—. Octo codices apte legunt: ἀρετῇ γε οὐδενός—. Copula: καὶ κράτιστος, quæ sequitur, magis cohæret cum sequenti: καὶ ἃ ἂν γνοίη—. Excidit quidem in sex codd. Pariss. particula: ἂν,

quæ huic loco est aptissima. Sed facile etiam intelligitur, quomodo excidere potuerit, cum inter: ἃ—γνοίη esset posita.—In verbis: ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέστησε θανάτου δίκην, ἀπολογησάμενος—ad: ξυγκατέστησε cum Bavero doctissimo ex antecedentibus intelligo: ὁ δῆμος, *cum eum populus simul cum aliis capitis causam dicere juberet*. Cum eodem etiam decem codicum auctoritate legendum esse puto: ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτιαθεὶς—. Quam lectionem illi etiam codices, in quibus legitur: αἰτιασθεὶς, confirmant.—In verbis: ὥστε ἀπ' ἀνδρῶν πολλῶν καὶ ξυνετῶν πραχθὲν τὸ ἔργον—eximia et Grammaticæ legibus plane adcommodata est unius codicis Dan. lectio: ὥστε ὑπ' ἀνδρῶν—. In verbis: τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα—ἐλευθερίας παῦσαι—Wassius improbat novem codicum lectionem: ἐπ' ἔτει ἑκατοστῷ—. Facile etiam syllaba superflua: ἐπ' ex sequenti: ἔτει propter perpetuam literarum: π et τ permutationem oriri potuit. Sensum tamen non ineptum etiam hæc lectio: ἐπ' ἔτει ἑκατοστῷ—fundet, quia ipsum temporis momentum, quo quædam acta sunt, hac particula: ἐπὶ sæpe indicatur.

Cap. 69. Ἦσαν δ' Ἀθηναίων πάντες ἀεὶ, οἱ μὲν ἐπὶ τείχει, οἱ δ' ἐν τάξει—. Omnium fere codicum lectio postulat, ut scribamus: ἦσαν δ' Ἀθηναῖοι πάντες ἀεὶ—. Qualem dicendi rationem etiam aliis locis Thucydides sæpe sequitur. Ut lib. III. c. 105.: οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες, οἱ μὲν ἐς Ἄργος ξυνεβοήθουν, οἱ δὲ— . lib. IV. cap. 94.: Ἀθηναῖοι δὲ, οἱ μὲν ὁπλῖται—ἱππεῖς δὲ—. In verbis: μὴ ὑπ' αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις, ἀλλ' ἄπωθεν, περιμένειν—Wassius improbat quindecim codicum lectionem: μὴ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις, quia cum dicendi consuetudine Thucydidi propria hæc lectio non conveniat. Sed locus lib. VII. c. 28.: οἱ μὲν ἐφ' ὅπλοις ποιούμενοι, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους—aperte docet, Thucydidem etiam de castris et statione, ubi milites commorabantur, illud: ἐφ' ὅπλοις usurpasse. Præterea etiam h. l. quinque codices scripturam magis consuetam: ἀλλ' ἄποθεν—adferunt.

Cap. 70. Τοὺς φεύγοντας οὐ κατῆγον, τοῦ Ἀλκιβιάδου ἕνεκα—. In novem codicibus legitur: τοῦ Ἀλκιβιάδου δὲ ἕνεκα. Forte Thucydides scripserat: τοῦ Ἀλκιβιάδου δὴ ἕνεκα.—In verbis: καὶ ἄλλους ἔδησαν, τοὺς δὲ καὶ μετέστησαν—octo codices legunt: καὶ μετεστήσαντο—. Utroque modo Thucydides hoc vocabulum adhibere solet. Ut lib. IV. c. 57.: οὓς ἐδόκει ἀσφαλείας ἕνεκα μεταστῆσαι—et lib. I. c. 79.: μεταστησάμενοι πάντας ἐβουλεύοντο.—Quare plurium codicum consensu lectionis veritas singulis locis est inquirenda. Numerus orationis certe h. l. lectione: μετεστήσαντο magis adjuvatur. In verbis autem antecedentibus: οἳ ἐδόκουν ἐπιτήδειοι εἶναι ὑπεξαιρεθῆναι—interpretationem Vallæ: *quia ipsi videbantur idonei, qui in locum ipsorum substituerentur*—huic loco maxime convenientem esse neque etiam a prima hujus vocabuli: ὑπεξαιρεθῆναι, significatione abhorrere puto.—In verbis ultimis: καὶ εἰκὸς εἶναι, αὐτὸν σφίσι, καὶ οὐκέτι τῷ ἀπίστῳ δήμῳ, μᾶλλον ξυγχωρεῖν—decem codices legunt: εἶναι αὐτοῖς σφίσι καὶ οὐκέτι—. Quia plerumque etiam in aliis locis Thucydides hæc duo: αὐτοῖς σφίσι conjungit, et h. l. vi majore illud: αὐτοῖς propter oppositum: οὐκέτι τῷ ἀπίστῳ δήμῳ, adjicitur, hæc tot codicum lectio non est negligenda.

Cap. 71. Οὐδὲ ἐν τῷ παρόντι πάνυ πιστεύων μὴ οὐκέτι ταράττεσθαι αὐτοὺς—. Cum Dukero pro illo: πάνυ πιστεύων—melius legimus: πάνυ τι πιστεύων—. Ita enim quinque codices legunt, et alii libri, qui scribunt: πάντη, πάνυ τοι, eodem respicere videntur.—In verbis: μᾶλλον ἂν χειρωθῆναι σφίσιν, ἢ βούλονται, ἢ καὶ αὐτοβοεὶ—lectio trium codicum: σφίσιν, εἰ βούλονται—sensum huic loco aptissimum continet. Nam tunc indicatur: Athenienses sive sponte et voluntarios captum iri, sive primo statim impetu. Quæ duo sæpe in narratione scriptorum invicem opposita reperimus. Etiam Valla hunc locum saltem eodem modo interpretatus est, quia vertit: *aut voluntarios*—. Quia modo præcesserat particula: ἢ in verbis: ἢ ταραχθέντας—et mox etiam sequitur in verbis: ἢ καὶ αὐτοβοεὶ—, facile etiam illud: εἰ ante: βούλονται errore scribarum in: ἢ transire potuit. Quæ quidem emendatio si non placuerit, vulgatam censeo esse retinendam: *qua* (urbis) *parte voluerint* (Lacedæmonii). Nam emendatio Reiskii, ut legatur: ἢ βούλονται, et vertatur: *celerius quam velint*, est ridicula; quia nemo, qui pugnat, se etiam sero aut cito capi voluerit.—In verbis: τοὺς δ' ἐπελθόντας—ἀπέπεμψαν—non verisimilis est lectio: ἀπέπεμψάν. Nam non in antecedentibus solum, sed in iis etiam, quæ sequuntur, de Agide narratio continuatur. Præterea milites proprie a duce suo, non ab aliis domum re-

mittuntur. Majore igitur auctoritate digna est quatuor codd. lectio: ἀπέπεμψεν. Ita etiam in libro suo Valla legit, quia vertebat: *domum remisit.*

Cap. 72. Καὶ τἄλλα ἐπιστείλαντες—ἀπέπεμψαν εὐθὺς μετὰ τὴν αὐτῶν μετάστασιν—. Quinque codices, omisso: εὐθὺς, legunt: αὐτοὺς μετὰ τὴν αὐτῶν—. Alii tres codices scribunt: αὐτοὺς εὐθὺς μετὰ τὴν αὐτῶν—. Utrumque vocabulum a Thucydide scriptum esse censet Dukerus, cujus sententiam equidem non improbo. Porro quinque libri legunt: τὴν αὐτῶν κατάστασιν, quod jure etiam Dukero et Abreschio magis placuit, quia falsa lectio: μετάστασιν haud dubie ex vocabulo: μεταστήσωσιν, mox addito, est orta.

Cap. 73. Ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον, ὅνπερ οἱ τετρακόσιοι ξυνίσταντο—. Novem libri addunt: τοῦτον, ut legatur ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον τοῦτον, ὅνπερ—, quod additamentum his verbis majorem in adfirmando vim tribuit.—In verbis: δι' ἣν μόνον μέχρι νῦν ἡ ἀρχὴ αὐτοῖς ἐς τοῦτο ξυνέμεινεν. οἱ δὲ ἀκούσαντες τῶν στρατιωτῶν ἕνα ἕκαστον μετῄεσαν—verba: μέχρι νῦν, quæ Wassius librariorum additamentis non sine causa adnumerat, quia ad explicationem sequentium: ἐς τοῦτο adjuncta fuisse videntur non occurrunt in tribus codicibus. Neque etiam Scholiastes hæc verba legit, quia illud: ἐς τοῦτο explicat: ἤτοι, μέχρι δεῦρο μεμένηκεν. Porro duodecim codicum consensu legendum est: τῶν τε στρατιωτῶν ἕνα ἕκαστον—.

Cap. 74. Ἀποπέμπουσιν—ἀγγελοῦντα τὰ γεγενημένα—. Quatuor codices legunt: ἀπαγγελοῦντα τὰ γεγενημένα—, quod inprimis etiam a Wassio probatur. Unus codex scribit: ἀπαγγελοῦντες—. Duo Pariss.: ἀπαγγελοῦντας—. Mihi quoque placet lectio: ἀπαγγελοῦντα, quia Thucydides verba composita inprimis amat.—In verbis: καταπλευσάντων αὐτῶν, τῶν μὲν Παράλων τινὰς—ἔδησαν—lectionem adferunt elegantiorem quatuor codices: αὐτῶν, εὐθέως τῶν μὲν Παράλων τινάς.—Denique in verbis: καὶ μετεκβιβάσαντες εἰς ἄλλην στρατιῶτιν ναῦν ἔταξαν—sex codices verbum in tali narrationum genere magis consuetum adferunt: καὶ μεταβιβάσαντες ἐς ἄλλην—. Quam igitur lectionem præfero. Nam lectio vulgata: μετεκβιβάσαντες, quæ codicum consensu destituitur, minus quadrat, quia jam antecesserat: ἀφελόμενοι τὴν ναῦν. Alii quatuor libri etiam sensum ab hoc loco alienum adferunt lectione: καὶ μετεμβιβάσαντες ἐς—, quia hoc indicaret, in aliorum locum eos jam navem militarem conscendisse.—In verbis: εἴρξειν, ἵνα, ἢν μὴ ὑπακούσωσι, τεθνήκωσι—quatuor codices adferunt huic loco maxime convenientem vocabuli gravioris lectionem: ὑπακούσωσι, τεθνήξονται—. Eodem quoque alii codd. lectione: τεθνήξονται—et unus Paris. scribendo: τεθνήξωσι ονται—respiciunt.

Cap. 75. Λαμπρῶς ἤδη ἐς δημοκρατίαν βουλόμενοι καταστῆσαι τὰ ἐν τῇ Σάμῳ—. Novem codices legere jubent: βουλόμενοι μεταστῆσαι τὰ ἐν τῇ Σάμῳ—. Ita cap. 74. hæc mutata reipublicæ forma etiam dicebatur: μετάστασις, et in nostro capite etiam adpellatur: μεταβολή. Quare verisimilior est hæc codicum lectio.—In verbis: καὶ τὸν πρὸς τοὺς Πελοποννησίους πόλεμον προθύμως διοίσειν—duodecim libri omittunt articulum: τοὺς ante: Πελοποννησίους—. Quare non amplius opus est hoc additamento.

Cap. 76. Ἐν ᾗ τοὺς προτέρους στρατηγοὺς—ἔπαυσαν—. Novem codices apte legunt: τοὺς μὲν προτέρους—, ut illud referatur ad sequentia: ἄλλους δὲ—. In verbis: παραινέσεις ἄλλας τε ἐποιοῦντο ἐν σφίσιν ἀνιστάμενοι—admittenda est septemdecim librorum auctoritas, ut consueta dicendi ratione, in Thucydide obvia, legatur: ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἀνιστάμενοι—. In verbis: τὰς ἄλλας πόλεις, ὧν ἄρχουσιν, ἀναγκάσειν—legendum est sexdecim librorum consensu: τάς τε ἄλλας πόλεις—. Nam in sequentibus ei respondet: πόλιν τε γὰρ σφίσιν ὑπάρχειν—. In verbis: ἀλλ' ἢ παρ' ἐλάχιστον ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος—ἀφελέσθαι—haud dubie legendum est: παρ' ἐλάχιστον δὴ ἦλθε τὸ τῶν Ἀθηναίων κράτος—. Nam duo codices lectionem: δὴ ἦλθε tuentur. Alii codices simul cum Scholiasta magno numero lectionem falsam: διῆλθε proferunt, quæ ex vera: δὴ ἦλθε est orta. Porro quindecim codices, articulo: τῶν adjuncto, legunt: τὸ τῶν Ἀθηναίων κράτος.—In verbis: καὶ νῦν ἐς τοσοῦτο καταστήσονται, μὴ βουλόμενοι σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι, ὥστε αὐτοὶ καὶ δυνατώτεροι εἶναι—septem codices legunt: μὴ βουλομένων σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι. Qua lectione admissa, longe major his verbis obscurioribus lux adjungitur. Nam sensus erit: *Ipsos, qui Samum teneant, suis viribus fretos* (δι' ἑαυτοὺς) *prius potiri debere illo in Piræeum ingressu. Jam talem eos esse nacturos potentiam, ut, si nolint* (Athenienses) *pristinam*

ipsis restituere civitatis formam, eos jam magis a mari arcere valeant. Eundem his Thucydidis verbis sensum inesse jam Scholiastes censuit.—In verbis; μήτε ἀργύριον ἔτι εἶχον πέμπειν, ἀλλ' αὐτοῖς ἐπορίζοντο οἱ στρατιῶται—praefero novem codicum lectionem: ἀλλ' αὐτοὶ ἐπορίζοντο—*sed sua sibi opera ipsi milites pararunt.* Nam lectio: αὐτοῖς non aptum fundit sensum, qui cum temporis illius historia convenire possit.—In verbis: ἡμαρτηκέναι τοὺς πατρίους νόμους καταλύσαντας—Dukerus quidem non admittendam censet decem codicum lectionem; τοὺς πατρῴους νόμους—, quia verbum in hac causa magis sollemne sit; πατρίους. Sed tot librorum consensus mihi non negligi posse videtur, cum etiam illud; πατρῷοι νόμοι non ineptum fundat sensum et in multis locis duo vocabula; πατρῷος et: πάτριος similem contineant significationem.—Denique in verbis: ὥστε οὐδὲ τούτους, οἵπερ ἂν βουλεύοιέν τι χρηστὸν παρὰ σφίσι, χείρους εἶναι—novem libri lectionem proferunt huic loco maxime adcommodatam: τούτους οὗπερ ἂν βουλεύοιεν—. Nam his verbis aperte Athenienses in Sami insula congregati indicantur, quorum decreta, si ad civitatis commoda spectent, ubicunque locorum (οὗπερ) versentur, licet nunc non Athenis sint congregati, tamen sint admittenda neque minoris auctoritatis.

Cap. 77. Ὡς ταῦτα, ἐν τῷ Δήλῳ ἤδη ὄντες, ᾐσθάνοντο, ἡσύχαζον—. Quatuor codices non male legunt: ἡσύχαζον αὐτοῦ—. Ita omnis ambiguitas tollitur, quae in verbo: ἡσύχαζον latebat. Etiam Valla in suo libro ita legebat, quia vertit: *ibidem siluere.*

Cap. 78. Οὔτε νῦν, ὅτε στασιάζειν τε λέγονται καὶ αἱ νῆες αὐτῶν οὐδέπω ἐν τῷ αὐτῷ εἰσὶν, ἀλλὰ τὰς παρὰ Τισσαφέρνους ναῦς μένοντες, ἄλλως ὄνομα, καὶ οὐκ ἔργον, κινδυνεύειν διατριβῆναι—. Vel hoc unicum caput libri octavi satis probare et persuadere poterit attento Thucydidis lectori, falsam esse eorum sententiam, qui non ab ipso Thucydide conscriptum esse librum octavum opinantur. Nam non ipsa narrandi ratione, Thucydide, summo historicorum scriptore, digna differt hic liber ab reliquo ejus opere, quia etiam in hoc libro rerum gestarum causas adcurate inquirit, et ex ipsa cogitandi et dicendi consuetudine cuilibet viro et populo, quorum injecit mentionem, propria, ipsorum actiones et fata, tanquam verisimillimos consiliorum effectus derivat. Si quid discriminis in rebus gestis libri octavi enarrandis animadvertere licet, quo a librorum differat antecedentium narratione, in eo tantum mihi quidem deprehendi videtur, quod nullas orationes artificiose conscriptas huic libro octavo intexuit, sed talium potius orationum atque consiliorum, quae illis continentur, argumentum verbis paucioribus in ipsa narrationis serie attigit atque strictim indicavit, ut satis adpareat attento lectori, ad finem sui operis properasse Thucydidem, quod tanto jam artificio per septem libros continuaverat, quia forte ipsa aetatis jamjam ingravescentis molestia eum deterrebat ab operis longioris continuatione, sicut jam Marcellinus censuit in libello de Thucydidis vita et dicendi genere conscripto, ubi adfirmat pag. 728. ed. Beck.: ἔνθεν καὶ λέγομεν, ὡς ἀσθενέστερον πέφρασται καὶ ὀλίγον, καθότι ἀρρώστων αὐτὴν (sc. τὴν ὀγδόην ἱστορίαν) φαίνεται συντεθεικώς. Partim vero etiam ipsum narrationis argumentum, Thucydidi, Atticae gentis cultori, tristissimum, quod collapsas res Atheniensium et statum civitatis ad interitum magis magisque properantem complectitur, ne pluribus res ipsi ingratas proponeret, eum retinuit. Praeterea in hoc libro octavo, sicut in antecedentibus libris factum est, et quidem eadem quoque occasione, quando nempe quendam belli tot annis continuati annum esse finitum indicabat, sui nominis, quippe qui conscripserit has res gestas, cap. 6. et cap. 60. in verbis: ὃν Θουκυδίδης συνέγραψε, mentionem injecit. Gravissimum denique argumentum, quo hunc librum ab ipso etiam Thucydide conscriptum esse adfirmamus, ex conciso scribendi genere et ex constructione verborum saepe mutata ideoque non raro intellectu difficillima repetimus. Sicut igitur in toto Thucydidis opere innumera hujus dicendi rationis exempla occurrunt: ita etiam hoc caput 78. propter verba contorta et per synesin et alias orationis figuras varie mutata, ipsi Thucydidi proprium esse, satis superque declarat. Verba hujus capitis: αἱ νῆες αὐτῶν οὐδέπω ἐν τῷ αὐτῷ εἰσὶν, Scholiastes, quia adjecit: ἤγουν, οὐχ ὁμονοοῦσι, aliique interpretes de Atheniensium, tunc temporis inter se dissidentium, classe explicant. Sed jam particula: οὐδέπω, *nondum*, quae inest his verbis, indicat, ad sequentia potius haec verba esse trahenda ideoque de Peloponnensium classe, quae nova Tissaphernis promisso incrementa exspectabat, intelligi debere. Du-

plex igitur idque contrarium continent argumentum hæc verba, quo partim postulant Lacedæmonii, ut prœlium navale committatur, quia nunc dissideant Athenienses (στασιάζειν τε λέγονται) ideoque sint impotentiores, partim Astyochus aperte tergiversabatur, ne prœlium committeret, quia Peloponnensium classis cum promissis Phœnicum navibus sit nondum conjuncta. Hunc vero Astyochi prætextum in sequentibus infirmat scriptor Peloponnensium nomine, quia Spartanis verba dare videatur Tissaphernes et timendum sit, ne tempus terendo pedetentim vires Peloponnensium imminuantur. Non amplius igitur esse cunctandum et quam primum committendum cum Atheniensibus navale prœlium. Quæ si vera est horum verborum interpretatio, particulam: καὶ ante: αἱ νῆες αὐτῶν ex Astyochi sententia verto: *sed tamen.* Porro verbo: μένοντες synesin inesse puto. Nam quia illud: αἱ νῆες αὐτῶν, respicitur, Thucydides scribere debuisset: μένουσαι. Jam vero sub: μένοντες ipsi Peloponnenses, harum navium possessores, intelligendi sunt. Commate autem post: μένοντες sublato et post: ἄλλως potius collocato, vocabulum: ἄλλως cum: μένοντες conjungo, ut indicetur: *frustra exspectantes.* Verba: ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον cum aliis interpretibus ad: Φοινίσσας ναῦς refero, ut metonymia indicetur et adpositione grammatica, has Phœnicum naves nomine quidem et verbo esse promissas, sed non re vera missum iri. In verbis denique: ἀλλὰ—μένοντες—κινδυνεύσειν (nam ita propter novem codicum et haud dubie etiam Vallæ libri consensum pro illo: κινδυνεύειν legendum esse puto) διατριβῆναι—, quia in iis aliud argumentum Astyocho tergiversanti oppositum continetur, constructione denuo mutata ex antecedentibus verbum finitum: λέγονται intelligo. Ergo sensus horum verborum erit: *Ne nunc quidem* (Astyochum pugnare velle), *cum* (Athenienses) *dissidere dicantur, sed tamen nondum* (Astyocho prætendente) *ipsorum* (Peloponnensium) *naves in eo sint statu, contraria autem ratione* (ἀλλὰ) *Lacedæmonii frustra exspectantes illas Phœnicum naves, a Tissapherne verbo quidem sed non re vera promissas, periculum adituri esse dicantur, ne conterantur ipsorum vires.*— Etiam in verbis sequentibus: τὸν δ' αὖ Τισσαφέρνην τάς τε ναῦς ταύτας οὐ κομίζειν καὶ τροφὴν ὅτι οὐ ξυνεχῶς οὐδ' ἐντελῆ διδοὺς, κακοῖ τὸ ναυτικὸν—mira verborum conjunctorum permutatio deprehenditur. Nam aperte scribere deberet: καὶ κακοῦν. Modo igitur infinitivi forma (τὸν Τισσαφέρνην—κομίζειν) modo verbi finiti forma (καὶ—κακοῖ) sententiam suam Thucydides in uno eodemque orationis membro expressit. Præterea etiam illud: διδοὺς, quia cum: ὅτι est conjunctum, pro verbo finito, quasi scripsisset: διδοὺς ἐστι, est positum. Nam participia sæpe pro verbis finitis poni, multis illustrare exemplis non est necesse.

Cap. 79. Ἔπλεον πρὸς τὴν Μυκάλην—. Forma magis Attica septem codices legunt: ἔπλεον ὡς πρὸς τὴν Μ. quæ lectio etiam a Wassio probatur. Eodem respicit codex, qui exhibet: ἐς πρὸς τὴν—. Nam particulas: ἐς et: ὡς librarii sæpenumero permutant. Exempla hujus permutationis etiam occurrunt in variis lectionibus lib. IV. c. 100. lib. VI. c. 71. et c. 75. lib. VIII. c. 5. et c. 81.—In verbis: ὡς εἶδον τὰς τῶν Πελοποννησίων ναῦς ἐπιπλεούσας— legendum est omnium fere codicum auctoritate: καὶ ὡς εἶδον—. Particulæ: καὶ post parenthesin præmissam explicandi vis h. l. inesse videtur: *cum nempe viderent*—. In verbis: καὶ ἅμα (προῄσθοντο γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῆς Μιλήτου ναυμαχησείοντας) προσεδέχοντο καὶ τὸν Στρομβιχίδην—non adcurate cohæret hæc parenthesis cum sequentibus. Nam non propterea Athenienses exspectabant Strombichidæ adventum, quia præsenserant, Peloponnenses cupiditate prœlii navalis committendi flagrare, sed quia nuntius ad eum missus erat; sicut statim in verbis sequentibus indicatur: προὔπεμπετο γὰρ αὐτοῖς ἄγγελος. Puto igitur signa parentheseos in his verbis esse omittenda, quia illud: καὶ ἅμα—cum sequentibus adcurate cohæret. Duo enim argumenta proposuit scriptor, quibus instigati sint Athenienses, ut cum classe sua ex litore terræ continentis in tutiorem Sami portum recederent. Prius est, quia præsenserant, pugnæ committendæ cupiditate (καὶ ἅμα προῄσθοντο γὰρ) Athenienses flagrare. Alterum vero, quia Strombichidæ arcessiti adventum exspectare malebant. Omisso igitur parentheseos signo etiam admittenda est septemdecim codicum lectio: προσεδέχοντο δὲ καὶ τὸν—, ut jam illæ particulæ: καὶ ἅμα—γὰρ et: προσεδέχοντο δὲ καὶ—Latine sint vertendæ: *Simul enim non solum præsenserant—sed exspectabant etiam*—. In verbis: ναυσὶν ἐπ' Ἀβύδου ἀφικομέναις προσβοηθήσειν· προὔπεμπ-

τὸ γὰρ αὐτῷ ἄγγελος—præfero lectionem quatuor codicum: ἐπ' Ἄβυδον ἀφικομέναις—. Nam dux Atheniensium non tam versus Abydi urbem, (ἐπ' Ἄβυδου) quam potius contra illam urbem, (ἐπ' Ἄβυδον) ut eam expugnaret, profectus erat. Ita etiam cap. 62. de eodem duce legitur: ἐπ' Ἄβυδον ἦλθε—. Porro vocabulum: προὔπεμπτο haud dubie non est positum a Thucydide. Nam scripsisset: προὐπέπεμπτο, sicut jam Baverus doctissimus adnotavit. Lego igitur trium codicum auctoritate: προὔπεμπετο γὰρ αὐτῷ ἄγγελος—. In verbis denique sequentibus: καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐπὶ τῆς Σάμου ἀνεχώρησαν—admittenda est apta novem librorum lectio: ἐπὶ τῆς Σάμου ἀπεχώρησαν, *versus Samum recesserunt.* Quod aperte convenit cum antecedenti: ὑπεχώρησαν ἐς τὴν Σάμον. Etiam Valla in libro suo ita legisse videtur, quia vertebat: *cum se in Samum Athenienses subduxissent.* Recessus autem in Sami portum, qui alias verbo proprio: κατάγεσθαι indicatur, minus apte ex recepta lectione: ἀνεχώρησαν elici poterit.

Cap. 80. Καὶ αἱ μὲν Δήλου λαβόμεναι, αἱ πλείους μετὰ Κλεάρχου—αἱ δὲ μετὰ Ἑλίξου—. Hudsonus quidem cum Stephano in verbis: αἱ πλείους—pleonasmum articuli adesse putat, sed si sequimur novem codicum auctoritatem, qui legunt: αἱ δὲ πλείους—, nullus quidem pleonasmus superest. Nam illud: αἱ μὲν—in universum omnes quadraginta naves indicat, quarum aliæ (αἱ δὲ) eæque plures Miletum redierunt, aliæ vero (αἱ δὲ) numero decem in Hellespontum evaserunt.

Cap. 81. Καὶ μάλιστα Θρασύβουλος, ἀεί τε τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐχόμενος—. Decem codices legere jubent: καὶ ἀεί τε τῆς αὐτοῦ—. Non enim superfluum est illud: καὶ, quia verba: καὶ—ἐχόμενος—in sequentibus respondent verbis: καὶ—πλεύσας—. In verbis: καὶ τέλος ἀπ' ἐκκλησίας ἔπεισε τὸ πλῆθος—aptissima lectio: καὶ τέλος ἐπ' ἐκκλησίας—a decem codicibus adfertur, quam dignam esse judico, quæ recipiatur. Nam non post concionem habitam, sed in ipsa concione convocata militibus persuasit.—In verbis: τήνδε ἰδίαν ξυμφορὰν τῆς φυγῆς ἐπητίασε καὶ ἀνωλοφύρατο—offendit forma activa: ἐπητίασε inter Græcos minus consueta. Non dubito igitur, lectionem undecim codicum: ἐπητιάσατο καὶ ἀνωλοφύρατο esse recipiendam.—In verbis: καὶ περὶ τῶν πολιτικῶν πολλὰ εἰπὼν—novem libri omittunt articulum: τῶν, qui etiam salvo horum verborum sensu abesse poterit.—In verbis sequentibus: ἐς ἐλπίδας γε αὐτοὺς οὐ μικρὰς περὶ τῶν μελλόντων καθίστη—sexdecim libri ejicere jubent particulam: περὶ ante verba: τῶν μελλόντων—, sicut etiam aliis scriptorum locis sæpe vocabulum: ἐλπὶς soli genitivo adjunctum legitur. Etiam Dukerus jam propter codicum consensum illius particulæ: περὶ additamentum improbat.—In verbis ultimis: εἰ αὐτὸς κατελθὼν αὐτῷ ἀναδέξαιτο—ex septem codicibus legendum est: εἰ σῶς αὐτὸς κατελθὼν αὐτοῖς ἀναδέξαιτο—. Alii duo codices, qui exhibent: ὡς αὐτὸς—, et alius, qui legit: εἰδὼς—, eandem codicum priorum lectionem: σῶς confirmant. Etiam Wassio vocabulum: σῶς, huic loco adjectum, placet. Sed alteram lectionem: αὐτοῖς, improbat. Causam tamen non adjecit, cur hanc lectionem: αὐτοῖς (sc. Ἀθηναίοις), huic quidem loco aptissimam, non admiserit.

Cap. 82. Οἱ δὲ ἀκούοντες ταῦτά τε καὶ ἄλλα πολλὰ στρατηγὸν—εἵλοντο—. Undecim codices legere jubent: οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα—. Eandem lectionem, quæ orationi contextæ est plane adcommodata, etiam Vallæ liber adhibuit, quia vertebat: *Hæc illi—simulatque audivere—.* In verbis: καὶ στρατηγὸς ἤδη ᾕρηται καὶ εὖ καὶ κακῶς οἷός τε ἐστὶν αὐτὸν ποιεῖν—particulam: ἤδη plurimi codd. longe alio loco collocant. Nam illud: ἤδη ante: ᾕρηται omittunt et loco aptiori intrudunt legendo: αὐτὸν ἤδη ποιεῖν—. Illi etiam codices, qui adhuc retinent: ἤδη ante: ᾕρηται—, tamen simul ante: ποιεῖν repetunt.

Cap. 85. Ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης διεβεβήκει ἤδη παρὰ τοῦ Τισσαφέρνους—. Plurimi codices ante: ἤδη inserunt: πάλιν. Quam particulam Valla quoque in libro suo invenit, quia vertebat: *et Alcibiades rursus a Tissapherne Samum—.* Præterea sex codd. sine augmento legunt: διαβεβήκει, quod non solum Græci in aliorum verborum tempore plusquamperfecto solent interdum omittere, sicut jam adnotavit Perizonius in notis ad Ælian. V. H. lib. III. cap. 19. sed compositis etiam verbi: βαίνω inprimis est peculiare, sicut Dukerus animadvertit ad Thucyd. lib. VII. c. 44. Tot igitur codicum auctoritate legendum est: ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης διαβεβήκει πάλιν ἤδη—.

Cap. 86. Πολλὴν ἐλπίδα εἶναι ξυμβῆναι—. Novem codices apte legunt: ἐλπίδα εἶναι καὶ ξυμβῆναι, *spem de pace etiam ineunda*

adfore.—In verbis: οἳ τότε ἐτάχθησαν ἐν τῇ στρατιώτιδι νηὶ ὑπὸ τῶν τετρακοσίων περιπλεῖν Εὔβοιαν καὶ ἄγοντες Ἀθηναίων ἐς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμπτοὺς πρέσβεις—omnes fere codices legunt: τετρακοσίων πέμπουσι πρέσβεις—, quare illa lectio: πεμπτοὺς ex interpretamento orta esse videtur. Sed non tam facile est, illud: πέμπουσι in hoc loco explicare. Partim ea respiciuntur, quæ cap. 74. de nave Atheniensium publica narrata sunt. Forte excidit articulus: οὓς ante particulam: ἐς, qui facile propter similitudinem utriusque vocis monosyllabæ perire potuit. Quodsi quidem hæc conjectura admittitur, ut legamus: καὶ ἄγοντες Ἀθηναίων, οὓς ἐς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πέμπουσι, πρέσβεις—, nulla amplius difficultas in hoc loco remanebit explicando. Inprimis etiam hac emendatione vocabulum: Ἀθηναίων cum illo: πρέσβεις optime connectitur, quod alias sine addito articulo: οὓς ab eodem; πρέσβεις nimis esset remotum.

Cap. 87. Τῇ δὲ στρατιᾷ προστάξειν, ἔφη, Ταμῶν ἑαυτοῦ ὕπαρχον—. Cum vocabulum: Ταμῶς supra cap. 31. scriptum sit: Τάμως, hæc librariorum inconstantia non est ferenda et haud dubie admittenda est Dukeri sententia, ut in hoc vocabulo Ægyptio Xenophontis et Diodori Siculi auctoritate ubique scriptura: Ταμὼς recipiatur. —In verbis: καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς οὐδὲν ἔμελλε χρήσεσθαι—illorum amplector interpretum sententiam, qui legere jubent: καὶ γὰρ ὣς αὐτοῖς—nam vel sic nihil iis erat usurus. Quamvis enim illud: ὣς pro: οὕτως sæpius a poetis adhibeatur, multis tamen locis etiam Thucydides hac particula: ὣς usus est, ut lib. I. c. 74.: μηδ' ὣς τὸ τῶν περιλοίπων ξυμμάχων κοινὸν προλιπεῖν. cap. 132.: ἀλλ' οὐδ' ὣς οὐδὲ—πιστεύσαντες. Lib. III. cap. 33.: εἰ καὶ ὣς μὴ διενοοῦντο μένειν. cap. 37.: ὣς οὖν χρὴ καὶ ἡμᾶς ποιοῦντας μὴ—παραινεῖν. Lib. V. cap. 55.: οὐδ' ὣς ἐδυνήθησαν ξυμβῆναι. Lib. VII. cap. 28.: μηδ' ὣς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας. cap. 74.: ἐπειδὴ καὶ ὣς οὐκ εὐθὺς ὥρμησαν. cap. 75.: οὐδ' ὣς ῥᾳδία ἐν τῷ παρόντι ἐδοξάζετο. cap. 81.: καὶ ἐνόμιζον καὶ ὣς—λήψεσθαι αὐτούς—. Ex quorum locorum comparatione simul adparebit, Thucydidem cum illo: ὣς sæpissime negandi particulam solere conjungere. Qua observatione etiam nostro loco hæc emendatio magis confirmabitur.—In verbis: καταφθορὰ δὲ μάλιστα, καὶ ἣν εἶπε πρόφασιν οὐ κομίσας τὰς ναῦς—non admitto Stephani interpretationem, quamvis etiam Dukerus eam sequatur, qua inprimis ad perniciem Græcorum spectaverit ille Tissaphernis prætextus, nondum tanto numero congregatas esse Phœnicum naves, quanto rex Persarum imperaverit. Non eo enim, ut hæc prætenderet Tissaphernes, Græcorum maturabatur pernicies, quam quod auxilium ipsis promissum tam diu retinebat. Ille vero prætextus, quia ineptus erat, inhonesta potius Tissaphernis consilia, quibus fracturus erat Græcorum vires, magis patefecerat. Ex codicum vestigiis igitur legendum esse censeo: κατάφωρα δὲ μάλιστα—*maxime autem manifestum est* (sc. Tissaphernem retinendo navium auxilio atterere Græcorum vires voluisse) *ex prætextu, quem propter classem non missam protulit.* In antecedentibus modo dixerat Thucydides: ἐπιφανὲς δήπου—. Ad quod jam optime superlativo gradu refertur illud: κατάφωρα δὲ μάλιστα. Thucydidis more hoc neutrum numero plurali effertur pro: κατάφωρον δὲ μάλιστα ἐστί—. De qua Thucydidis consuetudine jam ejus interpretes in notis ad lib. I. cap. 1. egerunt. Ita enim præter alia multa legitur lib. I. cap. 2.: τὰ πρότερα. cap. 72.: παριτητέα. cap. 79.: πολεμητέα. cap. 86.: παραδοτέα —διακριτέα. cap. 93.: ἀνθεκτέα. cap. 125.: ἀδύνατα. Lib. VI. cap. 25.: πλευστέα. Lib. VII. c. 60.: βουλευτέα etc. In aliis quidem locis non usurpavit Thucydides hoc vocabulum: κατάφωρον. Occurrit tamen in Plutarchi scriptis et plane similem verbo: καταφωράω significationem obtinet. Codices vero, ex quibus hanc emendationem: κατάφωρα elicui, sunt cod. Ar. qui scripsit: καταφωρᾷ, Cod. Cl. et duo Pariss. qui habent: κατάφωρος, Codd. Aug. et Cass.: καταφωρᾶν, et Vallæ liber, quia ille vertit: *etenim maxime evidentis tergiversationis fuit, quod causabatur, cur naves non adportasset.*—In verbis: ἐλάσσους ἢ ὅσας ὁ βασιλεὺς ἔταξε—decem codd. omittunt articulum: ὁ ante: βασιλεύς, qui non semper additur, si regem Persarum hoc vocabulum indicat. Ita statim in sequentibus Thucydides scripsit: ἀναλώσας πολλὰ τῶν βασιλέως—.

Cap. 88. Ὁ μὲν ἄρας εὐθὺς τῆς Φασήλιδος καὶ Καύνου—. Et significatio particulæ: εὐθὺ, *recta*, quando cum genitivo conjungitur, et codicum plurimorum auctoritas legere jubent: ἄρας εὐθὺ τῆς Φασήλιδος—, quod jam Dukerus aliique suaserunt.

Cap. 89. Καὶ Ἀριστοκράτην τὸν Σικελίου καὶ ἄλλους—. Octo codicum auctoritate legendum est: τὸν Σκελίου sive: τὸν Σκελλίου—, sicut jam Hudsonus suasit et inprimis testimonio ex Demosthene allato confirmavit. Duplex λλ etiam quidam codd. qui vulgatam lectionem: Σικελλίου tuentur, adferunt.—In verbis: τούς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους ἔπεμπον— additamento non inepto novem codices legunt: σπουδῇ πάνυ τούς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα—. Idem quoque Valla in libro suo invenit, quia vertebat: *legatos mature sane Lacedæmonem miserant.*—Quare illa lectio non est rejicienda.—In verbis ultimis: ἠγωνίζετο οὖν εἷς ἕκαστος ὑπερβολὴν αὐτὸς πρῶτος προστάτης τοῦ δήμου γενέσθαι— non ferri potest lectio: ὑπερβολήν. Nam sive: ὑπερβολῇ, sicut unus Paris. exhibet, scribendum est, sive: ἕκαστος ἐς ὑπερβολὴν αὐτὸς—; sicut etiam in quatuor codd. legitur, eaque lectio mihi magis placet, quam ut trium codicum auctoritate plane omittamus vocabulum: ὑπερβολήν.

Cap. 90. Καὶ παρ' αὐτὴν εὐθὺς ὁ ἔσπλους ἐστίν. Quatuordecim libri legunt: εὐθὺς ὁ ἐπίπλους ἐστίν. Quæ si vera est lectio, sensus est horum verborum: *ea parte statim navium impetus fieri solet et potest.* Ipsa oratio contexta hanc codicum lectionem defendit. Nam proxime antecesserant hæc verba: ἵνα τοὺς πολεμίους μᾶλλον—δέξωνται—et statim hæc sequuntur: ὥστε καθεζομένων ἐς αὐτὸν ἀνθρώπων ὀλίγων, ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου. Nihil est, quo apte referatur illud: ἐς αὐτὸν, nisi retineamus codicum lectionem: ἐπίπλους, ut jam sensus existat: *quando vel pauci homines contra navium impetum in statione collocati fuerint.* Quia lectionem: ἐπίπλους nondum receperat Æm. Portus, propterea h. l. legere maluit: ἐς αὐτὸ (sc. τεῖχος) sine codicum auctoritate. Si ad: ἐς αὐτὸν cum aliis supplendum esset: ἔσπλουν, haud dubie non repetiisset Thucydides statim in sequentibus: ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου—. In verbis: καὶ ἦρχον αὐτοὶ αὐτῆς, ἐς ἣν καὶ—novem codices apte legunt: καὶ ἦρχον οἱ αὐτοὶ αὐτῆς—. Quod referri debet ad: ὁ Θηραμένης καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ—et illud: ἦρχον eodem sensu adhibetur, quo in antecedentibus adfuit: ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου.

Cap. 91. Ἐξειργόμενοι δὲ τούτου, μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου τε αὖθις γενομένου—διαφθαρῆναι—. Tredecim codices cum vi majore legunt: ἐξειργόμενοι δὲ καὶ τούτου—. Etiam Valla ita legit, cum verteret: *hoc quoque excluso.* Præterea copulam: τε post vocabulum: δήμου quinque codd. non sine causa ejiciunt, quia hæc particula in sequentibus nihil habet, ad quod apte referatur.

Cap. 92. Ἑρμων τῶν περιπόλων τὶς τῶν Μουνυχιᾶσι τεταγμένων ἀρχῶν. Sequor Dukeri sententiam, ut scribatur: Μουνυχιάσι, sicut illud: Ὀλυμπιάσι, quia singularis habet: Μουνυχία, Ὀλυμπία. Ita etiam vocabulum: Μουνυχιάσι in cod. Aug. παροξυτόνως scribitur. Porro legendum est: τεταγμένων ἄρχων, eadem Dukeri sententia. Utraque vox jam παροξυτόνως scripta reperitur in Stephani libro *De urbibus*, sub: Μουνυχία.—In verbis: τὸ δὲ μέγιστον, τῶν ὁπλιτῶν τὸ στίφος ταῦτα ἐβουλεύετο— vera lectio ita constituenda esse videtur: τὸ στίφος ταὐτὰ ἐβούλετο—. Nam lectionem: ἐβούλετο septem codd. adferunt atque etiam Vallæ liber, quia vertit: *idque ex voluntate maximæ armatorum partis.* Altera autem lectio: ταὐτὰ, mea nititur conjectura, quia orationi contextæ quam maxime est adcommodata.—In verbis: ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα, ὠργίζετο τοῖς ὁπλίταις· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι, τῷ πλήθει ἐχαλέπαινον—, quia eadem dictio: ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα etiam in Xenophontis Hist. Græc. lib. II. cap. 4. §. 21. simili sensu adhibetur, ut respondeat Latino: *dicis causa*, verisimillimam esse puto Schneideri doctissimi sententiam, ut duabus vocibus in unam conjunctis legatur: ὅσον ἀποβοῆς ἕνεκα. Nam duas præpositiones separatas: ἀπὸ et: ἕνεκα cum uno vocabulo: βοῆς conjungi potuisse, non facile cuiquam Græcæ linguæ studioso persuadebitur. Pro illo: τῷ πλήθει haud dubie magis vera lectio: τῷ ἄλλῃ θεῖ ἐχαλέπαινον, est admittenda. Nam hæc lectio, quam cod. Marg. unus Paris. Scholiastes et Vallæ liber, quia vertit: *re vera excanduerunt*, confirmant, optime opponitur illi: ἀποβοῆς ἕνεκα.—In verbis: καὶ εἰ ἄμεινον εἶναι καθαιρεθὲν—comma post: ἄμεινον est ponendum, ne horum verborum sensus perturbetur. Nam ad: ἄμεινον est ex antecedentibus intelligendum: δοκεῖ, et sequentia: εἶναι καθαιρεθὲν, ex antecedentibus: ἄμεινον δοκεῖ, pendent.—In verbis: φοβούμενοι, μὴ τῷ ὄντι ὦσι καὶ πρός τινα εἰπών τις τὶ ἀγνοίᾳ σφαλῇ—elegantia et doctrina Heilmanni dignissima est ejus conjectura, ut legatur: μή τῳ ἀντιῶσι. Sine ulla tamen codicum auctoritate illam recipere adhuc dubito.—Denique in verbis ul-

timis: τὸ μὲν καταστῆσαι μετόχους τοσούτους ἄντικρυς ἂν δῆμον ἡγούμενον—vocabulum: δῆμον, sicut etiam in aliis scriptorum locis reperitur, positum est pro: δημοκρατίαν. Errore typographico in ed. Lips. lectio falsa: ἡγούμενον est orta. Nam Dukeri et Gailii editiones cum plurimis codd. recte exhibent: ἡγούμενοι. Constat, syllabas vocabulorum ultimas: ον et: οι, etiam a librariis sæpe esse permutatas. Ita statim cap. 96. in lectione: διάφορον et: διάφοροι dissident codices et cap. 103. et c. 105. dissentiunt in lectione: ἀτακτότεροι et: ἀτακτότερον. lib. VI. c. 49.: αἰφνίδιοι et: αἰφνίδιον. cap. 80.: προθυμότεροι et: προθυμότερον. cap. 89.: μετριώτερον et: μετριώτεροι. lib. VII. c. 25.: πρότεροι et: πρότερον. lib. VIII. c. 12.: πιστότερον et: πιστότεροι. c. 49.: ἄκριτον et: ἄκριτοι.

Cap. 93. Ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες—. Quatuor codices simul cum Vallæ libro legunt: Διονυσιακὸν τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ θέατρον. Nam Valla vertit: *ad theatrum Dionysiacum, quod ante Munichiam est intra Piræum*—. Est etiam verisimile, in Piræeo convenisse milites, quia ibidem commorabantur, antequam in urbem redirent. Quare etiam hoc codicum additamentum a vero locorum situ non aberrat. Imo haud dubie est idem theatrum, cujus etiam Xenophon Hist. Græc. lib. II. c. 4. §. 22. in verbis: πρὸς τὸ ἐν Πειραιεῖ θέατρον meminit. Improbat quidem Dukerus hanc codicum lectionem, quam putat ex Xenophontis loco hic esse adjectam. Quod mihi non verisimile esse videtur. Imo, si quis in verbis: ἐν τῷ Πειραιεῖ interpretamentum librariorum quæsiverit, facilius ex verbis antecedentibus: ἐν τῷ Πειραιεῖ ὁπλῖται hujus additamenti causa invenietur. Forte tamen hæc verba ab ipso profecta sunt Thucydide, ut ita theatrum in Piræeo exstructum ab aliis theatris in Athenarum urbe distingueretur.

Cap. 94. Καὶ πᾶς τις τῶν ὁπλιτῶν αὐτὸ τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι—. Decem quidem libri legunt: τῶν πολλῶν ὁπλιτῶν—. Sed mihi persuadere non possum, hanc ineptam lectionem ab ipso Thucydide esse profectam. Mihi potius videtur ex permutatione et repetitione literarum in illo: τῶν ὁπλιτῶν a librariis facta traxisse originem.—In verbis: ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου, μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πολεμίων—optimorum quorumque interpretum sententiam amplector, qua omissa negandi particula: οὐ post vocabulum: πολέμου est inserenda.

Cap. 95. Λαβόντες δὲ οἱ Πελοποννήσιοι δύο καὶ εἴκοσι ναῦς—. Sex codices apte legunt: λαβόντες δὲ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι—. Nam antea jam plura de Atheniensium calamitate narraverat. Quare hæc, sequentia jam commode particula: καὶ cum antecedentibus conjunguntur.—In verbis ultimis etiam bene Græce libri plurimi exhibent: καὶ τἄλλα τὰ περὶ αὐτὴν καθίσταντο, cum antea vulgo ederetur: καὶ τἄλλα περὶ αὐτὴν—.

Cap. 96. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα—. Dukerus conjecturam suam quidem, ut legatur: ὡς ἠγγέλθη, propter Scholiastæ notam non habet verisimilem. Sed mihi adhuc valde arridet, quia illud: ἠγγέλθη, non autem: ἦλθε cum dicendi consuetudine Thucydidi propria plane convenit et quia etiam in cap. 97. ad hunc locum verbis: ἐπὶ τοῖς ἠγγελμένοις aperte respicitur. Concedam quidem, Scholiastæ ætate jam variam lectionem: ἦλθε adfuisse, sed forte adhuc ex aliorum codicum collatione vera lectio: ἠγγέλθη confirmabitur. Etiam Valla illud: ἠγγέλθη in libro suo legisse videtur, quia vertit: *Postquam hæc ad Eubœam gesta Athenis nuntiata sunt*.—In verbis: σφῶν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ ἔρημον ὄντα πλεῖν—octo codices legunt: ἔρημον ὄντα ἀποπλεῖν—. Quæ lectio saltem orationis numerum magis sustentat.—In verbis: καὶ διέστησαν ἂν ἔτι μᾶλλον, τὴν πόλιν εἰ ἐπολιόρκουν μένοντες—decem librorum lectio: καὶ ἢ διέστησαν ἂν ἔτι μᾶλλον τὴν πόλιν ἐφορμοῦντες, ἢ ἐπολιόρκουν μένοντες—haud dubie longe aptiorem toti narrationi sensum adjungit. Etiam Valla in suo libro ita legebat, quia vertit: *Itaque aut adgredientes urbem magis in seditionem concitassent civitatem, aut manendo obsedissent cogentes*. Eadem lectio etiam in cod. Marg. reperitur, omisso tantum: ἐφορμοῦντες. In alio cod. Cl. saltem pro: εἰ occurrit: ἢ ἐπολιόρκουν, et alii nonnulli saltem particulam: ἢ ante: διέστησαν inserunt.—In verbis: Ἀλλ' ἐν τούτῳ μόνῳ Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις—error typographicus in editione Lipsiensi sensum hujus loci pervertit. Nam Dukeri et Gailii editiones codicum plurimorum auctoritate exhibent: Ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ μόνῳ Λακεδαιμόνιοι—.

Cap. 97. Εἶναι δὲ αὐτῶν ὁπόσοι ὅπλα παρέχονται—. Novem codd. legunt: ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέχονται—. Non male adjecta mihi

esse videtur hæc particula: καί. Nam in universum hoc additamento indicari puto, eos tantum in numerum quinque millium esse relatos, qui etiam tot bona possiderent, ut in magna rerum angustia, quæ Athenienses tunc temporis premebat, semet ipsos suis armare sumtibus et ad bellum necessaria sibi suppeditare possent. Cum illa interpretatione optime sequentia conveniunt: καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν ἀρχῇ—.

Cap. 98. Ἐπολιόρκουν δ' αὐτὸ διὰ ξυμφορὰν σφίσι ἐκ τῆς Οἰνόης γιγνομένην ἀνδρῶν ἐκ Δεκελείας ἀναχωρούντων διαφθορᾶς οἱ Κορίνθιοι—. Legendum esse videtur: διὰ ξυμφορὰν—γ ε ν ο μ έ ν η ν ἀνδρῶν ἐκ Δεκελείας ἀναχωρούντων δ ι ὰ φ θ ο ρ ᾶ ς οἱ Κορίνθιοι. Septem codices exhibent illud: γενομένην, atque in duobus etiam codd. adhuc legitur: διὰ φθορᾶς, nonnullis cæsis. Sicut etiam Græci dicunt: διὰ ἡσυχίας, δι' ἀσφαλείας.

Cap. 99. Καὶ αἱ Φοίνισσαι νῆες οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης που ἧκων—. Undecim codd.: τέως, *tunc*, addunt ante: που et quinque codd. legunt: ἧκον. Utraque lectio non sine causa a Dukero probatur. Quare legendum est: οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης τ έ ω ς π ο υ ἧ κ ο ν—.

Cap. 100. Θράσυλλος ἐπ' αὐτὴν ναυσὶ διενοεῖτο προσβολὴν ποιεῖσθαι—. Octo codices legunt: ἐπ' αὐτὴν π ά σ α ι ς τ α ῖ ς ναυσὶ—. Quod additamentum bene quadrat, quia statim sub finem capitis adjicitur: καὶ αἱ πᾶσαι νῆες παρῆσαν—ἀφ' ὧν—παρεσκευάζοντο, ὡς—αἱρήσοντες τὴν Ἐρεσόν. Etiam Valla vertit: *cum tota classe adveniens Thrasyllus.*

Cap. 101. Παραπλεύσαντες τὴν Κύμαιαν δειπνοποιοῦνται ἐν Ἀργινούσαις τῆς ἠπείρου—. Lectio: δειπνοποιοῦνται ex interpretamento orta esse videtur. Nam plurimi codd. legunt: π ε ρ α ι ο ῦ ν τ α ι ἐν Ἀργινούσαις—, quo haud dubie commoratio nocturna in his insulis, in quas trajecerunt, indicatur. Forte ex Xenophontis verbis Hist. Græc. lib. I. c. 6. §. 19.: δειπνοποιούμενοι ἐν ταῖς Ἀργινούσαις hujus loci interpretamentum traxit originem. Quodsi igitur admittitur illa codicum lectio: περαιοῦνται ἐν Ἀργινούσαις, *trajecerunt in Arginusas*, aperte illud: ἐν Ἀργινούσαις positum est pro: ἐς Ἀργινούσας. Qua dicendi consuetudine Thucydides interdum utitur. Ut lib. IV. cap. 42.: ἐν Ἀμπρακίᾳ καὶ ἐν Λευκαδίᾳ ἀπῄεσαν—et lib. VII. c. 17.: παρεσκευάζοντο αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ.

Cap. 102. Τὰς δὲ μετὰ τοῦ Μινδάρου ἅμα τῇ ἕω κατιδόντες τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμενοι, οὐ φθάνουσι πᾶσαι—. Mihi persuadere non possum, ut: δίωξιν ποιεῖσθαι indicet: *fugere.* Saltem Thucydidis dicendi consuetudini talis interpretatio adversatur. Puto Thucydidem scripsisse: εὐθὺς π ο ι ο ύ μ ε ν ο ν οὐ φθάνουσι—, ut illud: ποιούμενον ad Mindarum, classis Peloponnensium ducem, referatur. Jam cap. 92. docui, syllabas ultimas: οι et: ον sæpe a librariis esse permutatas.

Cap. 104. Νῆες ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα· οἱ αὖ Πελοποννήσιοι ὡς ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Δαρδάνου, νῆες ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα—. Argumenta, quibus doctissime usus est Acacius, ut demonstraret, in nostro loco transponenda esse verba: ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, et: ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα, et ita minorem navium numerum de Atheniensibus, majorem autem de Peloponnesiis adhiberi debere, sunt tam certa et clara, ut adeo sine ulla codicum auctoritate hanc verisimillimam numerorum transpositorum emendationem recipi posse censeam. Facilis autem fuit librariis hæc perversa numerorum transpositio, sive literis: πστ et: ξη, hos numeros fuisse scriptos censeas, sive affinitatem duplicis numeri, sicut jam Acacius animadvertit, respicias: ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα, et: ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα. Ad antiquissima vero tempora librariorum negligentiam in hoc loco conspicuam referri debere, ex magno codicum consensu in exhibenda lectione perversa adparet. In cod. Cl. tamen pro: ἑξήκοντα recte adlatum est: ὀγδοήκοντα et in cod. Græv., quamvis lacuna codicis deprehendatur, tamen verba: ὀγδοήκοντα. κέρας δὲ—, sicut vere se invicem proxime excipere debent, conjuncta leguntur. Præterea in verbis: ὡς ἀπὸ Ἀβύδου undecim codicum consensu omittenda est particula: ὡς, sicut etiam antea sine addita hac particula ὡς scriptum erat: ἀπὸ Ἰδάκου μέχρι Ἀρριανῶν.

Cap. 106. Ἀπηλλάγησαν τοῦ—καὶ τοὺς πολεμίους ἔτι ἀξίους τοῦ ἐς τὰ ναυτικὰ νομίζειν—. Dukerus quidem et Baverus censent, h. l. legendum esse: ἀξίους του—pro: τινός. Sed nihil muto, quia illud: τὸ ἐς τὰ ναυτικὰ in universum *artem nauticam* indicat. Quare sub his verbis: ἄξιοι τοῦ ἐς τὰ ναυτικὰ intelligo *homines ad exercendam artem nauticam idoneos.*—In verbis: καὶ τοὺς νεκροὺς τοῖς ἐναντίοις—tollendus est articulus: τοὺς ante: νεκρούς, non sine codicum consensu.

Cap. 108. Ἀναζεύξας ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Ἴωνας. Inepta est hæc lectio: ἐπὶ τοὺς Ἴωνας, quia impetum Tissaphernis hostilem in Ioniam factum indicaret. Quare longe præferenda est novem codicum lectio: ἤλαυνεν ἐπὶ τῆς Ἰωνίας—, sicut etiam Valla in libro suo legerat, quia vertit: *properavit in Ioniam.*—In verbis: ὑπὸ Ἀστάκου τοῦ Πέρσου—ἀδικούμενοι—septem codices cum Vallæ libro nomen magis Persicum: ὑπὸ Ἀρσάκου τοῦ Πέρσου—adferunt; cui lectioni etiam Dukerus non sine causa favebat. Ad confirmandam hanc lectionem etiam conducunt quatuor codd. qui legunt: Ἀρκάσου—. Denique in verbis: καὶ ἐπαγγείλας στρατιὰν αὐτῶν τοῖς βελτίστοις—verissimam esse puto Æm. Porti conjecturam, ut legatur: στρατείαν αὐτῶν—. Etiam Valla ita legisse videtur, quia vertit: *cum—expeditionem indixisset.*

Cap. 109. Καὶ οὐ μόνον τὸ ἐν Μιλήτῳ καὶ Κνίδῳ—διαβεβλῆσθαί τε νομίσας αὐτοῖς σφόδρα—. Duodecim codices legere jubent: τὸ ἐν τῇ Μιλήτῳ—, sicut adfuit cap. 83. et aliis locis. Porro octo libri exhibent: διαβεβλῆσθαί τε νομίσας αὐτοὺς σφόδρα. Plane eodem modo etiam plusquamperfectum passivum activi significatione supra cap. 83. occurrit in verbis: τῷ Τισσαφέρνει ἀπιστοῦντες πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔτι διεβέβληντο, *multo magis indignabantur.* Censeo igitur lectionem: διαβεβλῆσθαί τε νομίσας αὐτοὺς σφόδρα, *putans eos valde infensos esse,* hoc loco esse præferendam.—In verbis: καὶ τὰς διαβολὰς καὶ περὶ τῶν Φοινισσῶν νεῶν καὶ τῶν ἄλλων ὡς εὐπρεπέστατα ἀπολογήσηται—non bene: τὰς διαβολὰς cum: ἀπολογήσηται conjungi poterit. Quare aptissima neque negligenda est septem codicum lectio: τὰς διαβολὰς ἀπώσηται, quam etiam Wassius adsensu suo dignam habet. Ceterum a Scholiasta jam hanc lectionem esse in nonnullis libris inventam, ex eo adparet, quia adjectis verbis: λείπει τὸ ἀπώσηται, eam quoque in nonnullis deesse libris indicavit. —Quod ultima denique verba hujus præstantissimi operis attinet: ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμὼν τελευτήσῃ, ἓν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται—, ea cum antecedentibus non apte cohærere, non facile quisquam infitiabitur. Quare statui debet, vel a librario hæc verba esse adsuta, sicut Dodwellus in suis Annalibus Thucydideis censuit, vel ex Thucydidis adnotationibus hæc esse adjecta, ut ita continuationem operis, cui forte immortuus est, præpararet. In uno codice Paris. plane desunt hæc verba.

OBSERVATIONES

CRITICÆ

IN

THUCYDIDEM.

SCRIPSIT

ERNESTUS FRIDERICUS POPPO

PHIL. DR. AA. LL. M.

VIRO CELEBERRIMO

GODOFREDO HERMANNO,

PRÆCEPTORI SUO OMNI PIETATE COLENDO,

HUNC

OBSERVATIONUM LIBELLUM

SUMMÆ VENERATIONIS ET GRATISSIMI

ANIMI PIGNUS

ESSE VOLUIT

AUCTOR.

VIR CELEBERRIME,

PRÆCEPTOR PIE COLENDE!

Si Tibi studiorum meorum primitias consecro, persuasum Tibi habeas, neminem me melius sentire, quam leve sit munus, quod Tibi offero. Sed ne exiguum quidem donum, si ab eo, cui lautiora dandi facultatem fortuna denegavit, grata mente mittatur, injucundum Tibi fore, summa Tua humanitas facit ut sperem. Et cuinam alii nisi Tibi ea reddam, quorum fontes in Tua disciplina quærendi sunt? Tuum est, non meum, si quid ego in his literis rectius quam alii viderim; Te enim et gravissimum et benignissimum studiorum moderatorem nactus sum. Quo tempore Lipsiam adii, tenuia erant ea, quæ de his literis comperta habebam, quam ipsam ob causam incerta erant mea omnia de futura vita consilia. Sed quum Tua et scripta assidue legerem et scholas frequentarem, tum demum caligo, quæ menti meæ offusa erat, discussa, et in Societate Græca, quam, si earum rerum, quæ apud nos geruntur, notitia ad beatorum sedes pervenerit, jam plures antiquitatis heroes de se optime meritam grati prædicabunt, etiam Thucydidi meo nova lux accensa est. Mox propius ad Te accedendi venia mihi data nunquam desiisti tardum stimulare, labantem sustinere, abjectum et desperantem erigere. Quo factum est, ut tandem hunc, qui Tibi plurimum debet, libellum conscribere auderem. Quem juvenilem laborem si Tu eum esse judicaveris, qui me Tuo patrocinio Tuaque disciplina certe non omni ex parte indignum esse doceat, ejus rei, quam ardentissime opto, compos factus ero. Vale.

Scripsi Lipsiæ mense Julio a. MDCCCXV.

OBSERVATIONES CRITICÆ

IN

THUCYDIDEM.

Quum nostro tempore plerique scriptores Græci, qui in suo genere excellunt, ab eximiis viris magno cum fructu sint tractati, mirum est, Thucydidi nondum contigisse editorem, qui et subtiliore Græcæ linguæ cognitione instructus, et familiaritate cum illo inita adjutus, verba ejus, quantum fieri posset, in pristinam integritatem restituerit. Neque tamen æqui judices unquam negarunt, ex omnibus Græcorum historicis nullum esse, qui naturam et vim historiæ rectius perspexerit, causas rerum et quæ ex iis consequerentur melius perpenderit, de veritate eorum, quæ narrarentur, magis sollicitus fuerit, denique ab omni partium studio alienior compertus sit. (Cf. virorum doctorum de Thucydide judicia Lipsiensi editioni t. II. p. 719—44. inserta, et, ut ex recentioribus tres tantum, sed eos gravissimos, testes laudemus, Jo. Müller. Histor. Univers. t. I. p. 117. Heeren. Ideæ de polit. etc. t. III. sect. 1. p. 467—71. Creuzer. Ars histor. Græcor. p. 206. et p. 262. sqq.) Sed ut ea omittam, quæ ad argumenti tractationem pertinent, et de dictione tantum dicam, qua Thucydides usus est, ea tantum facit ad ingenium Græcæ linguæ cognoscendum, ut neminem de eo satis recte judicare posse existimaverim, priusquam hos libros legerit. Idem autem Thucydidis sermo quum asper, durus et intellectu difficilis plerumqne dicatur (v. Hermog. περὶ ἰδεῶν l. II. in fine), factum est, ut multi ab hoc scriptore tractando deterrerentur, nec nisi pauci ejus edendi consilium caperent. Post principes enim editiones, de quibus alibi mentio injicietur, novæ recensionis auctor exstitit H. Stephanus, quem ad nostra usque tempora omnes ita secuti sunt, ut ab ea, quam ille receperat, scriptura rarissime recedere auderent, unde Stephani editiones pro vulgatorum exemplarium fundamento habendæ sunt. Egregie autem ille de Thucydide meruit, quum et genuinam ejus manum veteris codicis ope sæpe restitueret, et notas, quæ tum ipsa scriptoris verba tum ejus scholiastas per duos primos libros illustrant, calci editionum, quas curavit, subjiceret; in quibus notis multa insunt verissime disputata, ut eas doleas non esse ad finem historiæ Thucydideæ continuatas. Sed Stephanum, quamvis præclare de scriptore nostro meritum, multa tamen vitia intacta reliquisse, aliis vero non rectam medelam adhibuisse, haud miraberis, si et qua ætate vixerit, et quam multiplex fuerit ejus industria, reputaveris. Nam ut ejus ævo nondum ea erat Græcæ linguæ cognitio, quantum hodie studiis nonnullorum egregiorum virorum debemus, et multa præsidia, quibus nos ad sermonem Thucydidis integritati reddendum uti possumus, seculo XVI. exeunte incognita erant, ita Stephanus ipse, plurimis negotiis districtus, nonnisi breve tempus historicorum principi consecrare poterat, unde, qui annotationes ejus diligenter examinaverit, eum non ubique usum loquendi Thucydidis satis cognitum habuisse intelliget. Ex ejus autem tempore non prodiit Thucydidis editio, quæ critica dici possit. Hudsonus enim novos quidem codices consuluit, idemque factum est a Duckero, qui sermonem Thucydidis doctissimis animadversionibus passim explicuit, unde post Stephanum inprimis laudandus est; sed uterque, quas nactus erat opes, cum aliis communicare, quam in suum usum convertere maluit. Etiam Gottleberus et Baverus in interpretando magis quam in corrigendo nostro scriptore versati sunt, et quum subtiliore

grammaticæ Græcæ cognitione destituerentur, vel in explicando tam mira fere singulis in paginis protulerunt, ut, Abreschii, nihil non in hoc scriptore interpreti licere existimantis, vestigia secuti, Thucydidem non modo aspere et contorte, sed barbare et solœce loquentem faciant. Neophytus autem Ducas, cujus editionem (quæ prodiit Viennæ x voll. quorum ultimum complectitur lexicon Thucydideum, quod quam maxime mancum et imperfectum est) inspiciendam mihi præbuit Fr. A. Wolfii humanitas, criticum agere omnino noluit, sed notas exegeticas addidit Græco sermone conscriptas neque ubique contemnendas. Qui vero fere eodem tempore novam editionem aggressus est, Gailius Franco-Gallus, quum bibliothecæ Parisinæ copiis uteretur, sperari poterat, fore, ut tandem aliquando Thucydidis verba emendatiora exhiberentur. Sed huic exspectationi non satisfactum est, quum Gailius codicum lectionibus ne ad aperta quidem vitia corrigenda uteretur, sed, ut alio in loco declarabimus, interdum adeo operarum errores ex Lipsiensi exemplari repeteret, in particulis autem, temporibus, modis et aliis ejusmodi rebus ea comminisceretur, quæ in Germania vix quisquam hodie dicere audeat. Quæ ne videamur temere contendisse, exempla nonnulla adjiciamus. I. 5. Δηλοῦσι δὲ τῶν τε ἠπειρωτῶν τινὲς ἔτι καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν, καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν, τὰς πύστεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες, εἰ λῃσταί εἰσιν· ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων. Ubi ex unius libri incertis vestigiis scribi vult—vix oculis credas—ὀνειδιζόντων τε, quod τέ interpretatur quippe, nimirum. Omnino enim hac particula ita delectatur, ut, quascunque velit, notiones ei tribuat. Quid? quod eam I. 39. ubi ex uno codice inepte edidit τῆς τε ἀφ' ἡμῶν αἰτίας, Gallico oui affirmativo respondere dicit! Neque improbat illud τέ, quod I. 26. nonnulli libri post ἐδέοντο addunt. Ibidem alia eruditionis specimina dedit. Ubi enim lectionis discrepantiam in voce ᾔσθηντο, pro qua ᾔσθοντο restituendum est, commemorat, ita loquitur, quasi altera harum formarum pro imperfecto habenda sit. Paulo post non multum abfuit, quin Thucydidi pro προσλαβόντες e duobus pessimis codicibus obtruderet solœcam formam προσλαμβοντες, quam rariorem et fortassis eam ipsam ob causam in reliquis libris mutatam esse monet. In eodem capite particula ὡς in verbis Στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι τεσσαράκοντα ναυσὶ (ita enim vocabulorum ordinem inverti jubent optimi libri pro eo, qui vulgo obtinet, ναυσὶ τεσσαράκοντα) μετὰ τῶν φυγάδων ὡς κατάξοντες, adeo offensus est, ut uncis eam includeret, quod jam notavit is, cujus statim mentionem injiciemus, Benedictus. Denique I. 40. Gailius ex uno codice edendum curavit, Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς, Σαμίων ἀποστάντων, ψῆφον προσεθέμεθα ἐναντίαν ὑμῖν, τῶν ἄλλων δὲ (quod δέ exquisitum putat) Πελοποννησίων δίχα ἐψηφισμένων, εἰ χρὴ αὐτοῖς ἀμύνειν· φανερῶς δὲ ἀντείπομεν. Cujus generis alia nonnulla exempla in hoc libello passim reperientur; sed vel ea, quæ hic prolata sunt, satis, spero, declarabunt, qualis sit philologiæ apud Franco-Gallos status, quorum celeberrimus magister ea tradat, quæ apud nos pueri explodant. Hæc igitur editio paucis probaretur, nisi varias lectiones codicum Parisinorum contineret, quibus supersedere non potest, qui criticam Thucydidis editionem parare in animo habet. Post Gailium commemorandus est Seebode, qui in præfatione editionis, quæ Lipsiæ præterito anno exeunte prodiit (quanquam in titulo annus 1815. indicatus est), scribit, quum editio Bredenkampii repetenda esset, se textum denuo recensere voluisse, sed a bibliopola, qui eum quam celerrime excudi jussisset, prohibitum esse. Quod haud scio an non detrimento fuerit Thucydidi. Seebodius enim quum ne solœcismos quidem, qui in vulgatis exemplaribus hic illic insunt, et sine ulla difficultate corrigi poterant, sustulerit, facile intelligi potest, quam imparatus omnem rem aggressus sit. Ne verum quidem est, quod in præfatione affirmat, "se textum ex editione Gottlebero-Baveriana, collata tamen Duckeriana, nonnullisque mutatis, inprimis quod ad interpunctionem spectet, exprimendum curasse." Quodsi editionem Duckeri ubique diligenter contulisset, evitasset certe operarum errores in Lipsiensi exemplari commissos, quod non factum, et pariter pravam interpunctionem sæpe retentam esse, alibi notabimus. Denique quum jam in eo essemus, ut has observationes typis exscribendas curaremus, incidimus et in novam editionem Thucydidis, quæ apud Britannos prodiit (Edinb. 1804. 6 voll. 8.), auctore, ut ferunt, Petro Elms-

leyo, et in Benedicti Commentarios criticos in octo Thucydidis libros (Lips. 1815.) Illam, cujus notitiam Wolfio debeo, nonnisi obiter inspicere mihi licuit, sed nonnulla ibi recte mutata vidi, quanquam in plerisque hæc editio Duckerianam sequitur, nisi quod formæ Atticæ ubique sunt repositæ, qua in re editor, ut in præfatione ipse fatetur, audacior fuit, quum omnium codicum auctoritatem sæpe posthabuerit. Ita plusquamperfecta activi, non solum in prima sed etiam in tertia persona, ubique scribit per η, ut ἐνεπεποιήκη, ᾔδη, quæ formæ Atticæ dictæ (cf. Piers. ad Mœr. p. 173. sq. Fischer. in Animadvv. ad Vell. Grammat. II. 371. sq. Gregor. Corinth. et ejus Intpp. p. 121. sq.) nusquam reperiuntur in Thucydidis libris. Idem valet de forma ἦσαν (imperf. v. εἶμι), quam ubique restituit invitis codicibus, qui exhibent ᾔεσαν. Vid. ut ex insigni exemplorum multitudine paucissima afferam, II. 3. III. 107. 111. 113. et Fisch. l. l. II. 508. Accuratius examinavimus Benedicti commentarios, in quibus ut nonnulla invenimus utiliter observata et quibuscum plane consentimus, ita alia non minora desideravimus. Benedictus enim librorum mss. pretium non expendit, unde factum est, ut fere semper nonnisi ad numerum eorum respiceret, et sæpe depravatorum codicum scripturam amplecteretur, quod infra demonstratum videbis. Deinde de nonnullis rebus grammaticis non ea, qua par erat, cautione judicavit. Ita quum particulam τέ, cui a Gailio nimis latum ambitum assignatum vidimus, non aliter usurpari posse putaret, nisi si aliud τέ vel καί sequeretur, dici vix potest, quot locos temere tentaverit, in quibus ea, quemadmodum apud alios etiam historicos et apud poetas, nihil est nisi copula. E sexcentis exemplis nonnulla certe adscribere placet. I. 4. (Μίνως) τῶν Κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε, καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο, Κᾶρας ἐξελάσας, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας· τό, τε λῃστικὸν (s. λῃστρικόν, quod præfert Benedictus, me nihil decernente. Cf. I. 10. 13. II. 69. IV. 9. et præter Scholiastam ac Thomam Mag. p. 576. jam ab aliis laudatum etiam Æl. Herod. p. 450. Piers. et Phot. Lex. p. 160.), ὡς εἰκός, καθῄρει ἐκ τῆς θαλάσσης. Benedictus legi jubet τότε, quod et languet, quum, si a Minoe piratæ sublati sunt, non opus sit, ut tunc temporis factum esse dicatur, neque orationi nectendæ satis convenit, denique, quod gravissimum est, nomen λῃστρικόν articulo privat, qui nullo modo deesse potest. Nam longe aliud est καὶ ναυτικῷ ἰσχύσας c. 9. ad quæ verba Benedictus provocat. Ubi enim non de certa quadam classe, non de certis latronibus, sed de copiis maritimis vel prædonibus sensu indefinito sermo est, ibi non dubium est, quin recte omittatur articulus. Hic vero Minos non latrones sensu indefinito, sed eos latrones, qui tum mare vexabant, sustulisse dicendus erat. Non minus falsum est illud τότε, quod Benedictus c. 5. reponit, in vv. Τό, τε σιδηροφορεῖσθαι τούτοις τοῖς ἠπειρώταις ἀπὸ τῆς παλαιᾶς λῃστείας ἐμμεμένηκε. Etenim non tunc (quando tandem?) mos armorum gestandorum mansit, sed ἀπὸ τῆς παλαιᾶς λῃστείας μέχρι τοῦδε. C. 17. Benedictus pro τύραννοι δέ legi vult τύραννοί τε, ut τέ post ἐπράχθη habeat, quo referatur. Quæ particulæ si sibi responderent, initium capitis omni nexu cum præcedente capite destitueretur. Add. I. 25. Παρέδοσαν τὴν ἀποικίαν, τόν τε οἰκιστὴν ἀποδεικνύντες σφῶν ἐκ Κορίνθου ὄντα, καὶ τὸ χρηστήριον δηλοῦντες· ἐδέοντό τε μὴ σφᾶς περιορᾶν φθειρομένους. 29. Ἄραντες ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε, δισχιλίοις τε ὁπλίταις, ἔπλεον. 50. Πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐτράποντο, φονεύειν διεκπλέοντες μᾶλλον ἢ ζωγρεῖν· τούς τε αὐτῶν φίλους, οὐκ αἰσθόμενοι (quod pro ᾐσθημένοι ex optimis codd. revocandum esse jure monuit Bened.), ὅτι ἥσσηντο οἱ ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρα, ἀγνοοῦντες ἔκτεινον. In quibus omnibus locis Benedictus vel nullo vel nonnisi uno libro adstipulante pro τέ adversativam particulam reponi voluit. Plura exempla adscribere piget; eorum qui cupidus sit, adeat Benedicti notas ad I. 75. 84. II. 21. 41. 65. III. 57. al. Sed etiam aliæ res grammaticæ virum doctum latuisse videntur. Nam I. 75. quum Athenienses dicant, Ἆρ' ἄξιοί ἐσμεν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε, καὶ γνώμης ξυνέσεως, ἀρχῆς γε (quod pro τέ reponendum est, quum imperium non sit argumentum, cur Athenienses invidia indigni sint, sed potius hujus invidiæ objectum. Cf. Schol. Vall. Kistem. Levesqu. Bened. ad h. l. et Matth. Gr. Gr. p. 469.) ἧς ἔχομεν, τοῖς Ἕλλησι μὴ οὕτως ἄγαν ἐπιφθόνως διακεῖσθαι, alii pro ἆρα scribi jusserunt ἄρα, quod in initio orationis ferri non potest (cf. Herm. ad Soph. Antig. v. 628. ed. Erf. min.), Benedictus autem

conjecit ἆρ' ἀνάξιοί ἐσμεν. Sed ἆρα ibi valet nonne, quod Benedictum fugisse eo magis notandum est, quum non tantum ab Hermanno ad Vig. p. 823. ed. rec. generatim dictum, sed a Matthiæo l. l. jam ad hæc ipsa Thucydidis verba translatum sit. —I. 11. Ἐπειδὴ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν (δῆλον δέ· τὸ γὰρ ἔρυμα τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο), φαίνονται δ' οὐδ' ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι. Ita quum hunc locum recte constituisset Baverus, assentientibus præter alios Wyttenbachio Eclogg. historr. p. 361. et Hermanno ad Vig. p. 786. non potuimus satis mirari, Benedictum hæsisse in particula δέ post φαίνονται, quam post particulas temporales a Græcis in apodosi sæpissime inferri, a nemine erudito hodie ignorari putabamus. Cf. Hom. Il. I. 57. 137. 193. 94. Hesiod. Theog. 58—60. et Herm. ad. Vig. p. 785. et 845. Ita etiam explicanda verba Thucydidis II. 65. Ἐπεὶ (quod pro ἐπειδή ex libris restituendum est. cf. Bened.) ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν, nisi ibi scripseris ὅδε, quod tamen nimiam vim habere videtur. De usu articuli loco pronominis, qui frequens est in Thucydide, cf. Matth. Gr. Gr. p. 396. —III. 42. Διαφέρει αὐτῷ, εἰ, βουλόμενός τι αἰσχρὸν πεῖσαι, εὖ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἂν ἡγεῖται περὶ τοῦ μὴ καλοῦ δύνασθαι. Benedictus legi voluit ἡγῆται. Sed quis Atticus scriptor unquam dixit εἰ ἂν ἡγῆται? Talia non ponenda, sed exemplis confirmanda sunt, antequam credantur. Ἂν ibi pertinet ad δύνασθαι. Ejusdem pretii est quod I. 139. scribendum putat, Λακεδαιμόνιοι βούλονται τὴν εἰρήνην εἶναι, εἴη δ' ἄν, εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφῆτε, quasi ullus Atticus prosæ orationis scriptor particulæ εἰ conjunctivum adjunxerit.* Vel vulgata (εἰ—ἀφεῖτε) ibi servanda, vel legendum ἢν ἀφῆτε, quod non spreverim. Cf. varr. lectt. et Matth. l. l. p. 748. 5.—Hæc sufficiant de rebus grammaticis. Præterea Benedictus lectiones, quas præfert, plerumque ne ibi quidem, ubi verum vidit, ex loquendi usu satis stabilivit, sed nonnisi multorum codicum auctoritatem non negligendam esse dixit. Quamobrem quum recentiores ad Thucydidis orationem vel a maculis, quibus sensim contaminata est, liberandam, vel ab inanibus mutandi conatibus defendendam omnino minus, quam exspectes, contulerint, fit, ut plurima adhuc ad criticam ejus editionem desiderentur. Quæ qualia nobis esse videantur, nunc exponere conabimur. Exempla autem, quibus hanc in rem utemur, pleraque omnia ex l. I.—IV. repetemus, quum et locos, quos tractare constitueramus, ex his libris diligentius enotaverimus, et ita facilius judicari posse putemus, quid a nobis in his literis vel præstitum sit vel non sit præstitum. Quod ut æqui pariter ac docti judices publice nos doceant, rogamus; quibus si nostrorum studiorum primitiæ non prorsus improbatæ fuerint, nullum laborem tam arduum fore spondemus, quem non suscipiamus, ut, si ad majorem judicii maturitatem pervenerimus, Thucydidis editionem, scriptore nostro, quantum fieri poterit, non indignam curemus. Qui vero in hoc specimine sæpius ad viros doctos, qui res quasdam demonstraverint, provocatum velint, eorum veniam necesse est ut imploremus, quum alia testimonia propter librorum penuriam, qua premimur, addere non potuerimus, nonnulla etiam noluerimus, ne ea demonstremus, quæ nemo hodie in dubium vocet.

Quum in vitiis, quæ in vulgata veterum scriptorum exemplaria irrepserint, emendandis vel antiquis monumentis nitamur, vel, ubi in his non videatur acquiesci posse, ad ingenium aut nostrum aut aliorum confugiamus, omnis ea crisis, quæ inferior dici solet, in duas partes dividi potest, quarum alteram diplomaticam, alteram conjecturalem voces. In utraque parte quæ ab editoribus Thucydidis vel neglecta vel errata sint, seorsum exponemus.

---

* Apud Diodorum quidem l. XII. c. 63. p. 522. vulgo legitur, Ἐψηφίσαντο αὐτοὺς φυλάττειν, ἐὰν βούλωνται Λακεδαιμόνιοι λῦσαι τὸν πόλεμον· εἰ δὲ προκρίνωσι τὸ πολεμεῖν, τότε πάντας τοὺς αἰχμαλώτους ἀποκτεῖναι. Sed ibi ἢν reponendum esse, vel locus parallelus Thucydidis IV. 41. docere potest. Eadem medela opus est Thuc. VI. 21. [Quod Atticos prosæ orationis scriptores particulæ εἰ nusquam conjunctivum adjungere diximus, id non ita certum esse, quin accuratius ea de re quærendum sit, intelleximus e Bekkeri Anecdotis p. 144. Tragicis hunc particulæ εἰ usum vindicare studuit Wunderlichius in Observv. critt. in Æschyl. p. 195. sq. cui in Æschyli loco, nisi fallor, nunc non multum refragabitur Hermannus. Sed εἰ προσίητε Xenoph. Anab. VII. 6. 23. corruptum est. *Ex Addend.*]

SECTIO PRIMA.

De crisi diplomatica.

Antiqua monumenta, quibus tanquam fontibus scripturæ utimur, partim sunt codices mss. ejus, quem tractamus, scriptoris, partim principes editiones ex illis ductæ, porro veteres versiones et commentarii, denique alii scriptores, qui quosdam illius locos laudant. Quatenus autem editio critica ex his monumentis pendet, triplex editori impositum est officium. Primum enim monumenta ipsa diligenter conquirenda, et lectiones ex iis enotandæ sunt. Deinde videndum est, unde ea originem ducant, quinam eorum inter se sit nexus, quænam singulorum auctoritas. Denique opus est legitimo eorum usu.

Cap. 1.

De lectionibus e codicibus et reliquo apparatu critico eruendis. Proponuntur lectiones scholiastarum nondum enotatæ. Thucydides interdum abruptius loquitur. Transitus a participio ad verbum finitum. Ἑκάτερος et ἕκαστος cum articulo. Afferuntur exempla, in quibus scholiastæ a vulgata scriptura dissentire falso existimantur.

Et primo quidem, quod posuimus, editoris officio, ut antiqua monumenta, quæ pro fontibus lectionum habenda sunt, diligenter inspiciantur, satis bene plures functi sunt, qui Thucydidem typis exscribendum curarunt. Magnus enim librorum mss. numerus collatus est, quorum notitia partim ex editionibus Duckeri et Gottleberi (t. II.), partim ex editione Gailii (t. IX. s. Mémoire sur Thucydide p. 83.) peti potest. Ex quibus codicibus quum lectiones satis accurate excerptæ esse videantur, certe si de iis libris sermo est, qui ante Parisinam editionem in subsidium vocati sunt; horum autem nonnulli præstantissimi judicandi sint: eorum ope genuina scriptoris manus fere ubique restitui posse videtur, etiamsi novi libri non inveniantur. Ex quibus omnino non multum lucri sperandum esse suspicor, quippe quos, si conjecturam facere licet ex iis, qui in Francogallia recentius inspecti sunt, in gravioribus rebus cum iis, qui iam noti sunt, consensuros esse putem. Nihilominus si quis librum compererit nondum esse collatum, gratissimum mihi faciet, si ejus notitiam mecum communicaverit.*

Sed duo sunt fontes lectionum Thucydidearum ab editoribus nimis neglecti, scholiastam dico et Vallæ versionem. Quæ quidem versio quum, ut infra videbimus, ex præstantissimo codice facta sit, ideoque maximam habeat auctoritatem, præterea vero omnibus facile ad manus esse potuerit, mirum est, a plerisque editoribus omnino non consultam esse, ut Stephanus fere solus sit, qui eam cum quadam diligentia contulerit. Scholia autem quum sæpe codicibus nostris antiquiora sint, ne ipsa quidem, ut decebat, examinata sunt. Quocirca neque scholiastarum neque Vallæ lectio a vulgata recedens ubique annotata est, alibi vero ex iis afferuntur, quæ ab iis lecta esse falso existimantur. Illius generis exempla sint hæc.

III. 37. Ὅ, τι ἂν ἢ λόγῳ πεισθέντες ὑπ᾽ αὐτῶν ἁμάρτητε, ἢ οἴκτῳ ἐνδῶτε, οὐκ ἐπικινδύνως ἡγεῖσθε ἐς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἐς τὴν τῶν ξυμμάχων χάριν μαλακίζεσθαι· οὐ σκοποῦντες, ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχήν, καὶ προσεπιβουλεύοντας αὐτούς, καὶ ἄκοντας ἀρχομένους· οἳ οὐκ, ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε βλαπτόμενοι αὐτοί, ἀκροῶνται ὑμῶν, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἂν ἰσχύϊ μᾶλλον ἢ τῇ ἐκείνων εὐνοίᾳ περιγένησθε. Schol. Βλαπτόμενοι αὐτοί] ἀσαφὲς τὸ χωρίον, ὅτι ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς εὐθεῖαν μετέβη ἡ ἀπόδοσις τῆς ἐννοίας, ὅπερ ἐστὶ παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν· ὤφειλε γὰρ βλαπτομένους καὶ ἀκροωμένους εἰπεῖν ὁ γράφων, ἀλλ᾽ ὡς καινῶν συντάξεων εὑρετὴς καὶ τῆς παλαιᾶς Ἀτθίδος ἐπιστήμων, τοῦτο οὐ πεποίηκεν. Ubi Baverus reprehendit scholiastam, quod nominativum βλαπτόμενοι pro accusativo positum dicat. Multo minus autem ἀκροῶνται positum esse pro ἀκροωμένους, sed pendere ab οἵ. At quis tandem sibi persuadeat, scholiastæ, si pronomen relativum legisset, unquam in mentem venire potuisse, ut Thucydidem nominativo pro accusativo et verbo finito pro participio usum esse contenderet, et de loci obscuritate atque insolentia quereretur? Imo non invenit

---

* Memini me alicubi legere, præter eos libros, qui sint in Italia, etiam in bibliotheca Monacensi Thucydidis codicem servari. An vere ita traditur? qualis hic est codex? an diversus ab Augustano?

illud οἵ, quod deest etiam in Aug. Bas. (s. cod. Camer.) Cl. Gr. Ar. Chr. (his enim literis designamus codicem Colleg. Corp. Chr. non simplici C. ne cum Par. C. confundatur) Par. D. E. F. et edit. Ald. in Par. autem C. s. l. al. m. scriptum est. Unde patet, hoc pronomen, utpote ab interpretibus profectum, delendum esse, quod obiter monuit etiam Benedictus. Sæpe enim Græci a participio transeunt in verbum finitum. Thuc. I. 57. Δεδιώς τε ἔπρασσεν, ἔς τε τὴν Λακεδαίμονα πέμπων, ὅπως πόλεμος γένηται αὐτοῖς πρὸς Πελοποννησίους, καὶ Κορινθίους προσεποιεῖτο, τῆς Ποτιδαίας ἕνεκα ἀποστάσεως· προσέφερε δὲ λόγους καὶ τοῖς ἐπὶ Θράκης Χαλκιδεῦσι καὶ Βοττιαίοις ξυναποστῆναι (pro καὶ προσποιούμενος — προσφέρων δὲ λόγους καί). IV. 4. Ἐγχειρήσαντες εἰργάζοντο, σιδήρια μὲν λιθουργὰ οὐκ ἔχοντες, λογάδην δὲ φέροντες λίθους, καὶ ξυνετίθεσαν (pro ξυντιθέντες), ὡς ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι. Alii loci in aliis scriptoribus reperiuntur, ut Demosth. de Cor. 23. Ταῦτα συνετάχθη τῷ ναυάρχῳ ὑπό τινων ἀρχόντων καὶ ἑτέρων, ἰδιωτῶν μὲν νῦν ὄντων, ἐκ παντὸς δὲ τρόπου βουλομένων τὸν δῆμον ἀντὶ τῆς νῦν ὑπαρχούσης πρὸς ἐμὲ φιλίας τὸν πόλεμον ἀναλαβεῖν, πολλῷ μᾶλλον φιλοτιμουμένων τοῦτο συντελεῖσθαι ἢ τοῖς Σηλυμβριανοῖς βοηθῆσαι, καὶ ὑπολαμβάνουσιν (pro ὑπολαμβανόντων) αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον πρόσοδον ἔσεσθαι. Et ut ex poetis unum certe locum afferamus, Æsch. Agam. 1472. edit. Schæf. Δαμέντος φύλακος εὐμενεστάτου, καὶ πολλὰ τλάντος γυναικὸς διαί· πρὸς γυναικὸς δ' ἀπέφθισεν βίον (pro ἀποφθιμένου). Qui loquendi usus interdum fugit interpretes, ut Thuc. III. 59. Αἰτούμεθα ὑμᾶς, θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐπιβοώμενοι, πεῖσαι τάδε, προφερόμενοι ὅρκους, οὓς οἱ πατέρες ὑμῶν ὤμοσαν, μὴ ἀμνημονεῖν, ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν τῶν πατρῴων τάφων, καὶ ἐπικαλούμεθα τοὺς κεκμηῶτας, μὴ γενέσθαι ὑπὸ Θηβαίοις, μηδὲ τοῖς ἐχθίστοις φίλτατοι ὄντες παραδοθῆναι. Qui locus a nullo fere interprete recte intellectus est. Cohærent ibi verba αἰτούμεθα ὑμᾶς μὴ γενέσθαι ὑπὸ Θηβαίοις μηδὲ — παραδοθῆναι. In medio inserta sunt præsidia, quibus Platæenses utebantur, ut precum compotes fierent. Quemadmodum igitur scriptum est ἐπιβοώμενοι et προφερόμενοι, ita sequi debebat γιγνόμενοι et ἐπικαλούμενοι, pro quibus mutata structura inferuntur verba finita. Unde intelligitur, perperam vulgo post τάφων colo interpungi. Sed et hic et III. 37. nonnullis offensioni sit, quod verba finita, quæ participiis substituuntur, non addita habeant copulam, qua cum præcedentibus participiis connectantur. Ita enim facile fieri potest, ut ambiguitas oriatur, maxime c. 59. ubi ἐπιβοώμενοι ἱκέται γιγνόμεθα ita jungas, quasi illud huic accuratius definiendo inserviat. Qui ita sentiat, c. 59. malit καί addi, cujus in nonnullis libris vestigia deprehenduntur, c. autem 37. omne membrum οἳ οὐκ — ἀκροῶνται et conjunctionem ἀλλά cum Cass. ejici, quasi ad ἄκοντας ἀρχομένους explicationis causa adscriptum. Sed conjunctio καί, ut ab ea incipiamus, nonnisi in Ar. Chr. Dan. reperitur, quos pessimos esse codices infra videbimus, atque in his ipsis libris non ante ἱκέται, sed post ὤμοσαν scripta est. Verba autem ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε — ἀλλά abjici nolim, quum non tantum in uno codice propter repetitum ἐξ ὧν ἂν excidere potuerint, sed etiam a scholiasta agnoscantur, et per se exquisitiora esse videantur, quam quæ interpretibus tribuas. Et quum, si participio usus esset Thucydides, nemo copulam desideraret, eadem nescio an omittatur etiam mutata structura. Certe scriptor noster sæpe abruptius loquitur, ubi vel additis pronominibus vel aliis modis orationem ejus emendare studuerunt. Quo pertinet præter locum II. 60. Ὁπότε οὖν πόλις — δι' αἰτίας ἔχετε ab Hermanno ad Vig. p. 761. unice recte constitutum alius IV. 10. ubi Demosthenes milites suos, qui in insula Pylo relicti Lacedæmoniorum impetum exspectabant, vulgo ita cohortatur. Ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πλείω ὁρῶ πρὸς ἡμῶν ὄντα, ἢν ἐθέλωμέν τε μεῖναι, καὶ μή, τῷ πλήθει αὐτῶν καταπλαγέντες, τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν κρείσσω καταπροδοῦναι. τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὃ μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δέ, καίπερ χαλεπὸν ὄν, εὔπορον ἔσται, μηδενὸς κωλύοντος. καὶ τὸν πολέμιον δεινότερον ἕξομεν, μὴ ῥᾳδίως (quod pro vulg. ῥᾳδίας e codicibus reponendum esse jam monuit Baverus in Diss. De lectione Thucydidis optima interpretandi disciplina p. 15. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 427. et 889. et Bast. ad Gregor. Cor. p. 83.) αὐτῷ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως, ἢν καὶ ὑφ' ἡμῶν βιάζηται. ἐπὶ γὰρ ταῖς ναυσί, ῥᾷστοί εἰσιν ἀμύνεσθαι· ἀποβάντες δέ, ἐν τῷ ἴσῳ ἤδη. τό, τε πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἄγαν δεῖ φοβεῖσθαι. Quæ verba primum laborant falsa interpunctione. Particulæ enim τέ in verbis τοῦ τε γὰρ χωρίου ex vulgari distinctione nihil respondet, quum verba καὶ τὸν πολέμιον δεινότερον ἕξομεν

huc referri nequeant, quoniam primariæ in hac periodo sententiæ causas reddunt, cur pleraque Atheniensibus faveant, verbis autem τὸν πολέμιον δεινότερον ἕξομεν contrarium potius continetur. Deinde ὅ aute μενόντων fere in omnibus codicibus, Reg. Aug. Bas. Cl. Gr. Ar. Chr. Dan. 7 Pariss. vett. edd. desideratur, in Cass. autem et Par. C. m. rec. scriptum est, unde jam Kistemakerus et Benedictus hoc pronomen deleturi erant. Quo sublato quum oratio nimis abrupta esse videretur, Hermannus etiam γίγνεται expungendum putabat, ego vero, ne audacior vocarer, scripturam γίγνεσθαι probandam censebam, quæ est in Gr. atque Par. D. et hac Vallæ versione confirmatur: "Etenim partem loci, quam tenemus, inaccessibilem arbitror, adjutricemque fieri nobis perstantibus." (s. Etenim quod locus inaccessus est, id nostrum duco, ita ut, si maneamus, nobis adjumento sit.) Sed neutrum permittit Dionysius Halicarnassensis, qui varii generis tempora a Thucydide conjungi demonstraturus, in epist. II. ad Ammæum p. 801. ed. Reisk. hæc verba ita affert, τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὅ, μενόντων μὲν ἡμῶν, σύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δέ, καίπερ χαλεπὸν ὄν, εὔπορον ἔσται, et statim subjicit. Τὸ μὲν γὰρ Γίγνεται τοῦ παρόντος ἐστί, τὸ δὲ Ἔσται τοῦ μέλλοντος χρόνου δηλωτικόν. Unde eum γίγνεται legisse certissimum est, quippe quo vel omisso vel mutato omnis ejus corruat argumentatio. Alia res est in pronomine relativo, quod sive additur sive abjicitur, non labefactantur ea, quæ Dionysius probare studet. Quamobrem vel ab ipso vel ab ejus librariis perspicuitatis causa inseri potuit. Pro quo pronomine si cum Kistemakero e Dionysio repetamus particulam μέν, propter sequens δέ ex arbitrio, ut videtur, ab eo additam, idem fere manet asyndeton. Quod, quamvis ægre, ita ferendum existimamus, ut verba μενόντων ἡμῶν — ἐν τῷ ἴσῳ ἤδη parentheseos notis includantur. Post κωλύοντος et βιάζηται minus plene interpungendum. Cohærent hæc, τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, τό, τε πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἄγαν δεῖ φοβεῖσθαι. Redimus ad locum III. 37. in quo scholiasta βλαπτόμενοι male cum ἀκροῶνται conjunxit, ideoque misere in eo se torsit. Recte a recentioribus editoribus plerisque ad χαρίζησθε relatum est; ita enim verba ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε βλαπτόμενοι respondent iis, quæ præcesserunt, ἐπικινδύνως ἐς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἐς τὴν τῶν ξυμμάχων χάριν μαλακίζεσθαι. Sed αὐτοί dubitari potest utrum ad χαρίζησθε βλαπτόμενοι, an ad ἀκροῶνται pertineat. Hoc fere prætulerim, quum in iis, quæ proxime antecesserunt, hoc pronomen sæpius de sociis lectum sit. Ita autem αὐτοί quodammodo vice pronominis relativi fungetur, qualia, quamvis plerumque in oratione bimembri, ubi præcessit relativum, jam apud Homerum leguntur. V. Herm. ad Vig. p. 708. Add. Thuc. II. 4. Ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους, καὶ αἱ πλησίον (quæ vox a Stephano damnata e libris fere omnibus addenda est, in quos aliunde irrepere haud facile potuit. Cf. ad h. l. Bened.) θύραι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ (pro καὶ οὗ αἱ θύραι etc.)

III. 52. Γνοὺς δὲ ὁ Λακεδαμόνιος ἄρχων τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν· εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος, ὅπως, εἰ σπονδαὶ γίγνοιντ ὁποτε πρὸς Ἀθηναίους, καὶ ξυγχωροῖεν, ὅσα πολέμῳ χωρία ἔχουσιν ἑκάτεροι, ἀποδίδοσθαι, μὴ ἀνάδοτος εἴη ἡ Πλάταια, ὡς αὐτῶν ἑκόντων προσχωρησάντων· πέμπει δὲ αὐτοῖς κήρυκα, λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἑκόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ δικασταῖς ἐκείνοις χρήσασθαι, τούς τε* ἀδίκους κολάζειν, παρὰ δίκην δὲ οὐδένα.

---

* Benedictus conjecit γέ, male. Τέ vel respondet sequenti δέ. Cf. Herm. ad Vig. p. 836. Add. Thuc. I. 11. Τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ τόν τε στρατὸν ἐλάσσω ἤγαγον, καὶ ὅσον ἤλπιζον αὐτόθεν πολεμοῦντα βιοτεύειν· ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν etc. Ubi τέ non ad καί referendum esse, docet locus, quem occupat. Etiam μὲν — τέ in Thucydide sibi opponuntur. II. 70. Προσεδέξαντο, ὁρῶντες μὲν τῆς στρατιᾶς τὴν ταλαιπωρίαν ἐν χωρίῳ χειμερινῷ, ἀναλωκυίας τε ἤδη τῆς πόλεως δισχίλια τάλαντα ἐς τὴν πολιορκίαν. III. 46. Ἄμεινον μὲν — πολιορκίᾳ τε. Sed IV. 69. Ξυνέβησαν τοῖς Ἀθηναίοις, ῥητοῦ μὲν ἕκαστον ἀργυρίου ἀπολυθῆναι, τοῖς τε Λακεδαιμονίοις, τῷ τε ἄρχοντι καὶ εἴ τις ἄλλος ἐνῆν, χρῆσθαι Ἀθηναίους, ὅ, τι ἂν βούλωνται, perspicuitatis causa malim τοῖς δέ. Etiam I. 144. Μεγαρέας μὲν ὅτι ἐάσομεν ἀγορᾷ καὶ λιμέσι χρῆσθαι, ἢν καὶ Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας μὴ ποιῶσι——τὰς δὲ πόλεις ὅτι αὐτονόμους ἀφήσομεν, εἰ καὶ αὐτονόμους ἔχοντες ἐσπεισάμεθα in optimis libris legitur τάς τε. Vel τέ infinitivum κολάζειν nectit cum χρήσασθαι, ut particulæ δέ oppositum μέν prorsus omis-

Schol. Εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ] ἀντίπτωσις, ἤτοι αἰτιατικὴ ἀντὶ γενικῆς· ἀντὶ τοῦ, εἰρημένου γὰρ αὐτῷ, εἶπεν. Apertum est, scholiastam non legisse verbum ἦν, etsi in capite adjici solet; quod ἦν si invenisset, tam ineptus esse non poterat, ut εἰρημένον pro εἰρημένου dictum esse contenderet. Verbum igitur substantivum quamvis omnes codices retineant, tamen ex scholiastæ auctoritate delendum est, quum sæpissime ab interpretibus adjectum sit, cujus rei infra ex ipso Thucydide exempla videbimus. Sed eo abjecto εἰρημένον nondum potest pro accusativo absoluto haberi—obstat enim particula γάρ—nisi deleatur δέ post προσπέμπει, quo, ut primus vidit Hermannus, ducit etiam hoc scholion, Προσπέμπει δέ] οὗτος ὁ δέ πρὸς τὸν μέν· προεῖπε γάρ, ὅτι βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλοντο ἑλεῖν, unde illud δέ a scholiasta repositum esse non obscure colligas. De participio εἰρημένον absolute posito cf. Dawes. Miscc. critt. p. 99. Kœn. ad Greg. Cor. p. 38. sq. Fisch. ad Well. III. 1. p. 389. sqq. Herm. ad Vig. p. 769. Matth. Gr. Gr. p. 822. Post προσχωρησάντων virgula interpungendum. Sententia autem, cui δέ præfigendum erat, omnino suppressa est; nam ante εἰρημένον γάρ supplendum: sed alia excogitavit s. aliam viam iniit. Add. Herm. ad Vig. p. 841. et de omissione sententiæ ante γάρ Lamb. Bos. p. 809. ed. Schæf. Particulas autem δέ et γάρ sæpe addunt interpretes. Quam in rem unum IV. 11. locum adjiciamus. Πάντων δὲ φανερώτατος ὁ Βρασίδας ἐγένετο. τριηραρχῶν γάρ, καὶ ὁρῶν, τοῦ χωρίου χαλεποῦ ὄντος, τοὺς τριηράρχους * καὶ κυβερνήτας, εἴ που καὶ δοκοίη δυνατὸν εἶναι σχεῖν, ἀποκνοῦντας, καὶ φυλασσομένους τῶν νεῶν (cf. Matth. l. l. p. 446.), μὴ ξυντρίψωσιν, ἐβόα, λέγων. Ubi Reg. pro γάρ præbet δέ, et D. utrumque omittit. Valla: "Inter quos maxime exstabat Brasidas, unus e trierarchis: qui quum cerneret etc." Interpunctione igitur mutata γάρ abjiciendum, quo ducunt quodammodo etiam scholia.

II. 22. Ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν (τῶν Θεσσαλῶν), ἐκ μὲν Λαρίσσης,† Πολυμήδης καὶ Ἀριστόνους, ἀπὸ τῆς στάσεως ἑκάτερος, ἐκ δὲ Φαρσάλου, Μένων. Verba ἀπὸ τῆς στάσεως ἑκάτερος vertunt diversæ uterque factionis, qui sensus per se quidem commodus est, quum Thucydides haud dubie caussam indicare velit, cur Larissæis duo duces præfuerint, sed verba ipsa ita explicari nequeunt. Schol. Ἐκ μὲν Λαρίσσης] ἡ Λάρισσα ἐστασίασε πρὸς ἑαυτήν· διὸ ἑκατέρα μέρις ἄρχοντα εἶχε. λέγει δέ, ὅτι ἑκατέρα στάσις δύναμιν Ἀθηναίοις ἀπέστειλε. Legit igitur ἑκατέρας, quod est etiam in Reg. quanquam recentiori manu, et in marg. Steph. Recte. Quod enim cum ἑκάτερος articulus conjunctus est, id offensioni esse non potest. III. 23. Τοῦ πύργου ἑκατέρου.

sum sit. I. 56. Οἱ Ἀθηναῖοι Ποτιδαιάτας, ὄντας Κορινθίων ἀποίκους, ἑαυτῶν δὲ ξυμμάχους φόρου ὑποτελεῖς, ἐκέλευον τὸ ἐς Παλλήνην τεῖχος καθελεῖν. Ubi quod Kistemakerus et Benedictus e depravatis codd. Ar. et Dan. addi voluerunt μέν, id aperte interpolatoribus debetur. Rectius igitur ὄντας, quod ignorant Aug. Cass. Cl., deleri jussissent. II. 37. Οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, κεκώλυται, i. e. πένης μὲν ὤν, ἔχων δέ, ubi scholiasta δέ pro μέν positum esse inepte statuit. Μέν præeuntibus Aug. Cass. Par. A. C. delendum etiam I. 12. Βοιωτοί, ἐξ Ἄρνης ἀποστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν, τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην ᾤκισαν (quod pro vulg. ᾤκησαν ex Par. A. idem suadente Benedicto, recepimus, quum in toto hoc capite verba οἰκίζειν et κτίζειν usurpentur.)

* Hac forma Thucydides etiam alibi utitur, ut II. 24. ubi τριηράρχας nonnisi in depravatis codicibus est, quibuscum IV. 38. VIII. 45. al. facit Regius.

† Cass. Λαρίσης, fortassis rectius. Cf. IV. 78. et Bœckh. Præf. ad 4 dialog. Simon. Socrat. p. XXXV. sq. Certe Κρισαῖος semper exhibent meliores Thucydidis libri, unde plerumque etiam in vulgata exemplaria receptum est. Cf. II. 69. 83. 86. 92. 93. IV. 76. Κρισσαῖος in depravatis codicibus, Ar. Chr. Dan. scribitur, et in vulgg. editt. exstat I. 107. ubi Aug. et Reg. Κρισαῖος. Idem valet de Ἐρεσός, quod VIII. 100. sqq. sæpius repetitur, ubi Ἐρεσσός nonnisi in corruptis, quos diximus, libris invenitur, ad quos III. 18. 35. (ubi vulgo Ἐρέσου accentu in penultima, minus recte) accedit Reg. Etiam pro Ἀμφισσεῖς III. 101. in Cass. Aug. Reg. forma per simplex σ reperitur. Sed in aliis vocibus constanter duplex σ in libris servatur, ut in Ἄντισσα, quod ter legitur III. 18. et semel III. 28. in Ἄρνισσα IV. 128. al.

IV. 93. Ἐπὶ τῷ κέρα ἑκατέρῳ, quæ verba alio ordine repetuntur c. 94. IV. 96. Ἑκατέρων τῶν στρατοπέδων. Eodem modo ἕκαστος legitur, ut V. 49. Κατὰ τὸν ὁπλίτην ἕκαστον. De hoc, non de ἑκάτερος, monuit etiam Matth. l. l. p. 371. Huc etiam pertineret II. 24. Τριήρεις τε μετ' αὐτῶν ἐξαιρέτους ἑκατὸν ἐποιήσαντο κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον τὰς βελτίστας, si certior ibi esset scriptura. Etiam Demosth. de Cor. c. 21. pro καθ' ἡμέραν ἑκάστην in quibusdam codd. est κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην.

His subjungam locum, in quo Stephanus quidem vidit, a scholiasta aliam lectionem inventam esse, sed editores, qui eum secuti sunt, neque scholiastæ neque Stephani mentem ceperunt. I. 28. Κερκυραῖοι ἀντέλεγον, ἢν καὶ ἐκεῖνοι τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ ἀπαγάγωσι, ποιήσειν ταῦτα· (sc. ἀπάξειν τὰς ναῦς) ἑτοίμοι* δὲ εἶναι καὶ ὥστε ἀμφοτέρους μένειν κατὰ χώραν, σπονδὰς δὲ ποιήσασθαι, ἕως ἂν ἡ δίκη γένηται. Schol. Ἑτοιμοι δὲ εἶναι] ἀντὶ τοῦ, ἑτοίμως ἔχουσιν, εἰ μὴ ἐκεῖνο βούλονται, σπονδὰς ποιήσασθαι, μένειν ἐν Ἐπιδάμνῳ καὶ τοὺς πεμφθέντας Κορινθίων καὶ τοὺς πεμφθέντας Κερκυραίων, μηδὲν πράττοντας ἐς κάκωσιν, ἕως ἂν δίκας δώσωσιν. Ex qua interpretatione intelligitur, δέ, quod vulgo post σπονδάς additur, a scholiasta non esse lectum. Quod et ad scholia monuit Stephanus, et ad ipsa Thucydidis verba adscripsit, hanc particulam locum depravare sibi videri. Sed in Lipsiensi editione per mirum errorem Stephanus p. 66. illud δέ, quod post Κορίνθιοι invenitur, p. 67. autem illud, quod post ἕτοιμοι est, damnasse perhibetur, quorum neutrum rejicere potuit. Videndum est autem, quid in hoc loco offensioni sit. Ac primum quidem in vulgata displicet ὥστε; ut enim ubique legitur ἕτοιμός εἰμι πρὸς τοῦτο s. ἕτοιμός εἰμι τοῦτο ποιεῖν, ita vix usquam invenias ἕτοιμός εἰμι ὥστε τοῦτο ποιεῖν. Deinde particula καί non justum tenere videtur locum; aut enim dicendum erat ἕτοιμοι δὲ καὶ εἶναι, aut καὶ ἀμφοτέρους scribendum erat. Et hæ quidem difficultates evanescant, si ὥστε, quod deest in Ar. Chr. Dan. (idem enim a scholiasta lectum non esse, haud affirmaverim, quum necessitas hujus particulæ addendæ apud eum non adesset) deleatur. Sed primum his codicibus nullam fidem esse infra docebimus. Deinde oratio Thucydidis ingenio multo convenientior est, si retento ὥστε particula δέ post σπονδάς cum scholiasta, fortassis etiam Valla, cujus tamen versio hic satis mira est, et Stephano expungitur. Ita enim ὥστε denotabit hac conditione ut, quo usu hujus voculæ, ubi de fœderibus sermo est, delectatur Thucydides. Sic statim sq. cap. legimus. Τῇ αὐτῇ δὲ * αὐτοῖς ξυνέβη, καὶ τοὺς τὴν Ποτίδαιαν πολιορκοῦντας παραστήσασθαι ὁμολογίᾳ, ὥστε τοὺς μὲν ἐπήλυδας ἀποδόσθαι, Κορινθίους δὲ δήσαντας ἔχειν, ἕως ἂν ἄλλο τι δόξῃ. Tres alios locos adscripsit Matth. l. l. p. 661. in quorum uno, III. 75. prorsus ut hic, legitur σπονδὰς ποιήσασθαι ὥστε.

Alibi scholiasta scripturam a vulgata re-

* Gregorius Corinthius et alii grammatici ab Atticis veteribus ἑτοῖμος, ὁμοῖος, ἐρῆμος scriptum esse dicunt. V. Interprr. Gregor. p. 20. sqq. Sed in Thucydide hujus formæ vestigia vix quinquies exstant, ut I. 34. ubi quum vulgo legatur ὅμοιοι, e Cass. et Aug. enotatum est ὁμοῖοι, III. 66. ubi ὁμοῖα in omnibus editionibus reperitur, VIII. 92. ubi ἑτοῖμος præbent vett. edd. Sed. ὅμοιος habes I. 77. 82. 86. 91. 140. II. 45. 54. 72. al. ἕτοιμος I. 70. 145. II. 3. 10. 56. III. 82. IV. 28. al. ἔρημος I. 32. 50. II. 17. 51. al.

* Ita enim ibi scribendum videtur pro τῇ δὲ αὐτῇ. Cf. varr. lectt. et exempla a Gailio allata, quibus adde τῇ γνώμῃ δέ, quod e codd. restituendum I. 70. τῷ πεζῷ δέ II. 94. ἐν τῷ αὐτῷ δέ III. 11. διὰ δέκα δέ III. 21. τοῦ πλείονος δέ, quod e. codd. revocandum IV. 92. ἐν ταύταις δέ IV. 114. ἐν τούτῳ δέ IV. 123. οὐκ ἐσακουόντων δέ III. 4. atque, ut aliarum etiam particularum tertio loco positarum exempla afferamus, οὐκ ἐχθροὺς γάρ III. 58. ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν μέν III. 22. οἱ Τεγεάται μέν IV. 134. τὴν τελευταίαν τε III. 64. ἐς τὸ Ἡραῖόν τε III. 81. Quæ omnia, qualia multa adhuc in Thucydide invenies, vides ita comparata esse, ut prima et secunda vox arctissimé cohæreant; nam altera earum in his omnibus locis vel articulus est vel præpositio vel negatio. Longe major hac in re poetarum est licentia. Æsch. Pers. 719. Πεζὸς ἢ ναύτης δὲ πεῖραν τήνδ' ἐμώρανεν τάλας. Cf. ib. v. 729. Agam. 664. Ἐν νυκτὶ δυσκύμαντα δ' ὠρώρει κακά. Add. Eumen. 281. et Soph. Ant. 141. ed. Erf. min. Sed talia in prosa oratione ferri nequeunt, unde quod Thuc. II. 4. vulgo legitur Ὁρῶντες αὐτοὺς δὲ οἱ Πλαταιεῖς ἀπειλημμένους, ex libris corrigendum est.

cedentem in libro suo invenisse falso statuitur. Ut I. 7. Τῶν πόλεων ὅσαι νεώτατα ᾠκίσθησαν, καὶ ἤδη πλωϊμωτέρων ὄντων. Schol. Ἀδείας τυχοῦσαι τοῦ πλεῖν, unde Stephanus eum οὐσῶν legisse suspicatus est. Sed urbem πλώϊμον dici non posse bene monuit Gottleberus, neque ullum hujus lectionis in codicibus repertum est vestigium. Scholiasta igitur, quæ Thucydides generatim dixerat, per arbitrium ad urbes retulisse putandus est.

Huc refer etiam III. 82. Ἐπέπεσε πολλὰ χαλεπὰ κατὰ στάσιν ταῖς πόλεσι, γιγνόμενα μὲν καὶ ἀεὶ ἐσόμενα, ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ, μᾶλλον δὲ καὶ ἡσυχαίτερα, καὶ τοῖς εἴδεσι διηλλαγμένα, ὡς ἂν ἕκασται αἱ μεταβολαὶ τῶν ξυντυχιῶν ἐφιστῶνται. Schol. Μᾶλλον δὲ] μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον, unde Abreschius Diluce. Thuce. p. 359. assentiente Gailio t. IX. p. 172. καὶ ἧσσον ab eo lectum esse opinatur. Quod tamen eum nonnisi suppleri voluisse, vel ex ratione, qua affertur, et ex forma ἧττον, quæ non est Thucydidea, manifestum est. Vulgatam confirmat Thomas Mag. in ἡσυχαίτερον p. 426.

Non minus falso scholiasta a vulgari scriptura dissentire existimatur I. 40.

Cap. 2.

Vallæ versionis usus. Hunc quoque interpretem a vulgata scriptura recedere interdum perperam existimari. Μᾶλλον *potius*. Verbum non primario subjecto accommodatum. De iis scriptoribus, qui verba quædam Thucydidis laudant. Lectiones lexicorum Segueria-norum, Photii et aliorum. Περιοργής, πελιτνός, διεζωμένοι, ὀλίγου ἐς. In usu grammaticorum, lexicographorum, pariterque Dionysii cautissime versandum esse.

Accedimus ad alium lectionum fontem adhuc nimis neglectum, Vallæ versionem. Ex qua longum est ea omnia afferre, in quibus Valla a vulgatis exemplaribus nihil monentibus hac de re editoribus recedit. Ex quibus discrepantiis pleræque quum catenus certe notæ sint, quatenus eædem lectiones etiam e codicibus afferuntur, nunc a me omittentur.

Unum tamen exemplum adscribere placet, in quo Valla scriptoris manum in omnibus codicibus obliteratam integram servavit.

IV. 48. Οἱ δὲ ἐφυλάσσοντό τε ὡς ἠδύναντο, καὶ ἅμα οἱ πολλοὶ σφᾶς αὐτοὺς διέφθειρον, οἰστούς τε, οὓς ἀφίεσαν ἐκεῖνοι, ἐς τὰς σφαγὰς καθιέντες, καὶ ἐκ κλινῶν τινῶν, αἳ ἔτυχον αὐτοῖς ἐνοῦσαι, τοῖς σπάρτοις, καὶ ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες, ἀπαγχόμενοι, παντὶ τρόπῳ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς (ἐπεγένετο γὰρ νὺξ τῷ παθήματι) ἀναδοῦντες σφᾶς αὐτούς, καὶ βαλλόμενοι ὑπὸ τῶν ἄνω, διεφθάρησαν. Ubi Heilmannus pro ἀναδοῦντες conjecit ἀναλοῦντες, duabus de causis, quarum altera est, quod Phavorinus e Thucydide laudat ἀναλοῦντες ἀντὶ τοῦ ἀναιροῦντες, quæ lectio in vulgatis exemplaribus nusquam reperitur, altera autem, quod παντὶ τρόπῳ ἀναδοῦντες σφᾶς αὐτούς inepte dicatur, quum rationes, quibus te strangules, non sint admodum variæ. Jam Baverus quidem recte monuit, παντὶ τρόπῳ cum διεφθάρησαν posse conjungi. Sed vel ita pro ἀναδεῖν verbum latioris ambitus requiritur, quum Corcyræi et sagittis jugulo defixis et restibus se interemerint, ἀναδεῖν autem si notare possit *strangulare*, quod non verisimile videtur, quum ubique sit vel *redimire* vel *religare*, nonnisi ad alterum mortis genus spectet. Ita igitur, ut cum philosophis loquamur, pro altero e duobus membris coordinatis (ipsi se interficiebant—ab hostibus interficiebantur) poneretur subordinatum. Huc accedit, quod præter Phavorinum etiam Suidas t. I. p. 170. et Zonaras p. 201. scribunt, Ἀναλοῦντες, ἀντὶ τοῦ ἀναιροῦντες, Θουκυδίδης· καὶ Ἀναλῶν, καὶ Ἀναλοῦν. (II. 24. VI. 12.) Atque hæc fuit scriptura, quam Valla in codice suo invenit, qui vertit: "Omni denique ratione tum *sibi manus inferentes*, tum a superne ferientibus absumti sunt." Quod autem habet "omni *denique* ratione," fortassis legit παντί τε τρόπῳ, quod nobis e conjectura restituendum videbatur. Verba enim οἰστούς τε—ἀπαγχόμενοι quum rationem describant, qua capti Corcyræi se ipsi interfecerint, rectius cum σφᾶς αὐτοὺς διέφθειρον, quam cum διεφθάρησαν conjunguntur. Illud autem fieri non potest, nisi addatur particula. Quod restat, lexicographi quidem a vulgata scriptura mirum in modum recedunt, sed ita tamen, ut hunc locum memoriter ab iis laudari pateat, quod ex iis, quæ infra de his scriptoribus exponentur, clarius etiam intelligetur. Suid. t. III. p. 414. Σφαγάς, τὰς κατακλεῖδας. Θουκυδίδης· καὶ οἰστοὺς καθίεσαν ἐς τὰς σφαγάς. Phot. p. 411. Σφαγάς, τὰς κατακλεῖδας (l.—κλεῖδας), Θουκυδίδης, καὶ

ὄϊστούς. Ubi interpunctione e Suida correcta post ὀϊστούς lacunæ signa collocanda sunt; nonnulla enim excidisse apertum est. Id. p. 280. Παραιρημάτων· τῶν ἱματίων. Θουκυδίδης. Si recte video, nonnisi librariorum errore, pro παραιρήματα τῶν ἱματίων; nam παραιρημάτων per ἱματίων explicare grammaticus non potest. Sed minus etiam Thucydidis manum agnoscis apud Suidam III. p. 43. Παραιρήσεται, ἀφαιρήσεται. Θουκυδίδης· Διέφθειρον σφᾶς αὐτούς, οἱ μὲν ἀπὸ κλινῶν σπάρτα, οἱ δ' ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες (τουτέστιν ἀφαιρήματα), ἀπήγχοντο. Quæ ad verbum leguntur non solum apud scholiastam Demosthenis a Duckero laudatum, sed etiam apud Phavor. p. 574. nisi quod uterque pro σπάρτα habet σπάρτας, magis etiam corrupte, nisi forte in eo lateat vulgatum σπάρτοις. Hoc confirmant Pollucis verba a Duckero adscripta, quæ etiam tuentur participium ἀπαγχόμενοι, quod interpretamenti speciem præ se ferre acutissime monuit summus Criticus.

Sed posteaquam exemplum optimæ scripturæ e Valla nondum enotatæ proposuimus, inprimis hoc monendum videtur, ei, qui hoc interprete in re critica uti velit, magna opus esse cautione. Quamvis enim sæpe quam proxime ad verba Thucydidis accedat, interdum tamen nonnisi sensum, qui vel vere iis inest, vel saltem inesse ipsi videbatur, expressit, et aliis in locis vel negligentia vel inscitia in errorem inductus est. Quod quum non animadvertissent viri docti, sæpe Vallæ auctoritatem pro lectionibus laudarunt, quas ab eo lectas non esse equidem certum esse arbitror. Huc præter multos alios refero locos hos.

III. 63. Καίτοι τὰς ὁμοίας χάριτας μὴ ἀντιδιδόναι αἰσχρὸν μᾶλλον, ἢ τὰς μετὰ δικαιοσύνης μὲν ὀφειληθείσας, ἐς ἀδικίαν δὲ ἀποδιδομένας. Valla: "Et sane minus turpe est similem gratiam non reddere, quam eam, quæ cum justitia debetur, per injustitiam reddere." Cui versioni Portus substituit hanc: "Atqui turpius est non referre similem gratiam, quam referre eam, quæ juste quidem debetur, sed tamen injuste refertur." Sed ita sensum perverti jure monuit Heilmannus, quum ex hac interpretatione Thebani id, quod a Platæensibus factum erat, aperte essent probaturi. Nam si turpitudo major est, si non gratus sis, quam si cum injustitia gratiam referas, quis reprehendat Platæenses, quod hoc quam illud facere maluerint? Locus igitur multis correctione indigere visus est, quumque Valla habeat minus turpe est, Stephanus eum suspicatus est in codice invenisse οὐκ αἰσχρὸν μᾶλλον, quod Levesquius arripuit. Sed illud οὐ neque a Thucydide profectum, neque in Vallæ exemplari lectum esse, ita probamus. Scholiasta de hoc loco disputans dicit λείπει ἡ οὐ, unde intelligitur, eum non invenisse, sed omissam credidisse hanc particulam. Quod Vallam, qui in sensu constituendo sæpe ex scholiastæ judicio pendet, permovit, ut negationem in versione exprimeret, quæ negatio eodem modo in Par. D. pessimæ notæ codicem, irrepsit, quum omnes reliqui libri constanter vulgatam tueantur. Quod tamen viros doctos non deterruit, quo minus etiam alia hic conjicerent. Bavero enim ante αἰσχρόν excidisse videbatur μή, quod ineptum est, quum, si ulla negatio, non μή, sed οὐκ hic requireretur. Heilmannus autem μή non quidem adjici, sed ex præcedente μὴ ἀντιδιδόναι suppleri voluit, quod Bredovii assensum tulisse profecto mireris. Nam et longe alii sunt loci, in quibus μή ad duas voces referri potest, qua de re infra disputabitur, et hic, ut jam significavimus, non μὴ αἰσχρόν, sed οὐκ αἰσχρόν scribendum erat. Vulgatam defendere studuit Kistemakerus, dicens, μὴ αἰσχρὸν μᾶλλον—ἤ valere "non adeo hoc turpe est —sed potius illud," ut omnis locus ita accipiatur: "Atqui non adeo turpe est, reddere parem gratiam, sed potius, reddere eam, quæ juste quidem debetur, at ad iniquum usum rependitur, hoc turpe est." Sed huic explicationi Benedicto probatæ et ipsi obstat usus particulæ μή, ut taceam, jejunam esse sententiam, si non turpe esse dicitur parem gratiam reddere, quod per se intelligitur. Hoc tamen recte vidit Kistemakerus, μᾶλλον non arcte cum αἰσχρόν jungendum esse, ut αἰσχρὸν μᾶλλον idem sit quod αἴσχιον—quod si voluisset scriptor, ordinem verborum potius immutasset—sed per se constare. Quod ubi tenuerimus, et simul vim sermonis in ὁμοίας maxime inesse senserimus, quemadmodum præcedit οὐκ ἴσην αὐτοῖς τὴν χάριν ἀνταπέδοτε, hunc intelligemus esse loci sensum. Thebani dixerant, Platæenses Atheniensibus non parem gratiam retulisse, sed multo majorem, quippe quæ cum dedecore conjuncta esset. "Et tamen" ita pergunt "hoc potius turpe est, pares gratias non re-

ferre, quam (ut etiam turpe sit) non reddere eas, quæ cum justitia quidem contractæ sunt, sed sine injustitia solvi nequeunt." Aliis verbis: Vos turpe esse dicitis gratias non referre iis, a quibus beneficia acceperitis. Sed turpe quidem est pares gratias non referre; neque tamen reprehendi potest, si ei, qui beneficia in te contulit, ita ut ipse justitiam tueretur, gratus esse nolis, ubi id fieri non potest, nisi ipse injustus sis. Notio v. μᾶλλον, ex qua significat potius, sæpe non est intellecta, quod adeo lectioni mutandæ ansam dedit, ut IV. 10. Ἄνδρες οἱ ξυναράμενοι τοῦδε τοῦ κινδύνου, μηδεὶς ὑμῶν ἐν τῇ τοιᾶδε ἀνάγκῃ ξυνετὸς βουλέσθω δοκεῖν εἶναι, ἐκλογιζόμενος ἅπαν τὸ περιεστὸς ἡμᾶς δεινόν, μᾶλλον ἢ ἀπερισκέπτως εὔελπις ὁμόσε χωρῆσαι (non χωρήσας, quam correctionem in deterioribus codicibus admissam probat Benedictus) τοῖς ἐναντίοις, ubi codices pro μᾶλλον ἢ vel μᾶλλον simpliciter vel μᾶλλον δὲ præbent, quod posterius vel ideo vulgatæ præferendum est, quia μᾶλλον a ξυνετός nimis remotum est; unde scriptura μᾶλλον δὲ jam ab Heilmanno expressa est, neque displicuit Gailio et Benedicto.

III. 67. Ἦν οἱ ἡγεμόνες ὥσπερ νῦν ὑμεῖς κεφαλαιώσαντες πρὸς τοὺς ξύμπαντας διαγνώμας ποιήσησθε. Valla: "Si illi, penes quos arbitrium est, ut nunc penes vos, contractis in summam dubiis cunctos semel interrogarent," unde eum ποιήσωνται legisse collegerunt. Male; hujus enim scripturæ nullum usquam exstat vestigium, Valla autem nonnisi sensum, eumque rectissime, expressit. Non raro enim Græci verbum non primario, sed alii subjecto accommodant. Simillimus hujus est locus I. 82. Ἀνεπίφθονον, ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπ' Ἀθηναίων ἐπιβουλευόμεθα, μὴ Ἕλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους προσλαβόντας διασωθῆναι, ubi quum Valla pariter verterit: "Quibuscunque tenduntur insidiæ, quemadmodum nobis ab Atheniensibus," nemo tamen ἐπιβουλεύονται ab eo lectum esse arbitratus est. Quod exemplum quum ad eum, qui III. 67. est, loquendi usum stabiliendum sufficiat, simul intelligimus, correctoribus deberi scripturam, quam Benedictus ex depravatis codicibus, Ar. Chr. Dan. Pariss. D. E. eruit, ἣν ἡγεμόνες, ὥσπερ νῦν, ὑμεῖς κεφαλαιώσαντες—ποιήσησθε, deleto ante ἡγεμόνες articulo. Præterea διαγνώμας ποιεῖσθαι non satis recte a Valla intellectum esse, jam monuit Stephanus.

III. 70. haud procul ab initio Ὀκτακοσίων ταλάντων τοῖς προξένοις διηγγυημένοι. Valla: "Ob octoginta talenta, quæ Corcyrensium hospites pro ipsis fidei jusserant:" quæ versio effecit, ut ὀγδοήκοντα conjicerent. Sed hic non est nisi error Vallæ, qua de re non dubitabit, qui neque ullum codicem huic lectioni suffragari, et, quod e Duckeri nota intelligi potest, plures viros doctos eodem modo lapsos esse consideraverit. Neque octingenta talenta nimiam pecuniæ summam esse existimaverim, quum illorum ducentorum et quinquaginta Corcyræorum, qui Corinthi detinebantur, plerique principes civitatis essent (ut Thucydides diserte scribit I. 55.), et vel pro servo talentum solveretur.

Vel hæc pauca exempla satis, opinor, declarabunt, quam caute Vallæ versione in re critica utendum sit. Sed majore etiam cautione opus est in usu eorum scriptorum, qui verba quædam Thucydidis laudant, quod maxime factum est a Dionysio Halic. Stephano Byzant. Atticistis, ut Phrynicho, quanquam ab hoc rarius, Mœride, atque, apud quem plurima reperiuntur, Thoma Mag. denique lexicographis, ut Suida, Hesychio, Zonara, Photio. Ex quibus scriptoribus ii, qui Duckeri temporibus jam editi erant, satis diligenter collati sunt, qua in re haud exiguum cernitur tum ipsius Duckeri tum Wassii meritum. Sed nostris temporibus alia hujus generis subsidia in lucem protracta sunt, ex quibus Zonaram et Photium jam nominavimus, qui tamen rarissime aliquid præbent, quod non e Suida vel Hesychio notum sit. Plura peti possunt e Lexicis Seguerianis a Bekkero editis (Anecdota Græca. Vol. I.) e quibus nonnulla hic annotare placet.

I. 6. Ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Anecd. p. 396. Ἀνείρειν, ἀναπείρειν. ὅθεν καὶ ἡ ἄνερσις παρὰ Θουκυδίδῃ· "καὶ χρυσῷ στεφάνῳ ἐνέρσει". l. χρυσῶν στεφάνων ἀνέρσει, et Etym. qui eadem habet s. v. ἀνείρειν (non ἀναίρειν, ut e Ducker. edit. repetierunt editores Lipsienses). Χρυσῶν στεφάνων aperte corruptum est (fortassis ex confusione l. IV. 121.); sed ἀνέρσει non spernerem, nisi vulgatam præter omnes Thucydidis libros et Suidam atque Clementem Alex. a VV. DD. laudatos confirmarent etiam Photius Lexic. p. 427. et Zonaras Lexic. p. 723. et 1252.

I. 68. Πολλάκις προαγορευόντων ἡμῶν ἃ ἐμέλλομεν ὑπὸ Ἀθηναίων βλάπτεσθαι, οὐ περὶ ὧν ἐδιδάσκομεν ἑκάστοτε τὴν μάθησιν ἐποιεῖσθε, ἀλλὰ τῶν λεγόντων μᾶλλον ὑπενοεῖτε, ὡς ἕνεκα τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων λέγουσι· καὶ δι' αὐτὸ οὐ πρὶν πάσχειν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῷ ἔργῳ ἐσμέν, τοὺς ξυμμάχους τούσδε παρεκαλέσατε. Anecd. p. 178. Ὑπονοῶ, γενικῇ. Θουκυδίδης πρώτῳ· ἀλλὰ τῶν λεγόντων μᾶλλον ὑ π ο ν ο ε ῖ τ α ι. Corrupte.

II. 4. Ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα, ὃ ἦν τοῦ τείχους, καὶ αἱ πλησίον θύραι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ, οἰόμενοι πύλας τὰς θύρας τοῦ οἰκήματος εἶναι, καὶ ἄντικρυς δίοδον ἐς τὸ ἔξω. Postrema οἰόμενοι — ἔξω laudat scholiasta Platon. ad Charm. p. 41. Anecd. Siebenk. (p. 89. Ruhnk.) ubi legitur ἀντικρὺ διέξοδον εἰς τὸ ἔξω. Et δίοδος quidem, quod jam semel hoc capite adfuit, præ διέξοδος Thucydidi hoc sensu usitatum est. V. Duck. Ind. p. 697. Sed ἀντικρύ, quod quo minus librariorum errore corruptum putes, obstant ea, quæ apud scholiastam illum præcedunt, facile ei placeat, qui hic non p l a n e, quanquam ne hæc quidem notio a vulg. interprete expressa omnino abhorret, sed ex a d v e r s o dicendum esse putet. Nam notum est discrimen, quod inter ἄντικρυς (s. ἀντικρύς, quemadmodum alii, fortassis rectius, scribunt) et ἀντικρύ, εὐθύς et εὐθύ statuunt grammatici, qui formas ς destitutas ad locum significandum usurpari tradant. De qua differentia plena sunt Atticistarum et lexicographorum fere omnium scripta, unde nos nonnisi paucos laudabimus. Cf. Phryn. p. 58. et 194. (ubi vid. Nunnes.) Thom. M. p. 83. Etym. p. 114. Zonar. t. I. p. 225. et 226. Suid. t. I. p. 223. et 890. et, qui multa confusa habet, Phavor. p. 92. et 325. Et legitur sane etiam apud Thucydidem ἄντικρυς pro o m n i n o, m a n i f e s t e, a p e r t e (cf. I. 122. et Duck. Ind. p. 685.), neque exemplum in promtu habeo, quo hanc formam alibi etiam de loco ab eo usurpatam esse doceam. Verumtamen non solum omnes libri vulgatum ἄντικρυς retinent, sed de eodem etiam scholiasta disputat, scribens, Τὸ ἄντικρυς ἐνταῦθα μὲν ἐξ ἐναντίας, ἀεὶ δὲ ἐπὶ τοῦ φανεροῦ κεῖται. Atque ut nihil dicamus de Hesychio a reliquis grammaticis fortassis paulum recedente (I. 399. Ἄντικρυς. φανέρως. ἀπέναντι. ἀντικρύ. ubi cod. Schow. in fine ἀντικρύς), ἄντικρυς de loco invenitur Plat. Euthyd. §. 5. cui exemplo aliud adjecit Ruhnk. ad Tim. Lex. Plat. p. 37. Stephanus autem in Thesauro I. p. 466. ἄντικρυς pro e r e g i o n e non tantum ex nostro loco agnoscit, sed idem etiam e Plutarchi Lycurgo citari monet. Transimus ad εὐθύς et εὐθύ. De hoc Hesychius ita scribit I. p. 1505. Εὐθύ. ὀρθόν. ἁπλοῦν. ἐγγύς. παραχρῆμα. εἰς εὐθεῖαν. Παραχρῆμα eo significari negat Phot. p. 30. aliter judicante Zonara I. p. 905. qui hunc usum Thucydidi tribuit p. 924. unde confirmes quæ apud Suidam p. 892. leguntur, (Εὐθὺ) παρὰ Θουκυδίδῃ τὸ παραχρῆμα, καὶ τὸ ἐξ εὐθείας, καὶ τὸ ἀσκόπως. Sed hic formæ εὐθύ usus, ut notet s t a t i m, nusquam locum habet in Thucydide, atque omnem hanc observationem ad εὐθύς spectare non male suspicatus est Kusterus. Nam ducta est e scholio Thucydidis ad II. 5. Τὸ εὐθὺς οὐκ ἔστι παραχρῆμα, ἀλλ' ἐξ εὐθείας, καὶ ἀσκόπως. Scholiasta enim de hoc uno loco disserens, in quo εὐθύς de tempore accipi noluit, id negavit non quidem omnino, sed in his verbis significare s t a t i m; lexicographi autem de loquendi usu scriptoris nostri generatim loquentes, priorem scholii partem, ut consentaneum erat, mutarunt. Quod autem scholiasta εὐθύς pro ἀσκόπως interpretatus est, id, ut intellexit Stephanus Thes. I. p. 1304. pertinet ad verba οἱ Πλαταιεῖς, ἐπειδὴ τὰ ἐκ τῆς χώρας κατὰ τάχος ἐσεκομίσαντο, ἀπέκτειναν τοὺς ἄνδρας εὐθύς, in quibus tamen non est, cur a prima hujus vocis notione recedas. Ad quem autem locum ἐξ εὐθείας referri voluit scholiasta, ejus sensum omnino non recte percepit. Verba enim Thucydidis hæc sunt. Πλαταιεῖς δ' οὐχ ὁμολογοῦσι τοὺς ἄνδρας εὐθὺς ὑποσχέσθαι ἀποδώσειν, ἀλλὰ λόγων πρῶτον γενομένων, ubi εὐθύς cum ἀποδώσειν recte conjunxit vulg. interpres; nam opposita sibi sunt εὐθύς ἀποδιδόνται et λόγων πρῶτον γενομένων ἀποδιδόναι. Quemadmodum vero hic locus non demonstrat εὐθύς aliam quam temporis notionem habere, ita VIII. 88. ubi cum genitivo loci conjunctum legitur, e præstantissimis libris εὐθύ reponendum esse docuit ibi Duckerus. Alibi εὐθύς dicitur quidem de loco, sed ita tamen, ut etiam temporis notio quodammodo inesse possit. Quod maxime fit sequente præpositione, ut εὐθὺς ἐπὶ τὴν γέφυραν IV. 118. Add. Abresch. Dilucc. Thucc. p. 797. Eundem usum Stephanus in Thes. p. 1300. in Platon. Euthyd. inveniri ait. Locum, ad quem respicit, invenire statim non potui, sed etiam in Lysia non longe ab initio ante

Heindorfium εὐθύς recta lectum esse monuit nos unus ex amicis nostris. E quibus omnibus colligimus cum Abreschio, ἄντικρυς et εὐθύς quibusdam in locis pro ἀντικρύ et εὐθύ posse usurpari, sed non vicissim ἀντικρύ et εὐθύ pro ἄντικρυς et εὐθύς.

II. 41. Μόνη οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει ὑφ᾽ οἵων κακοπαθεῖ, οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατάμεμψιν. Anecd. p. 334. πολέμῳ, ex perpetua horum vocabulorum permutatione.

II. 65. Ἐκεῖνος μέν, δυνατὸς ὢν τῷ τε ἀξιώματι καὶ τῇ γνώμῃ, χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος γενόμενος, κατεῖχε τὸ πλῆθος ἐλευθέρως. Anecd. p. 346. Ἀδώρητος ἐρεῖς, ὡς Εὐριπίδης —— καὶ Θουκυδίδης· "χρημάτων τε ἀφανῶς ἀδώρητος γενόμενος." Πλάτων μέντοι γε ἐν Συμποσίῳ ἄδωρος εἶπεν. Ἀφανῶς nonnisi librariorum error est, quum ᾱ et δια per compendium scriptum facile permutentur. Sed ἀδώρητος a grammatico re vera inventum esse, inde manifestum est, quod hanc formam usurpandam esse dicit, quippe qua Euripides et Thucydides usi sint, quibus Platonem opponit, apud quem ἄδωρος reperiatur. At vulgatam librorum scripturam Mœris agnoscere videtur p. 38. ubi legitur Ἀδωρότατος, ὁ μὴ λαμβάνων δῶρα, Ἀττικῶς. Cf. ibi Piers. Ipsa verba nostra affert Thom. M. p. 13. ubi quod scribitur χρημάτων δέ, vulgato τέ male prætulit Oudendorpius, quasi ad ἐκεῖνος μέν referatur, cui tamen respondet οἱ δὲ ὕστερον.

II. 69. Ἑτέρος ἓξ (ναῦς ἔστειλαν) ἐπὶ Καρίας καὶ Λυκίας ——, ὅπως ταῦτά τε ἀργυρολογῶσι, καὶ τὸ λῃστικὸν τῶν Πελοποννησίων μὴ ἐῶσι —— βλάπτειν τὸν πλοῦν τῶν ὁλκάδων. Anecd. p. 159. in Ὅπως. "Ὅπως τε ταῦτα ἀργυρολογήσωσι τὰ χωρία." Τὲ ταῦτα pro ταῦτά τε ex errore profectum, sed ἀργυρολογήσωσι minus contemnendum videtur, τὰ χωρία denique a grammatico explicationis causa additum est.

II. 70. (Ἐπειδὴ) ὅ, τε σῖτος ἐπελελοίπει, καὶ ἄλλα τε πολλὰ ἐπεγεγένητο αὐτόθι ἤδη βρώσεως* πέρι ἀναγκαίας, καί τινες καὶ ἀλλήλων ἐγεύοντο, οὕτω δὴ λόγους προσφέρουσι περὶ ξυμβάσεως. Anecd. I. 378. pariter ac Suidas, καί πού τινες ἀλλήλων ἐγεύσαντο. Vulgata certe, si temporum rationem respicimus, parum accurata est. Unde vel cum grammaticis ἐγεύσαντο; vel, quod malim, cum Thucydidis libris ἐγέγευντο legendum videtur. Lectionibus autem καί τινες καί et καί πού τινες in unam conflatis scribo καί πού τινες καί, ut II. 87. Καί πού τι καὶ ἡ ἀπειρία πρῶτον ναυμαχοῦντας ἔσφηλεν.

II. 49. Καὶ ἡ ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν καὶ ἡ ἀγρυπνία ἐπέκειτο διαπαντός· καὶ τὸ σῶμα, ὅσον περ χρόνον καὶ ἡ νόσος ἀκμάζοι, οὐκ ἐμαραίνετο, ἀλλ᾽ ἀντεῖχε παρὰ δόξαν τῇ ταλαιπωρίᾳ. Anecd. I. 125. τὸ δὲ σῶμα, non male.

III. 55. Ἃ ἑκάτεροι ἐξηγεῖσθε τοῖς ξυμμάχοις, οὐχ οἱ ἑπόμενοι αἴτιοι, εἴ τι μὴ καλῶς ἐδρᾶτε, ἀλλ᾽ οἱ ἄγοντες ἐπὶ τὰ μὴ ὀρθῶς ἔχοντα. Anecd. p. 143. ἐδρᾶτο, quod Reiskius jam e conjectura restitui voluerat. Eorum enim, quæ ipsi male egerint, culpam sustinere eos, penes quos sit potentia, et per se intelligitur, neque facit ad excusandos Platæenses. Sed eorum omnino, quæ non recte gerantur, culpam non iis, qui imperio aliorum subditi sint, sed iis, qui illos regant, attribuendam esse, hoc dicendum est.

IV. 19. Πεφύκασι τοῖς ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι. Anecd. I. 126. τοῖς ἑκοῦσιν ἐνδοῦσιν, quod auribus ingratum est.

Addimus nonnulla e Photio, qui Lexic. p. 308. scribit, Περιεργής (l. περιοργής), ὡς περιχαρής. ἐν δ᾽ Θουκυδίδης εἴρηκεν ὀργιζόμενος (l. ex apogr. Dr. ὀργιζόμενον). Respicit ad IV. 130. ubi vulgo legimus, Ὁ δῆμος, εὐθὺς ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα, περὶ ὀργῆς ἐχώρει ἐπὶ Πελοποννησίους, quod περί interpretantur præ, quæ notio ei non inest. E nonnullorum librorum vestigiis jam Duckero non displicebat περιοργής, quod Photii testimonio egregie confirmatur.

Idem p. 299. quum, quod jam ab aliis grammaticis monitum est (cf. Piers. ad Mœr. p. 325.), et ipse tradat, πελιδνός a Thucydide per τ scriptum esse, non dubito, quin hæc forma II. 49. ei restituenda sit. Grammaticos enim hanc rem confinxisse, minime est credibile, sed librarii communem formam reposuisse existimandi sunt. Verum quod idem Photius p. 375. cum Suida in σέσωται contendit, Thucydidem dixisse διεζωμένοι sine σ, id e male intellecta Atticistarum observatione originem duxisse videtur. Nam apud Mœr. p. 168. legimus, Ζῶμα, Ἀττικῶς, ζῶσμα, Ἑλληνικῶς, cui accessit Thomas M. p. 411. qui Thucydidis verba I. 6. Διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο adscripsit. Ex illo igitur διαζώματα etiam διεζωμένοι scriptori nostro

* Male igitur Thomas Mag. p. 174. Βρώματα πληθυντικῶς, οὐ βρῶμα, οὐδὲ βρῶσις. V. ibi interprr. Βρῶμα numero singulari legitur IV. 26.

in usu fuisse collegerunt, quod tamen minime continuo sequitur, neque ullo codice confirmatur.

Ne vero Latinos grammaticos neglexisse videamur, e Prisciano emendationem proferamus. IV. 124. Ἱππῆς (l. ἱππεῖς, qua de re alibi dicetur) δ' οἱ πάντες ἠκολούθουν Μακεδόνων ξὺν Χαλκιδεῦσιν ὀλίγῳ ἐς χιλίους. Ὀλίγῳ, quod comparativis addi solet, quid sibi velit, nemo intelligit. Sed Priscianus, cujus verba hic ab editoribus prorsus neglecta ad VIII. 35. ita protulit Wassius, ut nesciret, quo referenda essent, l. XVIII. (p. 292. edit. a. 1528. s. p. 731. edit. Basil. a. 1545.) scribit. " Ὀλίγου εἰς χιλίους, ἀντὶ τοῦ παρ' ὀλίγον χιλίους; nos, paulo minus mille. Thucydides δ'. Ἱππεῖς — ὀλίγου ἐς χιλίους." De ὀλίγου absolute posito cf. Ducker. ad VIII. 35. Vig. p. 115. Matth. Gr. Gr. p. 457. Quanquam igitur non memini me alibi legere ὀλίγου ἐς, quod pleonasmi speciem habet, non dubito tamen, quin ita scripserit Thucydides, quum vulgata ferri nequeat, alia autem (ut ὀλίγοις) non conjicias, nisi audacior sis.

Quod autem in usu grammaticorum et lexicographorum summa cum cautione versandum esse diximus, id fecimus propter insignem horum hominum levitatem. Qui enim quæcunque e Thucydide afferunt, eodem modo ab iis lecta esse arbitraretur, vehementer erraret. Nam modo participium mutant in verbum finitum, quemadmodum ex III. 85. pro Καὶ τὰ πλοῖα ἐμπρήσαντες, ὅπως ἀπόγνοια ᾖ Zonaras Lexic. p. 242. laudat ἐνέπρησαν δὲ τὰ πλοῖα, οὕτως (l. ὅπως) ἀπόγνοια ᾖ. Modo sententias in brevius contrahunt, omissis iis, quæ non faciunt ad rem, quam demonstrare student; ut quum auctor libelli de constructione verborum, in Herm. libr. de emend. rat. Gr. Gr. p. 366. e Thucydide laudat, φαμὲν γὰρ εἰσβάντες εἰς τὰς ναῦς πανδημεὶ ναυμαχῆσαι, quæ pertinent ad I. 73.; vel quum in libro de syntaxi p. 164. Anecd. Bekker. affertur, Οὐκ ἐπαύσαντο, πρὶν ἐζημίωσαν χρήμασι, pro quibus apud Thucydidem II. 65. est οὐ μέντοι πρότερόν γε οἱ ξύμπαντες ἐπαύσαντο ἐν ὀργῇ ἔχοντες αὐτόν, πρὶν—χρήμασι; vel quum a Thoma Mag. p. 80. omittitur Ἀθηναῖοι ὄντες II. 88. Modo nonnulla addunt interpretationis causa, quale fuit τὰ χωρία, quod II. 69. in Bekker. Anecd. adjectum vidimus. Ordinem verborum frequenter mutant. Ita Gregor. Corinth. p. 60. pro ἀπανίστασαν τοὺς Ἀθηναίους II. 70. exhibet τοὺς Ἀθ. ἀπανίστασαν. Sed quod editores Thucydidis II. 90. Καὶ τῶν νεῶν τινὰς ἀναδούμενοι εἷλκον κενὰς e Thoma M. p. 50. laudant, Καί τινας ἀναδούμενοι κενὰς εἷλκον, hæc verba non ex hoc loco, sed e IV. 14. desumta sunt. Plurimos locos quum memoriter laudent (v. supra p. 33.) scriptoris verbis alia substituunt, quorum eadem vel similis est significatio; ut quum Thomas M. p. 658. τηρήσαντες habet pro φυλάξαντες in vv. II. 3. φυλάξαντες ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον, et p. 291. Οὐκ ἐν τῷ κόλπῳ ἑκὼν εἶναι ναυμαχίαν ποιήσομαι pro Τὸν δὲ ἀγῶνα οὐκ ἐν τῷ κόλπῳ ἑκὼν εἶναι ποιήσομαι II. 89. Sed interdum memoria adeo eos fefellit, ut sensum prorsus pervertant, quod accidit Thomæ M. p. 164. ubi ex III. 70. citat Κερκυραίοις Κόρινθον προσποιῆσαι pro Κορινθίοις Κέρκυραν προσποιῆσαι. Alibi in vitiosos codices incidisse videntur, quo refero III. 59. Ὡς πρέπον ἡμῖν καὶ ὡς ἡ χρεία προάγει, ubi Thomas M. p. 734. laudat ὑμῶν, atque genitivum ab eo repertum esse manifestum est ex iis, quæ præcedunt, Τὸ δὲ πρέπον οὐ δοτικῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ γενικῇ. In nostris codicibus hujus lectionis non exstat vestigium. Denique grammatici ipsi sæpe corrupti sunt. Ita apud Phot. Lexic. p. 286. Εἰ δὲ ταῖς τὸ παραυτίκα μὴ ἐθέλοι ξυμμαχεῖν, quæ spectant ad I. 27. pro δὲ ταῖς ex apogr. Dr. legendum δέ τις. Corrupta etiam sunt, quæ apud eundem Phot. p. 308. inveniuntur, ex IV. 73. depromta, Καὶ τοὺς Μεγαρέας περιοραμένους (l. περιορωμένους), πότερον (l. ποτέρων vel ὁποτέρων) ἔσται ἡ νίκη. Quæ exempla abunde declarant, antequam a grammaticis aliam, quam quæ in nostris libris est, scripturam repertam esse statuamus, singulorum locorum naturam prudenter et circumspecte esse considerandam. Nam nonnisi ea cum probabilitate quadam huc referri possunt, quæ vel ad id, quod grammatici demonstrare student, necessario pertinent, vel certe ita comparata sunt, ut, cur vel consulto vel fortuito ab iis mutata sint, causa non intelligatur.

Quæ grammaticorum et lexicographorum, eadem Dionysii est ratio, cujus tanta est negligentia, ut eadem verba alibi aliter laudet.

I. 1. Θουκυδίδης ξυνέγραψε τὸν πόλεμον— ἀρξάμενος—καὶ ἐλπίσας—τεκμαιρόμενος. Dionys. p. 163. (ed. Reisk.) τεκμαιρόμενός τε, sed p. 857. de quo loco nihil monuerunt editores, τεκμαιρόμενος sine copula.

I. 23. Ἡλίου ἐκλείψεις, αἳ πυκνότεραι παρὰ τὰ ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευόμενα ξυνέβησαν. Dion. p. 861. παρὰ τὰς—μνημονευομένας, e correctione, quum p. 1075. vulgatam agnoscat.

Ibid. Παθήματα ξυννέχθη γενέσθαι. Dion. p. 1074. ξυνέβη, ex interpretamento, sed, quod fugit editores, p. 860. ξυννέχθη.

III. 82. Τά ἐφυστερίζοντά που, πύστει τῶν προγενομένων, πολὺ ἐπέφερε τὴν ὑπερβολὴν τοῦ καινοῦσθαι τὰς διανοίας, τῶν τ' ἐπιχειρήσεων περιτεχνήσει, καὶ τῶν τιμωριῶν ἀτοπίᾳ. Dion. p. 886. Ἐπὶ πύστει τῶν προγεγενημένων πολλὴν ἐπέφερε τὴν ὑπερβολὴν ἐς τὸ καινοῦσθαι τὰς διανοίας, quæ correctionem sapiunt; nam paulo ante vulgatam agnoscit. Ita etiam p. 887. bis habet ἐπιτέχνησις, sed. p. 886. περιτέχνησις.

Hæc si non est putidissima negligentia, nescio quid ita vocandum sit.* Sed. III. 82. Ἀσφάλεια δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος nonnisi librariorum errore in Dionysii exemplaribus p. 888. Reisk. ἀσφαλείᾳ et ἀσφάλεια juxta se posita sunt. Illud, quod legit etiam scholiasta (cujus hæc est glossa, τὶ ἐπιπολὺ βουλεύσασθαι δι' ἀσφάλειαν πρόφασις ἀποτροπῆς ἐνομίζετο) unice verum duco. Quodsi cum Kistemakero Ar. Chr. Dan. scripturam ἀσφάλεια τοῦ ἐπιβουλ. præferres, correctoris interpolationem probares. Sed redimus ad Dionysium. Qui præterquam quod sibi non constat in lectionibus afferendis, interdum interpretamenta addit; II. 71. Ὑμεῖς δὲ τἀναντία δρᾶτε post τἀναντία p. 902. inserit ἐκείνοις. Alibi verba aliter collocat, ut p. 836. τὸ χωρίον τοῦτο ἦν pro τοῦτο ἦν τὸ χωρίον I. 97. et p. 887. τὴν εἰωθυῖαν τῶν ὀνομάτων ἀξίωσιν, qui verborum ordo haud dubie exquisitior ei videbatur quam qui est in Thucydide III. 82. τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων. Multa etiam ex memoria laudat, quo referendum p. 834. Ἐψηφίσαντο οἱ Λακεδαιμόνιοι πολεμεῖν Ἀθηναίοις pro πολεμητέα εἶναι I. 88. p. 931. Ὅστις ἂν μαλακίᾳ ἐλλείπῃ pro ὅστις μαλ. ἐλλείπει II. 61. et ibidem Χρεὼν καὶ τὰς συμφορὰς ἐθέλειν ὑφίστασθαι pro ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσταις, ubi accusativum præbent etiam depravati codices, Gr. et Par. F. sed dativum præter reliquos libros confirmat auctor libri de syntaxi p. 578. Anecdot. Bekker. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 131. Horum similia sunt ea, in quibus Dionysius II. 62. a librorum scriptura dissentit. Unde colligimus, ubicunque ille criticus in minutiis ad universam ejus disputationem nihil pertinentibus aliam, quam quæ sit in optimis codicibus, lectionem sequatur, eum, nisi ipse depravatus sit, vel memoria lapsum esse, vel consulto quædam mutasse. Male igitur factum, quod III. 81. inde a Wassio e Dionysio p. 884. editum est Κατέγνωσαν ἁπάντων θάνατον pro eo, quod omnes codices exhibent, πάντων. In eodem capite pro παρέμεινεν, οἱ Κερκυραῖοι e plerisque omnibus libris legendum παρέμεινε, Κερκ. et sequenti capite Πάντων δ' αὐτῶν αἴτιον ἀρχὴ omisso articulo, quamvis Dionysius p. 884. et 894. vulgares lectiones tueatur. Atque huc pertinent fere omnia, quæ ad dialectum Thucydidis, usum apostrophi, articuli, particularum et similia spectant. Est etiam ubi Dionysius vel in corruptos codices incidisse vel Thucydidi injuriam fecisse videatur. Etenim masculina, feminina atque neutra a scriptore nostro confundi demonstraturus, p. 799. affert hæc verba, Ὥστε εἰ μὴ δυναστείᾳ μᾶλλον ἢ ἰσονομίᾳ ἐχρῶντο τῷ ἐπιχωρίῳ οἱ Θεσσαλοί, et subjicit, scribendum fuisse τῇ ἐπιχωρίῳ. Ibi vero τῷ ἐπιχωρίῳ prorsus barbarum esset, unde omnes Thucydidis codices præbent τὸ ἐγχώριον, IV. 78. Denique interdum accidit, ut Dionysius a VV. DD. laudaretur ad eas lectiones stabiliendas, quarum apud eum non est vestigium. Ita I. 1. Σαφῶς

* Ejusmodi autem scriptorem audere in gravissimum historicum invehi, cui non indignum videbitur? Sed quam puerilia sunt crimina, quæ in eum confert! Nam incommodum argumentum ab eo electum esse scribit, quoniam bellum Peloponnesiacum non geri, sin minus, oblivioni tradi oportuerit (Compar. Herodot. et Thucyd. p. 767.) eumque vituperat, quod belli historiam ad exitum non perduxerit, ejusque causas ab Atheniensibus repetierit (ib. p. 769. et de Thucyd. histor. judic. p. 830. sqq.) Quibus non multum meliora sunt pleraque omnia, quæ Thucydidi vitio vertit, ut, quomodo iniquissimus censor diu pro summo critico haberi potuerit, equidem non intelligam. Quanquam quodammodo eo excusari potest Dionysius, quod Thucydidis historiæ ea est indoles, quæ Græcorum plerorumque et sentiendi et judicandi ratione longe superior sit. Cf. Creuzer de Herod. et Thuc. p. 86. sqq. Ars histor. Gr. p. 208. et p. 265. sqq.

μὲν εὑρεῖν διὰ χρόνου πλῆθος ἀδύνατα ἦν illud ἀδύνατα dicunt apud Dionysium exstare, quod nusquam invenire potui, sed pro eo ter vidi ἀδύνατον, p. 164. 858. 871. Quod quum etiam in plurimis et optimis Thucydidis libris legatur (nam ἀδύνατα enotant e corruptis Ar. Chr. Mosqu.) jure mutatum esse non existimaverim. Quos enim laudarunt grammaticos, quibus addi possunt Phot. Lexic. p. 47. Zonar. Lexic. p. 969. Bekker. Anecd. p. 342. ii nihil probant, qui non hæc ipsa verba afferant, sed nonnisi hoc dicant, Thucydidem delectari formula ἀδύνατα εἶναι. Quod si ita intelligamus, ut eam frequenter apud hunc scriptorem legi putemus, verissimum est cl. I. 59. 125. II. 72. 74. III. 88. al. sin alterum nusquam ab eo usurpatum esse statueremus, falleremur, cl. III. 37. 42. 43. In majorem etiam errorem incidit Bredovius, qui III. 81. in verbis Ἐκ τῶν νεῶν, ὅσους ἔπεισαν ἐσβῆναι, ἐκβιβάζοντες, ἀπεχώρησαν, pro postremo vocabulo apud Dionysium ἀπεχρῶντο inveniri scriberet. Etenim quum Dionysium ipse non inspexisset, in Lipsiensi autem editione hanc notam vidisset: "Ἀνεχώρησαν· ἐς τὸ Ἡραῖόν τε Dion. Halic. Ἀπεχρῶντο· ἐς τὸ Ἡρ. Cl. in marg." nomen Dionysii ad posteriorem lectionem pertinere falso credidit, quum ad ἀνεχώρησαν referendum sit. Cf. p. 884. Neque ad scripturam ἀπεχρῶντο confirmandam multum probant lexicographi (v. præter eos, qui jam ab aliis laudati sunt, Zonar. Lexic. p. 211. et 261. Bekker. Anecd. p. 399. et 423.) qui quum nihil aliud tradant, quam ἀπεχρῶντο vel ἀπεχρήσαντο Thucydidi significare ἀνῄρουν s. ἀπέκτειναν, incertum est, utrum ad hunc, an ad alium locum respexerint. Cf. quæ a VV. DD. disputata sunt ad I. 126.* Codices si consulimus, ἀπεχρῶντο nonnisi in Cl. et Aug. in marg. atque in Par. E. s. l. al. m. scriptum est. Præterea hæc scriptura quamvis ad sensum optima, nimis tamen correctionem sapit, ut vel ex ratione intelligitur qua in tribus illis codicibus apposita est. In ea autem lectione, quæ in textu omnium codicum atque cum levi, quam diximus, mutatione etiam apud Dionysium reperitur, Heilmannus verbum ἐκβιβάζειν ita intellexisse videtur, ut significet in loco deserto exponere, Kistemakerus autem eo denotari voluit in mare ejicere. Sed neutrum inest in hoc verbo, quod, simpliciter positum, ubi oppositum habet ἐσβῆναι ἐς τὰς ναῦς, nihil aliud denotare potest, quam curare, ut qui naves conscenderunt, ex iis egrediantur. Quod si est, mirum videbitur, non narrari, quid de his hominibus factum sit, sed potius Corcyræos dici ἀποχωρῆσαι vel ἀναχωρῆσαι, quæ notio propter ea, quæ proxime leguntur, admitti vix potest. Latet igitur hic vitium, de quo quum consuluissem Hermannum, mecum communicavit lenissimam conjecturam ἀπεχώρισαν.

* Neque negligendum, de quo monuit Piersonus ad Mœr. p. 333. Thucydidem apud lexicographos interdum pro Thugenide aliisque scriptoribus commemorari.

Cap. 3.

De antiquorum monumentorum ratione inter se atque auctoritate. Prima codicum familia, Arundelianus, cod. Collegii Corporis Christi, Danicus, Mosquensis, Parisinus E. Structura πρὸς τὸ σημαινόμενον. Particula γὰρ duabus sententiis, quæ se proxime excipiunt, addita. Ἢν cum optativo et participio. Apodosis ubinam omittatur. Negatio quibusnam in locis ad duas voces referatur. De vv. δεύτερος et ἕτερος. Transitus a singulari ad pluralem. Lectiones hujus codicum familiæ, quæ vel in vulgata exemplaria receptæ vel a VV. DD. commendatæ sunt, rejiciuntur.

Secundum critici officium hoc esse diximus, ut inquirat, quænam codicum aliorumque subsidiorum, quibus ad vitia removenda uti licet, sit auctoritas. Satis enim ab aliis jam monitum est, codices non solum numerandos, sed etiam ponderandos esse. Quocirca primum videndum est, an forte plures eorum ex uno fonte manaverint, ideoque familiæ quædam veterum librorum constituantur, et quænam harum familiarum sit ratio inter ipsas atque nexus. Deinde vero etiam, quid singulorum codicum proprium sit, examinandum est. Sed de his omnibus nondum quisquam editorum Thucydidis serio cogitavit; quod quantum impediverit, quo minus historia ejus emendatior prodiret, mox apparebit.

Quæ vero nos in hoc genere observavi-

mus, eorum primum hoc est, tres codices, Arundelianum, codicem Collegii Corporis Christi et Danicum, ex uno, eoque corrupto, antiquo libro descriptos esse. Quod vel ita factum cogitetur, ut antiquus ille codex tribus librariis, quorum exemplaria supersunt, ante oculos esset, vel etiam trium istorum codicum alius ex alio ductus esse potest. Quorum utrum verum sit, definire neque volo neque possum. Sed ut arctissimum horum codicum nexum esse probem, afferam exempla quædam, in quibus et ubique consentiunt, et vel soli vel nonnisi uno alterove libro assentiente, qua de re paulo post exponetur, aliam, eamque deteriorem, lectionem exhibent. Ii enim loci, in quibus plures alii codices ab eorum partibus stant, omittendi sunt, quod ex his communis illorum origo aperte colligi non potest.

I. 34. Ἢν δὲ λέγωσιν, ὡς οὐ δίκαιον τοὺς σφετέρους ἀποίκους ὑμᾶς δέχεσθαι, μαθέτωσαν, ὡς πᾶσα ἀποικία, εὖ μὲν πάσχουσα, τιμᾷ τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη δέ, ἀλλοτριοῦται· οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὅμοιοι τοῖς λειπομένοις εἶναι, ἐκπέμπονται. Ar. Chr. Dan. (Mosqu.) ἐκπέμπεται, ex importuna correctione. Frequentissimus est enim transitus ab urbibus ad earum cives, a navibus ad nautas, et quæ hujus generis sunt alia. I. 7. Τῶν πόλεων ὅσαι μὲν νεώτατα ᾠκίσθησαν, —— ἐπ' αὐτοῖς τοῖς αἰγιαλοῖς τείχεσιν ἐκτίζοντο, καὶ τοὺς ἰσθμοὺς ἀπελάμβανον, ἐμπορίας τε ἕνεκα, καὶ τῆς πρὸς τοὺς προσοίκους ἕκαστοι ἰσχύος· αἱ δὲ παλαιαὶ διὰ τὴν λῃστείαν — ἀπὸ θαλάσσης μᾶλλον ᾠκίσθησαν, αἵ τε ἐν ταῖς νήσοις καὶ ἐν ταῖς ἠπείροις· (ἔφερον γὰρ ἀλλήλους τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι κάτω ᾤκουν·) καὶ μέχρι τοῦδε ἔτι ἀνῳκισμένοι εἰσίν. Ubi Wyttenbachius (Eclogg. historr. p. 361.) qui verba ἔφερον — κάτω ᾤκουν in parenthesin redigenda esse recte monuit (nam grammaticæ repugnat et vulgata horum verborum interpretatio, et multo magis nova versio, quam Gailius exhibuit,) pro ἕκαστοι et ἀνῳκισμένοι præter necessitatem femininas formas reponi voluit. I. 136. Φεύγει ἐς Κέρκυραν, ὢν αὐτῶν εὐεργέτης. Cf. ibi Gottl. III. 2. Λέσβος ἀπέστη — βουληθέντες — ἀναγκασθέντες. Add. III. 5. III. 79. Ἐπὶ τὴν πόλιν οὐδὲν μᾶλλον ἐπέπλεον, καίπερ ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ φόβῳ ὄντας, quæ verba laudat Gregorius Corinth. p. 71. ut doceat, Atticis in usu esse μὴ ἀποδιδόναι τὴν σύνταξιν πρὸς τὴν φωνήν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον. V. ibi Bast. et Dorvill. ad Charit. p. 415. edit. Lips. Unde I. 31. in verbis Οἱ δὲ Κορίνθιοι, πυθόμενοι ταῦτα, ἦλθον καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρεσβευσόμενοι, ὅπως μὴ σφίσι πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ [καὶ] τὸ αὐτῶν προσγενόμενον, ἐμπόδιον γένηται θέσθαι τὸν πόλεμον, ᾗ βούλονται, quamvis in plerisque libris legatur τὸ Ἀττικόν, quod prætulit Benedictus, equidem tamen cum Stephano vulgatam retinuerim, ne interpretamentum probasse videar. De navibus et nautis confusis cf. si placet, I. 110. II. 83. fin. (ubi vid. Duck.) II. 91. Herodot. VI. 5. et sæpius.

I. 42. Ἀξιοῦτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι. Ar. Chr. Dan. (Mosqu. Par. F.) ἀμείβεσθαι, ex interpretamento. Cf. præter scholiastam et eos, qui ab interpretibus laudati sunt, Zonar. Lexic. p. 160. et ibi Tittmann.

II. 7. Ar. Chr. Dan. cum Mosqu. præbent scripturam a Gottlebero receptam Λακεδαιμόνιοι pro Λακεδαιμονίοις, quod Λακεδαιμόνιοι falsum esse alibi declarabimus.

II. 10. Ξυγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς τῶν πόλεων πασῶν καὶ τοὺς μάλιστα ἐν τέλει καὶ ἀξιολογωτάτους παρεῖναι. Ar. Chr. Dan. pro ἀξιολογωτάτους scribunt ἀξιοτάτους, quod a correctoribus profectum esse ipsa forma ἀξιότατος, quæ analogiæ repugnat, ideoque in Vind. in ἀξιώτατος mutata est, docet.* Infinitivum παρεῖναι ibi ad ξυγκαλέσας referendum esse jam alii intellexerunt, frustra repugnante Bavero. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 568. Vides igitur, quo jure scriptura ἀξιωτάτους a Benedicto sit prælata.

II. 11. Ἕπεσθ' ὅποι ἄν τις ἡγῆται. Ad τὶς tres isti codices soli addunt στρατηγός, quod ex hoc scholio profectum est, Ὅπη ἄν τις ἡγῆται] στρατηγὸς δηλονότι.

II. 12. Ἀποπέμπουσιν οὖν αὐτὸν πρὶν ἀκοῦσαι, καὶ ἐκέλευον ἐκτὸς ὅρων εἶναι αὐθημερόν. Iidem cum Par. E. post ἐκέλευον addunt αὐτόν, ex interpretamento.

II. 43. Οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ etc. Ar. Chr. Dan. E. ἢ ἐν ᾧ, e correctione.

---

* Cujus generis formas ab analogia recedentes plures deprehendes in vulgatis Thucydidis exemplaribus. Ut IV. 62. ἀκινδυνωτέρας et 92. ἐπικινδυνωτέραν, quorum utrumque per ο scribendum erat. Cf. Schæf. Melett. critt. p. 9.

III. 2. Τενέδιοι γάρ. Ar. Chr. Dan. soli Τενέδιοι δέ. Librarii enim quum his verbis causam proxime præcedentium ἐπέμενον τελεσθῆναι καὶ ἀφικέσθαι contineri non posse intellexissent, particulam γάρ hic falsam esse existimarunt. Sed non perspexerunt totius loci nexum. Thucydides enim dixerat, Mitylenæos* ab Atheniensibus prius defecisse, quam in animo habuissent. Quæ sententia duplici illustratione egebat. Nam et cur Mitylenæi, quamvis jam diu defectionem machinati, eam adhuc differre voluissent, et quomodo inviti ad eam maturandam adducti essent, exponendum erat. Illud fit verbis Τῶν τε γὰρ λιμένων — μεταπεμπόμενοι ἦσαν, hoc verbis Τενέδιοι γάρ sqq. ita ut repetita particula γάρ hæc duo membra non inter se, sed cum primaria sententia, connectantur. Similis nostri est locus I. 40. ubi postquam dictum est, Δίκαιοί ἐστε τὸν νόμον μὴ καθιστάναι, ὥστε τοὺς ἑτέρων ἀφισταμένους δέχεσθαι, hujus sententiæ duæ afferuntur causæ, Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς — κολάζειν et Εἰ γὰρ — θήσετε, quarum utrique particulam γάρ præfixam videmus. Adde I. 91. Περὶ αὐτῶν ὁ Θεμιστοκλῆς τοῖς Ἀθηναίοις κρύφα πέμπει, κελεύων ὡς ἥκιστα ἐπιφανῶς κατασχεῖν, ἕως ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν. ἤδη γὰρ καὶ ἧκον αὐτῷ οἱ ξυμπρέσβεις, ἀγγέλλοντες ἔχειν ἱκανῶς τὸ τεῖχος. ἐφοβεῖτο γάρ, μὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι σφᾶς οὐκέτι ἀφῶσιν. Ubi primum explicatur pronomen αὐτοί, deinde vero causa indicatur, cur Themistocles Lacedæmoniorum legatos Athenis retineri voluerit. Cf. Æsch. Agam. 559. sqq. quo in loco alterum γάρ male a nonnullis est sollicitatum, et ejusdem fabulæ v. 759. sqq. ubi quod alteri γάρ substituerunt δ' ἄρ, id ineptum esse jam monuit Herm. ad Vig. p. 846. Præivit hunc usum Homerus. Il. I. 78—80. et alibi. Sententiarum autem nexus plerumque planior erit, si alterum membrum in parenthesi positum esse existimaverimus.

III. 4. Τῶν τε διαβαλλόντων. Ar. Chr. Dan. cum Par. E. et I. addunt σφᾶς, ex interpretamento.

C. 12. Ar. et Dan. cum Vind. pro δεινῶν exhibent κινδύνων, qua voce sæpe illa altera explicatur.

13. Καιρὸς δὲ ὡς οὔπω πρότερον. Ar. Chr. Dan. οἷος pro ὡς, ex scioli correctione.

19. Μέχρι τοῦ Σανδίου λόφου. Ar. Chr. Dan. cum Par. C. F. Σαρδίου, quod fortassis præferendum putes, quum de Sandio colle nihil usquam legatur, sed e Mæandri campo* ad urbem Sardes facile pervenias, cujus regio est montuosa. Verum primum Thucydides non dixisset Σάρδιος, sed Σαρδιανός, qua forma Herodotus, Strabo, Stephanus Byz. utuntur. Deinde Athenienses si ad caput Lydiæ accessissent, regis Persarum agrum violassent, quod illo tempore ab iis factum esse minime est probabile. Vulgata igitur scriptura retinenda est.

23. Καὶ ἐτόξευόν τε καὶ ἐσηκόντιζον ἐς τὰ γυμνά. Ar. Chr. Dan. cum Vind. inculcant ἐντεῦθεν, quod e verbis Καὶ ἐντεῦθεν ἐτόξευόν τε καὶ ἠκόντιζον, quæ paulo ante leguntur, repetitum est.

Vel hæc exempla clarum, opinor, facient, quod qui accuratius indagare voluerit, per omnem Thucydidis historiam confirmatum videbit, tres istos codices ex uno vetere libro originem duxisse. Quod si hic illic inveniantur, in quibus a se dissentiant, hæc et pauca sunt, si cum innumerabilibus locis comparantur, in quibus summus etiam levissimis in rebus eorum est consensus, neque mira videri possunt, quum in describendo librarius alius aliter peccet. Ex quibus disputatis sequitur, horum trium codicum haud majorem fere auctoritatem esse posse quam unius. Sed etiam unus codex interdum pluribus præferri potest, si magna ejus sit præstantia. Verum eum, qui fons est, ex quo Ar. Chr. Dan. fluxerunt, tam refertum vidimus interpretamentis, correctionibus et cujusvis generis vitiis, ut corruptissimus dicendus sit. Unde sequitur, sicubi scriptura in his libris reperiatur per se quidem satis elegans, sed in nullo alio codice conspicua, eam sine hæstitatione rejiciendam esse, quamdiu vulgata ullo modo ferri possit. Quod valet ad judicium de multis locis

* In hoc nomine scribenda a vulgata ratione recedere noluimus, licet scriptura Μυτιλένη nobis quidem verior videatur. Cf. Ducker, ad III. 26. et quos ibi laudat.

* Vulgatus interpres: "Ex Myunte per Mæandrum Cariæ campum;" sed in Græcis est "e Cariæ urbe Myunte per Mæandri campum," de quo campo cf. Strabo p. 959. ed. Almel.

regendum, ex quibus duo, qui proxime a nobis tractabuntur, haud dubie difficillimi sunt.

III. 44. Ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτούς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον· ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο.* In his non omnia sana esse inde manifestum est, quod ἤν cum optativo, nisi forte in oratione obliqua (cf. Herm. ad Vig. p. 822.), conjungi non potest. (Add. Æl. Herod. p. 433. editionis Mœridis a Piersono curatæ. Lib. de synt. p. 144. t. I. Anecd. Bekker.†) Sed vulgata tamen magnam a Thoma Mag. habet auctoritatem, qui hæc verba p. 267. eo ipso consilio laudat, ut ἤν cum optativo strui posse probet. Quem Atticistam Hermannus olim in Diss. de præcept. quibusd. Atticist. p. XVI. vitiosos codices secutum esse dixit, atque e Thucydidis libris εἴ τε reponi voluit. Sed illud εἰ non exstat in aliis codicibus quam in Ar. Chr. Dan. Mosqu.; præstantiores omnes retinent ἤν. Illud εἰ igitur correctoribus deberi quum Hermannum diu latere non posset, in recentissima Vigeri editione l. l. hac sententia relicta locum interpunctione mutata ita constituit, ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης, εἶεν. Jam sunt quidem etiam in hac ratione, quæ dubitationem moveant. Primum enim ἤν cum participio pro verbo finito conjunctum neque a Thucydide alibi usurpatum esse memini, et nescio an omnino a prosæ orationis scriptoribus alienum sit. Nam in poetis sane talia legentur, ut Æsch. Agam. 424. Εὖτ᾽ ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν. Cf. Herm. ad Soph. Ajac. p. 370. ed. Lobeck. Seidl. ad Eurip. Electr. 533. Huc etiam retuli Pind. Olymp. II. 102. Εἰ δέ μιν ἔχων τις (ita enim ibi reponendum esse, ex iis, quæ Bœckhius in Nott. critt. p. 356. e codd. enotavit, mihi certissimum est), antequam Hermannus monuisset, ibi jungendum esse εἰ ἔχων τις οἶδεν τὸ μέλλον, ut apodosis prorsus suppressa cogitetur. Sed in prosa vereor ut εἰ et ἤν cum participio admittantur. Quamvis in Thucydide, qui interdum insolentius loquitur, ejusmodi dictionem facilius ferrem, vel etiam ἔχοντες in ἔχοντας mutari posse putarem, nisi aliud etiam male me haberet. Etenim illud εἶεν, e s t o, vix aliter intelligi posse arbitror quam "habeant illam veniam;" quod tamen neque voluit Hermannus, et ab hac orationis serie alienum est. Sed si hæc ratio nondum prorsus mihi satisfacit, vulgata multo minus ferri potest; nam et ἤν εἶεν solœcum est, et desideratur apodosis. At, dices, apodosis nonne sæpius omittitur? Fit id quidem, sed hic usus habet certos quosdam limites. Non loquimur hic de iis periodis, in quibus scriptor ob interjectarum sententiarum longitudinem a cœpta verborum structura prorsus aberravit. E reliquis hujus omissionis exemplis notissima sunt ea, in quibus in formula εἰ μὲν — εἰ δὲ μή prioris membri apodosis suppressa est. Qualia quum etiam in Thucydide legantur, post ea, quæ ad Gregor. Corinth. p. 47. sqq. et ad Lambert. Bos. p. 803. sqq. a viris doctis disputata sunt, afferre supervacaneum est. Sed etiam alibi, ubi duæ sententiæ sibi oppositæ sunt, prior apodosis nonnunquam omittitur. Quam in rem laudabo locum a plerisque male intellectum II. 21. Ἀθηναῖοι, μέχρι μὲν οὗ περὶ Ἐλευσῖνα καὶ τὸ Θριάσιον πεδίον ὁ στρατὸς ἦν, καί τινα ἐλπίδα εἶχον, ἐς τὸ ἐγγυτέρω αὐτοὺς μὴ προϊέναι——ἐπειδὴ δὲ περὶ Ἀχαρνὰς εἶδον τὸν στρατὸν ἑξήκοντα σταδίους τῆς πόλεως ἀπέχοντα, οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο. Ubi verborum μέχρι οὗ — στρατὸς ἦν apodosin vulgo invenerunt in ἐλπίδα εἶχον — προϊέναι. Sed et displicet ita particula καί, neque recte sibi opponuntur verba ἐλπίδα εἶχον ἐς τὸ ἐγγυτέρω αὐτοὺς μὴ προϊέναι et οὐκέτι ἀνα-

* [Valla: "Neque eis, si nocentes plane asserere volo, idcirco vitam adimi jubebo: neque, si qua venia d i g n o s, idcirco veniam dari, nisi constiterit idem civitati conducere." (E quibus verba "idcirco veniam dari", in Stephani saltem editione, aliis literis scripta sunt.) Hujus versionis auctoritate permoti, quod supra nonnisi obiter diximus, pro ἔχοντες fortassis legi posse ἔχοντας, id nunc solum probamus deleto εἶεν. Prior enim corrector illud ἔχοντας, quod fortasse in ἔχοντες transierat, per ἔχοντες εἶεν explicuisse; alter vero, cujus manus in depravatis libris deprehenditur, quum ἤν — εἶεν solœcum esse intellexisset, εἰ substituisse existimandus est. *Ex Addend.*]

† Aliter tamen visum est Schæfero Melett. critt. p. 87. Ex Thucydidis editoribus solus Gailius Observv. in Thuc. p. 191. aliquid de hac structura adscripsit, sed, ut sæpe facit, hallucinatus est.

σχετὸν ἐποιοῦντο. Quamobrem equidem in superiori membro apodosin omnino omissam arbitror e vv. οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο supplendam, quod jam Heilmanno in mentem venit. Unde etiam in verbis post προϊέναι adjectis nonnulla mutanda sunt. Post προελθών enim minus plene interpungendum, et verba διὸ δή (ita enim pro δέ e codd. rescribendum) usque ad ἀναχώρησιν parentheseos signis includenda. Verum ubi ex duabus sententiis sibi oppositis posterior apodosi careat, exemplum frustra quæsivi. Quæ quum ita sint, quid de verbis III. 44. statuendum sit, quodammodo adhuc fluctuo.

Benedictus de iis mentionem omnino non injecit, quod sæpius factum animadverti in locis difficilioribus. Ita in vexatissimis verbis, quæ statim subjungemus, quippe in quibus Ar. Chr. Dan. scriptura ei, qui horum codicum naturam non noverit, multo etiam magis probanda esse videatur, III. 49. Καὶ τριήρη ἄλλην ἀπέστελλον κατὰ σπουδήν, ὅπως μή, φθασάσης τῆς δευτέρας, εὕρωσι διεφθαρμένην τὴν πόλιν. προεῖχε δὲ ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτὶ μάλιστα, nihil aliud monuit quam particulam τέ, quæ a quatuordecim codd. ignoretur, delendam esse. Nexus horum verborum hic est. Athenienses quum omnes Mitylenæos, qui puberes essent, interficiendos decrevissent, miserunt triremem ad Pachetem, quæ populi decretum ad eum perferret. Cf. c. 36. Postea vero quam eos hujus consilii pœnituerat, aliam triremem celeriter ablegarunt, ne, si prior illa anteyertisset, urbem exstinctam offenderent. Sed pro eo hic prorsus contrarium legi videtur, quum scriptum exstet φθασάσης τῆς δευτέρας. Verum Ar. Chr. Dan. exhibent τῆς ἑτέρας, quod prætulit Kistemakerus. At hæc scriptura, jam per se correctioni simillima, propter illos ipsos codices, quibus nititur, non potest non maxime suspecta esse. Argumentum tamen pro ea aliquis inde repetat, quod alia etiam in libris reperitur lectionis discrepantia. In marg. enim Cl. adscriptum est, τῆς προτέρας, idemque ex Par. D. et I. enotatum est, quum in F. utrumque, et δευτέρας et προτέρας, inveniatur. Præterea προτέρας a Valla etiam agnosci Stephanus dixit, quod tamen falsum esse mox videbimus. Jam illud προτέρας quidem nemo probabit, qui vel levem rei criticæ peritiam habeat; apertum est enim, et vel ex ratione, qua hæc lectio in Cl. et F. adscripta est, nec minus ex natura codicum D. et I., de qua alibi dissereturm, intelligi potest, librarios vulgata offensos ei substituisse, quod ad sensum requiri putabant. Sed, ut diximus, hac scriptura aliquis utatur ad τῆς ἑτέρας defendendum, contendens, quod a Thucydide positum sit τῆς ἑτέρας, id ab aliis per προτέρας, ab aliis per δευτέρας expositum esse. Verum jure potest responderi, nemini, qui τῆς ἑτέρας in libro suo invenisset, in mentem venire potuisse, ut id interpretaretur per δευτέρας, sed omnes id de priori nave intellecturos fuisse. Præterea δεύτερος non est ejusmodi vocabulum, quo explicationis causa utantur scholiastæ. Externa igitur argumenta si spectamus, dubitari non potest, quin τῆς δευτέρας unice vera sit lectio. Invenitur enim in plurimis et præstantissimis codicibus, est difficillima, et ita comparata, ut, nisi ab ipso scriptore profecta sit, plane non intelligatur, quomodo unquam oriri potuerit. Videndum est igitur, an etiam ad sensum ferri queat. Ac tribus quidem modis defensa est a VV. DD. Incipiamus a Bredovio, qui hanc proposuit vernaculam interpretationem: "*Damit sie die Stadt unzerstört fänden, wenn das zweite Schiff dem ersten zuvorkäme.*" Sed μή quum statim post ὅπως positum sit, ad universam sententiam referatur necesse est, neque cum διεφθαρμένην in unam notionem conjungi potest. Secunda est Stephani interpretatio, qui μή bis cogitari voluit, ut et ad εὕρωσιν et ad φθασάσης pertineret. Atque ita haud dubie locum intellexit Valla, cujus hæc est versio: "Mittunt itaque aliam e vestigio triremem, ne forte non assecuta hæc priorem, quæ uno ferme die et nocte præcesserat, exstinctam offenderet civitatem." Quum enim dicat "non assecuta hæc priorem," non pro δευτέρας legit προτέρας, sed μή etiam cum φθασάσης conjunxit, et cogitatione supplevit τὴν προτέραν. Quæ ratio mihi aliquamdiu non displicebat. Etenim ubi verbo finito additum est participium, atque tum illud tum hoc negationem adjunctam habet, eam interdum nonnisi semel exprimi putabam propter locos hos. I. 12. Ἐπεὶ καὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ κατῳκίζετο (ita enim scribo pro μετῳκίζετο, qua de re alibi dicetur), ὥστε μὴ ἡσυχάσασα αὐξηθῆναι, i. e. ὥστε, μὴ ἡσυχάσασα, μὴ αὐξηθῆναι, vel ὥστε μὴ ἡσυχάσαι μηδ'

οὖν αὐξηθῆναι. I. 141. Μάχῃ μὲν μιᾷ πρὸς ἅπαντας Ἕλληνάς δυνατοὶ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἀντισχεῖν, πολεμεῖν δὲ μὴ πρὸς ὁμοίαν παρασκευὴν* ἀδύνατοι, ὅταν μήτε βουλευτηρίῳ ἑνὶ χρώμενοι, παραχρῆμά τι ὀξέως ἐπιτελῶσι, πάντες τε ἰσόψηφοι ὄντες, καὶ οὐχ ὁμόφυλοι, τὸ ἐφ' ἑαυτῶν (pro vulgato ἑαυτόν. Cf. I. 17. Vig. p. 613. 614. 859. et Matth. Gr. Gr. p. 856.) ἕκαστος σπεύδῃ, ubi negatio in μήτε et ad χρώμενοι et ad ἐπιτελῶσι referenda est. IV. 126. Οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινὰ χώραν βιαζόμενοι, ἥ τε φυγὴ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτῶν, ἴσην ἔχουσα δόξαν τοῦ καλοῦ, ἀνεξέλεγκτον καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἔχει. III. 11. Τὸ ἀντίπαλον δέος μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν· ὁ γὰρ παραβαίνειν τι βουλόμενος, τὸ μὴ προέχων ἂν ἐπελθεῖν ἀποτρέπεται, ubi vulgata si sana esset, hanc requireret interpretationem: Opus est, ut socii potentia pares sint; qui enim aliquid præter jus facere vult, si non eminet (viribus præpollet), prohibetur, quo minus id aggredi possit (ἂν ἐπελθεῖν). Nam τὸ μὴ ἐπελθεῖν ἀποτρέπεται ita dictum esset ut III. 1. Τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν, ubi Levesquius temere deleturus erat articulum.† Cf. Matth. Gr. Gr. p. 781. et Gregor. Corinth. qui hunc locum laudat p. 33. Sed in tribus ex his exemplis participia et ad idem subjectum referuntur, quocum verbum finitum cohæret, et instar adverbiorum sunt. Quartum autem locum nobis eripuit Hermannus cum tribus codd. Reg. Cass. Gr. consentiente Reiskio, scribens τῷ hoc sensu: "deterretur eo, quod non potest ut superior rem aggredi." Cap. autem 49. eum, quem Stephanus ibi invenit, particulæ μή usum vel ideo vix feras, quod verba per se etiam aliam interpretationem et admittant et fere flagitent. Deinde non minor difficultas in eo est posita, quod statim subjiciuntur verba προεῖχε δὲ ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ μάλιστα, in quibus προεῖχε pertinet ad priorem triremem, quæ tamen hic nusquam commemorata videtur. Unde Gailius sensit v. δεύτερος aliter esse explicandum. Sed mirum est quod scribit: "Disons que δεύτερος se prend dans un sens dont je crois l'indication d'autant plus utile, que le savant Hermann l'omet dans sa nouvelle édition des idiotismes de Viger. Δεύτερος signifiera donc quelquefois l e p r e m i e r, l' a n t é r i e u r, ou simplement l' a u t r e." Igitur unum idemque vocabulum modo significat secundum, modo primum! Graviter scilicet reprehendendus est Hermannus, quod hanc u t i l e m (!) observationem ne in eam quidem, quæ post Gailii Thucydidem prodiit, Vigeri editionem recepit! Ne hoc quidem, quod Gailius addit, δεύτερος etiam simpliciter Gallico l' a u t r e interdum respondere, verum esse potest, si eo modo accipiatur, quo iste intelligi voluit. Provocat enim ad Pind. Olymp. I. 69. ubi, postquam Pelops dictus est a Neptuno raptus atque in Jovis domum traductus esse, subjungitur:

Ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
Ἦλθε καὶ Γανυμήδης.

Quo in loco quum scholiastæ multas turbas movissent, Ganymedem Pelope priorem fuisse dicentes, Heynius δευτέρῳ χρόνῳ positum esse voluit pro ἄλλῳ χρόνῳ, quod satis refutavit Bœckhius, quem vide in Notis criticis p. 346. Δεύτερος enim nonnisi ibi usurpari potest, ubi de duobus sermo est, ideoque non cum ἄλλος, sed cum ἕτερος cohæret, a quo tamen ita differt, ut ἕτερος unum ex duobus significet sine ulla vel temporis vel ordinis sive dignitatis notatione, unde unus ille et prior et posterior esse potest, δεύτερος autem nonnisi de posteriore plerumque dicatur. Hic tamen Thucydidem illo δεύτερος prorsus ita, ut alibi ἕτερος invenitur, usum esse existimaveris. Quæ loquendi ratio mira quidem est, et digna, quæ taxetur, quum obscuritati ansam det; sed ei tamen viro, cujus summa est in his literis auctoritas, Hermanno, ferri posse videtur, quamvis exempla non habeam, quibus hunc vocis usum confirmem. Laudari tamen possunt Phavorini verba p. 197. ed. Ven. Δεύτερον ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τά-

* Pro πρὸς παρασκευὴν μὴ ὁμοίαν s. ἀνομοίαν. I. 91. Οὐ γὰρ οἷόν τ' εἶναι, μὴ ἀπὸ ἀντιπάλου παρασκευῆς ὅμοιόν τι ἢ ἴσον ἐς τὸ κοινὸν βουλεύεσθαι. III. 57. Εἰ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα. III. 67. Ἃς (τὰς ἀρετὰς) χρὴ τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐπικούρους εἶναι, τοῖς δὲ αἰσχρόν τι δρῶσι, διπλασίας ζημίας, ὅτι οὐκ ἐκ προσηκόντων ἁμαρτάνουσιν. Hoc exemplum laudat etiam Abreschius Dilucidd. Thucydd. p. 326. sed quos ibi addit locos, ii negationis transpositionem minime probant.

† [De τὸ μή cum infinitivo post verba prohibendi et arcendi cf. Schneid. ad Xenoph. Cyrop. I. 6. 36. *Ex Addend.*]

ξεως λέγεται, ἐνίοτε (lege ἐνίοτε δ') ἐπὶ ἀριθμήσεως. Sed quum de δεύτερος atque ἕτερος disputaverimus, statim locum addere placet, in quo ἕτερος vulgatam et scripturam et interpretationem falsam esse arguit. Nam IV. 25. Syracusani atque socii cum Atheniensibus et Rheginis navali prœlio dicuntur certasse, sed victi in castra se recepisse, una navi amissa (μίαν ναῦν ἀπολέσαντες).* Paulo post Syracusanorum et sociorum naves ad Peloridem collectæ in statione erant. Quas quum Athenienses vacuas vidissent, impetu facto unam navem hostibus perdiderunt (μίαν ναῦν αὐτοῖς ἀπώλεσαν). Sequuntur hæc. Καὶ μετὰ τοῦτο τῶν Συρακουσίων ἐμβάντων (vel ἐσβάντων, quorum utrumque Thucydidis esse affirmat Thomas Mag. p. 369.) ἐς τὰς ναῦς, καὶ παραπλεόντων ἀπὸ κάλω ἐς τὴν Μεσσήνην, αὖθις προσβαλόντες οἱ Ἀθηναῖοι, ἀποσιμωσάντων ἐκείνων καὶ προεμβαλόντων, ἑτέραν ναῦν ἀπολλύουσιν. Ubi Portus vertit "Athenienses alteram navem amiserunt." Sed quomodo ii alteram navem amisisse dicantur, quos nondum legimus neque legemus una privatos esse? Heilmannus igitur verbo ἀπολλύναι alteram notionem tribuit, ut sit p e r d e r e s. c o r r u m p e r e. ("*Sie richteten noch ein Schiff zu Grunde.*") Sed primum ne ita quidem recte dixeris ἑτέραν, quum Syracusani ex hac interpretatione tres naves amisissent. Deinde repugnant quæ statim subjiciuntur, Καὶ ἐν τῷ παράπλῳ καὶ τῇ ναυμαχίᾳ τοιουτοτρόπῳ γενομένῃ οὐκ ἔλασσον ἔχοντες οἱ Συρακούσιοι, παρεκομίσθησαν ἐς τὸν ἐν τῇ Μεσσήνῃ λιμένα. Tum sanæ interpretationis regulis non convenit, si verbum ἀπολλύναι in eadem orationis serie bis explicemus c o r r u m p e r e, et semel (in initio capitis) a m i t t e r e. Denique difficultas inest in vv. Προσπλεύσαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Ῥηγῖνοι, ὁρῶντες τὰς ναῦς κενάς, ἐνέβαλον· καὶ χειρὶ σιδηρᾷ ἐπιβληθείσῃ μίαν ναῦν αὐτοῖς ἀπώλεσαν, τῶν ἀνδρῶν ἀποκολυμβησάντων. Quomodo enim, si naves erant vacuæ, κεναί, una earum corrumpi potuit τῶν ἀνδρῶν ἀποκολυμβησάντων? Lege igitur αὐτοὶ ἀπώλεσαν ex Reg. (Par. G.) Cl. Gr. D. E. F. et Valla, ut ἀπολλύναι ubique sit a m i t t e r e. Schol. Καὶ χειρὶ σιδηρᾷ ἐπιβληθείσῃ] δηλονότι ὑπὸ τῶν Συρακουσίων ἐπιβληθείσῃ Ἀττικῇ νηΐ. μίαν οὖν ἀπώλεσαν οἱ Ἀθηναῖοι. Quo spectat etiam scholion οἱ Ἀθηναῖοι δηλονότι, cui falso caput μίαν ναῦν ἀπολέσαντες præfixum est.

III. 51. Ἀπετείχιζε (Νικίας) καὶ τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου, ᾗ κατὰ γέφυραν διὰ τενάγους ἐπιβοήθεια ἦν τῇ νήσῳ, οὐ πολὺ διεχούσῃ τῆς ἠπείρου. ὡς δὲ τοῦτο ἐξειργάσαντο ἐν ἡμέραις ὀλί-

---

* Omnia verba sunt hæc. Νικηθέντες ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, διὰ τάχους ἀπέπλευσαν, ὡς ἕκαστοι ἔτυχον, ἐς τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα τότε, ἐν τῇ Μεσσήνῃ καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ μίαν ναῦν ἀπολέσαντες. Ubi τότε in fine positum vehementer languet, et mirum est, quod apud Messanam et Rhegium unam navem dicuntur amisisse. Kistemakerus igitur probante Benedicto ita interpungi jussit, ἀπέπλευσαν ἐς τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα, τότε ἐν τῇ Μεσσ. καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ, μίαν ναῦν ἀπολέσαντες. "in castra, quæ tum erant ad Messanam." Sed ita vel τότε ὄντα vel τὰ τότε dicendum erat. Scribe igitur divisim τό, τε ἐν τῇ Μεσσ. καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ, quod nunc video etiam Reiskio Animadvv. p. 36. in mentem venisse. In eo autem, quod articulus τό post καί non repetitus est, noli hærere. I. 7. Αἱ πόλεις αἵ τε ἐν ταῖς νήσοις καὶ ἐν ταῖς ἠπείροις. I. 54. Τά τε ναυάγια καὶ νεκρούς. Plat. Phædon. 36. Αἱ ἁρμονίαι αἵ τε ἐν τοῖς φθόγγοις καὶ ἐν τοῖς τῶν δημιουργῶν ἔργοις πᾶσι. [Conjecturam τό, τε repudiandam esse docuit nos unus ex iis, quibus familiarissime utimur. Nam primum a Syracusanis eorumque sociis non satis prudenter factum esset, si vicinis hostibus, a quibus jam victi erant, se separassent, atque aliæ naves Messanam, aliæ Rhegium abiissent; quod quum nondum cepissent, non poterant ibi in tuto loco in statione esse. Deinde quanquam cum Syracusanorum classe etiam Locrorum naves se conjunxerant (IV. 1.) has tamen una cum pedestribus copiis abiisse non probabile est, quum Thucydides hac de re nihil dicat, sed etiam in iis, quæ sequuntur, de Syracusanis eorumque sociis, prorsus ut antea, loquatur. Junge igitur, τότε ἐν τῇ Μεσσήνῃ καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ μίαν ναῦν ἀπολέσαντες, ut τότε pertineat ad ἀπολέσαντες, atque hæc pugna iis, quæ statim describuntur, opponatur. Quod autem apud Messanam et Rhegium unam navem amisisse dicuntur, in eo nihil est offensionis, quum verbis ἐν τῇ Μεσσήνῃ καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ nihil aliud significetur quam ἐν τῷ μεταξὺ Μεσσήνης καὶ Ῥηγίου. *Ex Addend.*]

γαις, ὕστερον δὴ καὶ ἐν τῇ νήσῳ τεῖχος ἐγκαταλιπὼν καὶ φρουράν, ἀνεχώρησε τῷ στρατῷ. Fr. Portus pro ἐξειργάσαντο legendum conjecit ἐξειργάσατο, atque ita scriptum est in Ar. Chr. Mosqu. Vind. Par. D. Sed non opus est hac correctione; ἐξειργάσαντο enim spectat ad eos, quibus hoc negotium a Nicia demandatum erat. Qui transitus a singulari ad pluralem et vicissim in similibus locis haud infrequens est. III. 112. Ὡς οὖν ἐνέπεσε (Δημοσθένης) τῷ στρατεύματι αὐτῶν, τρέπουσιν (οἱ αὐτοῦ στρατιῶται), καὶ τοὺς πολλοὺς διέφθειραν. III. 109. Κρύφα Δημοσθένης μετὰ τῶν ξυστρατηγῶν Ἀκαρνάνων σπένδονται Μαντινεῦσι — βουλόμενος.

Quemadmodum vero hi loci ita comparati sunt, ut Ar. Chr. Dan. scriptura facile ab aliquo perperam præferri potuisset, ita alibi hic error ab editoribus vere est commissus.

Sic I. 43. quum vulgo legatur Ἡμεῖς περιπεπτωκότες οἷς ἐν τῇ Λακεδαίμονι αὐτοὶ προείπομεν, τοὺς σφετέρους ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν, Gailius recepit αὐτὸν κολάζειν τινά, quæ est lectio Ar. Chr. Dan. et eorum, qui his partim non multum præstant, partim etiam deteriores sunt, Gr. Mosqu. Par. D. E. Reliqui tuentur vulgatam, quæ confirmatur c. 40. verbis Φανερῶς ἀντείπομεν, τοὺς προσήκοντας ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν.

I. 143. ex Ar. Chr. Dan. editum est ἅπασα ἡ ἄλλη Ἑλλάς, quum reliqui libri exhibeant πᾶσα, quod in eadem formula legitur, II. 8.

II. 37. ubi olim legebatur, Ὄνομα μέν, διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους, ἀλλ᾽ ἐς πλείονας οἰκεῖν, δημοκρατία κέκληται, Gottleberus ex istis codicibus, assentiente quodammodo Mosquensi, pro οἰκεῖν correxit ἥκειν. Sed οἰκεῖν eo sensu dici, ut sit administrari, docuit Schneiderus in Lex. Gr. s. h. v. Cf. Sturz. Lex. Xenoph. t. III. p. 248.

Idem Gottleberus ex iisdem codicibus II. 65. scripsit Ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς ἐς αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν pro ἐπ᾽ αὐτόν. Sed ἐπί non raro est contra. Schol. Ἐπ᾽ αὐτόν] κατ᾽ αὐτοῦ. Cf. Fisch. ad Vell. III. 1. p. 236.

Denique idem II. 80. recepit προστατεία, e bonis, quos vocat, codicibus, quos debebat potius pessimos dicere; sunt enim ii ipsi, quos notavimus. Revocanda igitur lectio προστασία, qua voce Thucydides jam supra usus est c. 65.

Ex iis, quæ hactenus disputavimus, nisi omnia nos fallunt, satis intelligi potest, tres, de quibus loquimur, codices et ex uno fonte fluxisse, et hunc fontem minime limpidum dici posse. Cum iis autem, ut vel ex locis, quos p. 52. sqq. adscripsimus, apparet, atque ab eo, qui accuratius in rem inquisiverit, clare perspicietur, sæpe consentiunt Mosquensis (quem quum Levesquius in præfatione versionis Gallicæ p. XXXIV. præcipue laudet, se ad ejus lectiones parum attendisse declarat) et Parisinus E. qui cum Ar. Chr. Dan. unam codicum familiam efficere existimandi sunt. Ad quam quidem familiam fortassis etiam pertinent Vindobonensis, quanquam de hoc incertior res est, et Grævianus (cf. I. 48. 49.) qui nonnisi raro meliores lectiones exhibet.

Quorum codicum omnium natura quum fugeret Benedictum, sæpe in errorem se induci passus est, quippe qui sex vel septem depravatos libros sufficere putaret ad scripturam commendandam, quæ nullo alio argumento confirmari potest. Etenim non solum probavit quod Gailius I. 43. edidit αὐτὸν κολάζειν τινά (v. supra,) sed etiam I. 59. restitui voluit τοπρῶτον pro τοπρότερον, et I. 64. Ὡς δὲ οὐδεὶς ἐπεξῄει ἐς τὴν μάχην pro ἐς μάχην, in quibus verbis articulus longe rectius omittitur, quum nihil aliud dicatur quam neminem ad pugnandum exire voluisse. Cf. II. 23. Ἐπειδὴ οὐκ ἐπεξῄεσαν αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι ἐς μάχην, unde etiam ipso Benedicto assentiente II. 13. in vv. ἔς τε τὴν μάχην μὴ ἐπεξιέναι articulus præeuntibus libris abjiciendus est. Add. IV. 44. et 68. Ejusdem generis est quod I. 135. ἠξίουν αὐτοὺς κολάζεσθαι αὐτόν probavit, — ubi passivam vel mediam formam vix ferri posse putamus, quamvis non immemores simus eorum, quæ Heindorfius disputavit ad Plat. Protagoram §. 40. et quod I. 86. πολλά deleri, cap. autem 95. προσεῖχον τῇ γνώμῃ legi voluit. De qua scriptura (γνώμῃ) conferri potest Illustris Beckius qui nuper novæ recensionis Thucydidis librorum specimen edidit, quemque mox de iis præclare meriturum esse speramus.

Sunt tamen loci, sed ii admodum pauci, in quibus corrector, qui antiquum codicem, unde Ar. Chr. Dan. derivantur, interpolavit, genuinam scriptoris manum restituisse videatur. Nam quum dubitari non possit, quin in Thucydidis libros jam antiquitus vitia quædam irrepserint, mirum esset, si e sexcentis illius interpolatoris mutationi-

bus ne una quidem vera esset. Quanquam e quatuor prioribus libris me fateor nonnisi duos locos nosse, qui huc referantur. Quorum unus alibi proferetur, alterum vero hic subjungere placet. I. 7. Τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μὲν νεώτατα ᾠκίσθησαν,——ἐπ' αὐτοῖς τοῖς αἰγιαλοῖς τείχεσιν ἐκτίζοντο, καὶ τοὺς ἰσθμοὺς ἀπελάμβανον——· αἱ δὲ παλαιαὶ διὰ τὴν λῃστείαν ἐπιπολὺ ἀντισχοῦσαν ἀπὸ θαλάσσης μᾶλλον ᾠκίσθησαν. Ubi quod Gottleberus ab aliis jam commendatum recepit, et more suo ex optimis codicibus receptum dicit ἀντισχοῦσαν, legitur in corruptis, Ar. Chr. Dan. fortassis Par. F. et I. atque vett. edd. meliores libri, e Parisinis A. C. D. E. G. H. et scholiasta exhibent ἀντισχοῦσαι. Sed ἐπιπολὺ ἀντισχοῦσαι nihil aliud denotare potest quam "postquam diu (latrocinio) restiterant;" nam prorsus vanæ et loquendi usui contrariæ sunt explicationes ab Horreo (in Observationibus criticis in scriptores quosdam Græcos historicos p. 427.) et Benedicto propositæ.* Jam vero antiquas urbes piratis diu restitisse et tum demum a mari remotas esse, per rei naturam cogitari non potest. Unde Hermannus ad nos scripsit: "Non dubito, quin ἀντισχοῦσαν vera sit lectio, ut quæ sola sensum, qui aptus et necessarius sit, præbeat. Alteram lectionem, etiamsi ea in omnibus libris esset, pro vitio et errore librariorum haberem."

Cap. 4.

De secunda codicum familia, et singulatim de Augustano, Casselano et Vindobonensi. Verbi genera an a Thucydide permutentur. De tertia codicum familia, Regio et Parisino H. et deinceps de reliquis libris, veteribus editionibus, scholiastis, Valla etc.

Secundum codicum genus complectitur Augustanum, Basiliensem s. codicem Camerarii, Casselanum, Clarendonianum, Parisinum A. C. ad quos non raro accedit etiam Vindobonensis, qui tamen aliis in locis cum prima, quam posuimus, classe consentit. Sed ut nexum eorum, quos diximus, codicum demonstremus, nonnullos locos statim ex primi libri initio petitos adscribere placet.

I. 12. Ὡς ἐπιπολύ. Aug. Bas. Cass. A. C. Vind. ὡς ἐπιτοπολύ.
—— Πρότερον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ. Iidem (cum Par. E.) ἐν τῇ γῇ ταύτῃ πρότερον.
—— Τὸ πλεῖστον. Iidem τὸ πλέον.
I. 13. Τὸ λῃστικόν. Iidem (cum E.) τὸ λῃστρικόν.
—— Ἑλών. Aug. ἀνελών. Eodem modo Bas. Cass. Cl. in quibus tamen ἂν a recentiori manu inductum est, unde in A. C. Vind. prorsus deest. Cf. III. 104.
—— Μασσαλίαν. Iidem (cum Reg. et Mosqu.) Μεσσαλίαν.
I. 15. Οὐδ' αὐτοί. Aug. Bas. Cass. A. C. οὐδ' ἂν αὐτοί vel οὐδ' αὖ αὐτοί.
I. 16. Βασιλεία. Aug. Cass. Cl. A. ἐξουσία.
I. 17. Ἀπ' αὐτῶν οὐδέν. Aug. Bas. Cass. A. C. (E.) οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν.
I. 37. Βλάπτουσί τινας. Aug. Bas. Cass. Cl. A. C. (H.) τινά.

Plura cuique lectio suppeditabit. Sed ut de auctoritate hujus codicum familiæ dicamus, ea satis magna est, quum hi libri præstantissimis annumerandi sint. Dubitari igitur non potest, quin, quoties cum primæ familiæ libris pugnent, nisi interna argumenta aliud suadeant, quod rarissime fiet, iis longe præferendi sint. Sed ubi tertia etiam codicum classis, quam mox videbimus ipsam præstantissimam esse, a secunda dissentiat, neque ex internis argumentis multum conficiatur, ut in compluribus eorum, qui modo allati sunt, locorum, ibi adhuc incertus sum, quam scripturam recipiendam esse statuam.

Ex iis vero codicibus, qui hac secunda classe continentur, summis laudibus extollendi sunt Casselanus (de quo cf. Ducker. præfat.) et Augustanus, qui cum primario tertiæ familiæ libro primum locum tenent, si de præstantia codicum quæritur. Quod ne temere prædicasse videamur, tria saltem exempla afferamus.

IV. 78. Ἀπὸ δὲ τούτου ἤδη οἱ μὲν Θεσσαλῶν (ita enim codicibus jubentibus scribendum pro ἤδη μὲν τῶν Θ. Cf. Bened.) ἀγωγοὶ πάλιν ἀπῆλθον· οἱ δὲ Περαιβοί, αὐτῶν

---

* Wyttenbachius (Eclogg. historr. p. 361.) scripturam ἀντισχοῦσαι retinens verba ita interpretatur: "Veteres urbes, quæ factitando maritimo latrocinio se per longum tempus tutatæ sunt." Sed neque διὰ τὴν λῃστείαν significare potest "factitando latrocinio," neque intelligitur, contra quemnam illæ urbes hoc modo se tutatæ sint.

ὑπήκοοι ὄντες Θεσσαλῶν, κατέστησαν αὐτὸν ἐς Δῖον τῆς Περδίκκου ἀρχῆς. Quid hic sibi velint ipsi Thessali, αὐτοὶ Θεσσαλοί, nemo intelliget. Quodsi Thucydidem dicas significare velle, Peræbos non iis Thessalis, qui Brasidam ducebant, sed ipsis Thessalis, ideoque toti eorum genti subjectos fuisse, hoc profecto inane et frigidum sit. Fere omne scodices omittunt αὐτόν post κατέστησαν, quo deleto et interpunctione mutata pro αὐτῶν conjeceram reponendum esse αὐτόν, quam Augustani et Casselani scripturam esse non sine voluptate intellexi. Atque ita hæc verba constituit etiam Benedictus, qui tamen αὐτῶν quum non necessarium esse judicet, debebat potius falsum dicere.

E solo Casselano emendari etiam possunt, quæ IV. 98. in fine capitis leguntur. Bœoti Atheniensibus exprobraverant, quod Delium, Apollinis templum, muniissent, quod priusquam sibi restituissent, se mortuos iis reddituros negaverant. Respondent Athenienses his verbis. Τοὺς νεκροὺς πολὺ μειζόνως ἐκείνους ἀντὶ ἱερῶν ἀξιοῦντας ἀποδιδόναι ἀσεβεῖν, ἢ τοὺς μὴ ἐθέλοντας ἱεροῖς τὰ πρέποντα κομίζεσθαι. Ubi ἱεροῖς τα πρέποντα κομίζεσθαι Heilmannus falsissime explicuit "*gegen den Tempel alle Gebür beobachten*," quum, ut vidit etiam Bredovius, qui tamen dubitanter loquitur, κομίζεσθαι, cui oppositum est ἀποδιδόναι, nihil aliud sit quam sibi auferre, recuperare. Vulgatæ igitur convenienter vertit Portus: "Ipsosque (illos, Bœotos) multo magis impie facere, qui pro templis militum cadavera restituere (ideoque rem sacrum cum profana permutare) vellent, quam eos, qui nollent templis (restituendis; ἱεροῖς enim, ut recte monuit Levesquius, ablativus est, unde in Reg. adscriptum glossema ὥσπερ τιμήματι) recuperare ea, quæ deceret." Sed hæc profecto non esset laus Atheniensium, si, quæ deceret templo reddendo recipere, ea hoc modo recuperare noluissent. Kistemakerus igitur, quo sensui succurreret, τὰ πρέποντα voluit esse "quæ absque templi traditione reddere deceret;" sed hoc nequaquam inest in verbis. Negationem desiderari jam Baverus intellexit, eamque addit Casselanus, in quo scribitur τὰ μὴ πρέποντα.

Denique huc referimus verba IV. 4. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν οὔτε τοὺς στρατηγούς, οὔτε τοὺς στρατιώτας, ὕστερον και τοῖς ταξιάρχοις κοινώσας, ἡσύχαζεν, ὑπὸ ἀπλοίας μέχρι αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις ὁρμὴ ἐπέπεσε περὶ στάσιν ἐκτειχίσαι τὸ χωρίον. Quæ horum verborum propositæ sunt explicationes, eæ aut præpositioni περί repugnant, aut nomini στάσις notiones affingunt, quæ vel nunquam ei insunt (ut quæ a Kistemakero p. 86. ei tribuuntur), vel certe a Thucydidis loquendi usu abhorrent (ut quum Benedictus hanc vocem scriptori nostro de dissidiis atque factionibus usitatam de stationis loco intelligi jubet). Heilmannum igitur secuti cum Cass. legimus περιστᾶσιν. Præterea nonnulla leviora in his verbis correximus. Comma enim, quod vulgo post ἀπλοίας legebatur, postulante sententia statim post ἡσύχαζε collocavimus. Pro μέχρις autem scripsimus μέχρι, quam formam etiam ante vocalem et optimi libri fere ubique agnoscunt cl. ad h. l. Bened. et grammatici requirunt. Phrynich. p. 6. Μέχρις καὶ ἄχρις σὺν τῷ σ, ἀδόκιμα, μέχρι δὲ καὶ ἄχρι λέγε. Cf. Mœr. p. 34. et Herodiani fragmm. Mœridi subjecta p. 451. Thom. M. p. 135. "Ἄχρι καὶ μέχρι Θουκυδίδης ἀεὶ λέγει, οὐ μόνον ἐπαγομένου σύμφωνου, ἀλλὰ καὶ φωνήεντος. Pro ἐπέπεσε autem ἐσέπεσε quamvis in multis codicibus reperiatur, recipere tamen dubitavimus, quoniam ἐσπίπτειν cum dativo de animi motibus a scriptore nostro dici non videtur. Vel vulgata igitur servanda, vel ἐνέπεσε restituendum, quod frequens est in hac re vocabulum. Cf. Duck. Ind. in ἐμπίπτω p. 702.

Jam nonnisi de Vindobonensi nonnulla adjicimus. Qui codex quum sæpe a depravatorum librorum partibus stet, si nonnunquam lectiones exhibeat, quæ prima specie admodum blandiantur, sed ab reliquis omnibus libris alienæ sint, non facile audiendus est. Quam in rem memorabilis est locus II. 7. Καὶ Λακεδαιμόνιοι μέν, πρὸς ταῖς αὐτοῦ ὑπαρχούσαις ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας, τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις ναῦς ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι κατὰ μέγεθος τῶν πόλεων. Ita hæc verba a Gottlebero constituta sunt, qui ἐπετάχθησαν pro ἐπέταξαν (non pro ἐπετάξαντο, ut Bredovius scripsit, quod esset sibi imperarunt) accipi voluit. Quod e male intellectis Batavæ scholæ de verbo præceptis* confirmare studuit Levesquius

* De iisdem præceptis etiam Gailium perperam judicare inde manifestum est, quod II. 49. ἐνέπεσε ita defendere studet, ut id non aoristum, sed imperfectum esse

t. I. p. 350. Qua ratione nihil ineptius excogitari potuit. Falsissimum est enim, si generatim pronunciatur, activum pro passivo et passivum pro activo a Thucydide poni, quod tamen quum vel a Dionysio Halic. t. VI. p. 796. et 97. traditum sit, paulo accuratius examinandum est.* (Atticis hanc generum permutationem tribuit Grammaticus Meermannianus p. 647. in Schæferi edit. Gregor. Corinth. Cf. id. p. 644. Gregor. p. 171. Grammatic. August. p. 673. Excerpta e cod. Vatic. p. 686.)

Activum et passivum quum ex notione ipsa sibi sint opposita, inter se permutari proprie omnino nequeunt. Quæ pro hoc usu exempla laudantur (cf. Dorvill. ad Charit. p. 434. sq. ed. Lips. Vig. p. 179. sqq. Matth. Gr. Gr. p. 688. sq.), eorum multa falso intellecta sunt, ut Thucyd. II. 65. Τά τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀμβλύτερα ἐποίουν, καὶ τὰ περὶ τὴν πόλιν πρῶτον ἐν ἀλλήλοις ἐταράχθησαν. Portus: "Et res, quæ militiæ gerebantur, debilitarunt, et domi totum reipublicæ statum mutuis discordiis tunc primum conturbarunt." Sed ibi neque ἐταράχθησαν pro activo positum, neque τὰ περὶ τὴν πόλιν pro nominativo habendum — ita enim et ἐταράχθη requireretur; ut III. 68. in Τὰ μὲν κατὰ Πλάταιαν οὕτως ἐτελεύτησαν monente jam Benedicto e codd. scribendum est ἐτελεύτησεν, cl. I. 110. 138. III. 50. et periret concinnitas — sed structura potius hæc est, οἱ τοῦ δήμου προστάται ἐταράχθησαν τὰ περὶ τὴν πόλιν, quem accusativum vulgo per κατά explicant. Tum III. 39. Εἴωθε δέ, τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα — ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν inepte scholiasta τρέπειν pro τρέπεσθαι accipit. Verba posita sunt pro εἴωθε δὲ ἡ εὐπραξία ἐκείνας τὰς πόλεις ἐς ὕβριν τρέπειν, αἷς ἂν μάλιστα ἀπροσδόκητος ἔλθῃ. Porro IV. 108. Τῆς γεφύρας μὴ κρατούντων (τῶν Λακεδαιμονίων), ἄνωθεν μὲν μεγάλης οὔσης ἐπὶ πολὺ λίμνης τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ πρὸς Ἠϊόνα τριήρεσι τηρουμένων, οὐκ ἂν δύνασθαι προελθεῖν, quod scholiasta adscripsit τηρουμένων ἀντὶ τοῦ τηρούντων τῶν Ἀθηναίων, falsum esse, præterquam quod τηρεῖσθαι longe aliud quid significat, vel inde manifestum est, quia τηρουμένων non potest de Atheniensibus dictum esse, quum κρατούντων ad Lacedæmonios referendum sit. De his igitur intelligendum etiam τηρουμένων sensu passivo; nam quum observare hostem exprimatur per τηρεῖν τὸν ἐναντίον (cf. II. 83.), Lacedæmonii recte dici possunt τριήρεσι τηρεῖσθαι. His male intellectis locis annumerandus etiam is, quem Gailius Observv. in Thucyd. p. 114. e Theocr. II. attulit,

Καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδεν,

ubi πυκάσδεν pro πυκάζεσθαι dictum esse commentus est. Reliqua exempla in sex fere classes distribuerim. Aut enim nonnisi formam passivi habent, sed ubique significationem activi, ut deponentia, vel vicissim formam activi, sed ubique notionem passivi, ut ἑάλωκα, ἑάλων (cf. Dorvill. ad Charit. p. 435.), quæ quomodo orta sint, non hujus loci est exponere. Aut agitur de infinitivis, qui supini in ū vice funguntur, ubi nostrates quoque activis utuntur, ut *diess ist leicht zu thun.* Cf. Dorvill. l. l. p. 469. et inprimis p. 256. exempla a Fischero allata III. 2. p. 24. Vig. p. 203. Matth. Gr. Gr. p. 762. 766. et præ omnibus Dawes. Miscç. critt. p. 79. sq. ubi docet eos errare, qui ex hac dicendi ratione colligant, Græcis licuisse quavis occasione ac modo activum pro passivo usurpare. Deinde activum ponitur pro medio. Activum enim et medium quoniam notionem designant, quæ a subjecto efficitur, nec nisi eo discrepant, quod hoc actionem ad eum, unde profecta est, significat redire, sæpe loci ita comparati esse possunt, ut, etiamsi objectum actionis diserte non indicetur, tamen eam ad subjectum spectare ex orationis nexu intelligamus. Ita fit, ut activum pro medio ponatur, sive in hoc accusativus pronominis reciproci, sive omnino relatio quædam ad subjectum latet. Hujus generis est I. 16. τὰς ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλεις δουλοῦν (sibi subjicere. Cf. Interprr. Thom. M. p. 249. sq.) III. 37. δηλοῦν τὴν γνώμην (suam intelligentiam declarare), III. 46. τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι (suum peccatum eluere), qualia admodum frequenter leguntur. Ad alterum genus referendum ἐπιμιγνύντες,

---

contendat. Probabilius de hac scriptura disputavit Benedictus, sed vel ita unus aoristus tot imperfectis interpositus displicet. Quapropter equidem vulgatum ἐνέπιπτε nondum mutaverim, sed ἐνέπεσε librariis ex antecedente capite in memoria fuisse suspicor.

* Quemadmodum nos Thucydidis locos, ita unus ex amicis nostris Berolinensibus exempla, quæ e tragicis afferri solent, examini subjecit, et fere eodem, quo nos, devenit.

quod a Dionysio p. 796. e vv. Οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις I. 2. laudatur, et similiter etiam c. 13. exstat, sed non passivi, verum medii notionem habet. Cf. Fischer. l. l. p. 61. sq. Quæ suppressio pronominis reflexivi quarto effecit, ut multa verba activi neutrali sensu dicantur. Cf. Burgess. Add. ad Dawes. Misce. critt. p. 414. Quo pertinent ἀνταποδιδόναι Plat. Phædon. c. 17. ubi vid. Heindorf. et κεύθειν Soph. Œd. T. v. 967. Quæ neutralis verborum notio nondum ubique agnita est, ut I. 46. ubi Stephanus negavit, Ἐξίησι Ἀχερουσία λίμνη ἐς θάλασσαν (ita enim deleto cum codd. articulo legendum) recte dici posse, quum tamen, quemadmodum ἐκδιδόναι, ἐμβάλλειν, ἐσβάλλειν, ἐκβάλλειν (Vig. p. 181.) ita etiam verba ex ἰέναι formata neutrali significatione de fluviis usurpentur, cujus usus exempla non tantum in Herodoto (I. 6. VII. 20. al.) Strabone et aliis scriptoribus, sed etiam in ipso Thucydide (II. 102. IV. 103.) reperiuntur. Add. Bened. ad h. l. et Heindorf. ad Phædon. c. 60. Porro interdum pronomen indefinitum τὶ omissum est, quo fit, ut activum pro passivo dictum esse videatur. Quo in genere insignis est locus I. 144. quem Dionysius p. 796. laudat, Οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ἐν ταῖς σπονδαῖς, οὔτε τόδε, ubi, ut mihi significavit Hermannus, postquam ipse aliam interpretationem tentaveram, pronomina ἐκεῖνο et τόδε pro accusativis habenda, et τί supplendum est. Sed hic locus habet sane quod displiceat, ut præpositionem ἐν, quæ in Dionysio deest, ejiciendam esse aliquando suspicatus sim. Ita κωλύει neutraliter positum esset pro impedimento est, et quoniam ad sensum idem denotaret, quod ἐμπόδιόν ἐστι, cum dativo conjunctum esset, a qua ratione non multum abfuit Abreschius, quem vide in Auctar. Dilucidd. Thucydd. p. 263. Sed partim codices omnino omnes in præpositione illa retinenda consentiunt, partim ejusmodi dictio si admitti posset, non Thucydidi, sed Æschylo potius aut Pindaro conveniret. Denique passivo interdum uti licet pro medio. Quemadmodum enim, ubi subjectum simul objectum actionis est, non ubique necessarium esse vidimus, ut is, ad quem spectet actio, diserte significetur, unde usus activi pro medio originem duxit, ita alibi nonnisi hoc desideratur, ut quis hoc vel illud passus esse dicatur, nihil autem refert, utrum ipse an alius ejus rei auctor fuerit. Quo factum est, ut medium non tantum in quibusdam formis passivo simile sit, sed etiam alias formas, quibus caret, si quando iis opus sit, ex passivo recipiat (ut I. 62. Ἀγορὰν ἔξω τῆς πόλεως ἐπεποίηντο et II. 78. Πλαταιεῖς παῖδας καὶ γυναῖκας ἐκκεκομισμένοι ἦσαν, ubi plusquamperfecto si utendum erat, alia forma non aderat. cf. Fischer. ad Vell. III. 2. p. 62. Matth. l. l. p. 683.) denique interdum passivo prorsus cedat. Quod valet ad intelligendum locum I. 120. Ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλάγησαν, οὐχὶ διδαχῆς δέονται ὥστε φυλάξασθαι αὐτούς· τοὺς δὲ τὴν μεσόγειαν* μᾶλλον καὶ μὴ ἐν πόρῳ κατῳκημένους, εἰδέναι χρή, ὅτι etc. Quo in loco Dionysius quidem p. 797. ἐνηλλάγησαν et κατῳκημένους pro activis dicta esse vult; sed posita potius sunt pro mediis, quod in ἐνηλλάγησαν apertum est, in κατῳκημένους autem inde intelligi potest, quod jam Herodotus pro οἰκεῖν dicit οἰκεῖσθαι τὰς νήσους, quasi οἰκεῖσθαι sit deponens.

Hi sunt loci a VV. DD. allati, quibus demonstrent, Thucydidem activum et passivum solere permutare. Qui quum prorsus diversi sint ab eo, cujus causa hæc exposuimus, nemo dubitabit, quin Λακεδαιμόνιοι τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις ναῦς ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι solœce dictum sit. Ad aliam lectionem ducunt codices. Olim enim vulgata scriptura fuit Λακεδαιμονίοις, quam Gottleberus primus in Λακεδαιμόνιοι mutavit, e bonis, quos dicit, sive, ut jam vidimus, corruptissimis codicibus, Ar. Chr. Dan. Mosqu. et fortassis Par. D. et E. Meliores codices omnes, e Parisinis B. C. F. G. H. I. retinent dativum. Quo admisso Kistemakerus ναῦς pro nominativo pluralis haberi voluit, eodemque modo judicavit Neophytus Ducas. Sed id fieri nullo modo potest, quum Thucydides in nominativo pluralis non alia forma utatur quam νῆες. Mœris p. 266. Νῆες, ὡς Θουκυδίδης, Ἀττικῶς, ναῦς, Ἑλληνικῶς. Phrynich. p. 68. ed. Pauw. Αἱ νῆες ἐρεῖς, οὐχ αἱ ναῦς. σόλοικον γάρ. Thomas Mag. p. 626. Νῆες ἐπὶ εὐθείας, οὐ ναῦς· ἐπὶ δὲ αἰτιατικῆς ναῦς, οὐ νῆας. Stephanus

* Dan. μόσογαιαν, ut II. 102. Par. C. et F. atque alicubi Xenophontis et Platonis libri. Cf. Heindorf. ad Phædon. c. 59. et Schneider. in Addendis ad Xenoph. Histor. Gr. p. 105. Sed vulgatam confirmat I. 100. et III. 95. ubi pro ἐς τὴν μεσόγειον e codicibus recipiendum ἐς τὴν μεσόγειαν.

igitur pro ἐπετάχθησαν conjecit ἐπετάχθη, atque hæc lectio in Vindobonensi codice reperta est, eamque nos diu veram duximus.* Tandem vero Hermannus nobis significavit, si e præcedentis periodi subjecto οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι solum nomen οἱ ξύμμαχοι repetatur, vulgatam ferri posse. Quod verissimum est; nam verba ita vertenda sunt: "A Lacedæmoniis socii præter eas naves, quæ ibi (Lacedæmone, per eam figuram, de qua diximus p. 52.) ex Italia atque Sicilia erant, alias in usum eorum, qui ad illorum (Lacedæmoniorum) partes accesserint, conficere jussi sunt." Jam durum quidem est, quod nonnisi pars quædam subjecti ex antecedentibus repetenda est; sed Thucydides id ideo sibi permittere potuit, quod et ex adjecto dativo Λακεδαιμονίοις et e verbi ἐπιτάσσεσθαι notione de solis sociis sermonem esse intellectum iri speravit. Hanc autem rationem ineundam putamus non solum propter codicum omnium uno Vindobonensi excepto in scriptura ἐπετάχθησαν consensum, sed etiam aliis de causis. Nam ut Græci omnino, ita etiam Thucydides pro τοῦτό μοι ἐπιτάσσεται præfert structuram ἐπιτάσσομαι τοῦτο. I. 140. Οἷς εἰ ξυγχωρήσετε, καὶ ἄλλο τι μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 579. sq. Ita igitur etiam hic scriptum est οἱ ξύμμαχοι ἐπετάχθησαν ναῦς ποιεῖσθαι. Deinde sæpius legimus, Lacedæmonios eo consilio classem parari voluisse, ut Atheniensium sociis, qui defecissent, auxilium ferre possent. Sic Archidamus dicit I. 81. Εἰ τοὺς ξυμμάχους ἀφιστάναι πειρασόμεθα, δεήσει καὶ τούτοις ναυσὶ βοηθεῖν, τὸ πλέον οὖσι νησιώταις. Eodem igitur modo II. 7. socii perhibentur jussi esse naves conficere τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις, in usum eorum, qui Atheniensium societate relicta ad Lacedæmoniorum partes accesserint. Aoristi enim participium habet notionem futuri exacti.

* Infelix est Benedicti conjectura ναῦς ἐπετάχθη σ' ἂν ποιεῖσθαι, quem navium numerum de fœderatis Italiæ et Siciliæ civitatibus intelligi vult. Sed, ut alia taceam, et particula ἂν prorsus superflua, et verba ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας articulo τοῖς minus recte præposita essent, denique notio verbi ἐπιτάσσειν rationi fœderis, quod erat inter Lacedæmonios atque Italiæ et Siciliæ civitates, non conveniret.

Cf. Herm. ad Vig. p. 774. Si quid restet difficultatis, inest in pronomine ἐκείνων, pro quo exspectes potius αὐτῶν.

Accedimus ad tertiam codicum familiam, ex qua nonnisi duo superesse videntur, Regius s. Parisinus G. atque Par. H. Regium enim cum G. unum eundemque esse, ut monuit jam Gailius (t. IX. p. 83.) ita ipse confirmatum vidi. Consentiunt enim hi codices etiam in iis lectionibus, quæ in nullo alio libro conspiciuntur, ut statim I. 2. in μετανάστης οὖσα pro μεταναστάσεις οὖσαι, et I. 10. in τοὺς πρὸς κώπην pro τοὺς προσκώπους. Nonnulli quidem sunt loci, in quibus e G. laudantur lectiones, quæ e Reg. non annotatæ sunt, et vicissim; sed hi et admodum pauci, et ita comparati sunt, ut hunc codicem nonnunquam vel a Duckero vel a Gailio minus accurate collatum, aut etiam obscuris characteribus scriptum esse facile intelligas. Sin de auctoritate ejus quæritur, ea haud exigua est. Neque tamen inde sequitur, ejus lectiones ubique, etiam reliquis omnibus libris dissentientibus, esse probandas. Nam etiam in hoc codice humana passi sunt librarii, ut vel ex duobus, quos modo adscripsimus, locis intelligi potest.

Quamobrem hujus codicis et, qui eum sequitur, H. scriptura male præferenda videbatur Gailio I. 26. (Κερκυραῖοι) πλεύσαντες εὐθὺς πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶ καὶ ὕστερον ἑτέρῳ στόλῳ, τούς τε φεύγοντας ἐκέλευον κατ' ἐπήρειαν δέχεσθαι αὐτούς, τούς τε φρουρούς, οὓς οἱ Κορίνθιοι ἔπεμψαν, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀποπέμπειν. οἱ δὲ Ἐπιδάμνιοι οὐδὲν αὐτῶν ὑπήκουσαν, ἀλλὰ στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι ναυσὶ τεσσαράκοντα. Ubi codices, quos diximus, scribunt ὡς δὲ Ἐπιδ. —— ὑπήκουσαν, στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκ. quæ lectio aperte docto homini debetur, qui periodum meliorem efficere studuit, quum Thucydidem sæpe abruptius loqui non meminisset. Ut autem in hoc loco H. a Regii partibus stat, idem in plerisque aliis animadverti licet, unde hos duos codices in unam classem conjunximus. Non raro tamen H. etiam peculiares lectiones præbet, quæ tamen plerumque non magni sunt pretii. Fere ubique enim, ubi ab altero recedit, manifestos librariorum errores vel etiam correctiones exhibet. Ut III. 83. Οἱ δὲ καταφρονοῦντες κἂν προαισθέσθαι, καὶ ἔργῳ οὐδὲν σφᾶς δεῖν λαμβάνειν, ἃ γνώμῃ ἔξεστιν, ἄφρακτοι, μᾶλλον διεφθείροντο, ubi post ἔργῳ addit λογιζόμενοι ὡς.

Hæc habebam, quæ de iis libris dicerem, qui ad genera quædam revocari posse videbantur. Ad eos autem quod attinet, qui magis per se constant, Parisinus D. F. et I. correctionibus atque interpretamentis abundant. Quod in D. ita esse, docent loci hi.

III. 31. Δαπάνη γίγνηται. D. δαπάνην γίγνεσθαι. V. infra.

——36. Κελεύοντες. D. κελεύοντα.

——40. Ξύγγνωμον. D. σύγγνωστον. Cf. Thom. M. p. 380.

——45. Τὸ δεινόν. D. τὸν κίνδυνον. V. nos supra p. 55.

——49. Δευτέρας. D. προτέρας. V. p. 59.

——63. Αἰσχρόν. D. οὐκ αἰσχρόν. Cf. p. 34. sq.

——65. Τὴν πόλιν. D. τὴν ὑμετέραν πόλιν.

I. 110. Ἰνάρως ὁ [τῶν] Λιβύων βασιλεύς. D. Ἰνάρως ὁ Ψαμμητίχου, Λίβυς, βασιλεὺς Λιβύων, e cap. 104.

——120. Ἐν πόρῳ. D. ἐν πόντῳ.

Unde Gailium colligimus magnopere errasse, quum hujus unius codicis lectionem in textum inferret I. 70. ubi quum vulgo legeretur, Οἴονται γὰρ οἱ μέν, τῇ ἀπουσίᾳ ἄν τι κτᾶσθαι, ὑμεῖς δέ, τῷ ἐπελθεῖν καὶ τὰ ἑτοῖμα ἂν βλάψαι, Gailius e D. recepit ἀπελθεῖν, quæ est correctio facta propter præcedens nomen ἀπουσίας, ut clarior esset oppositio. Huic libro non multum præstat I. qui nunc cum D. prorsus consentit (ut III. 49. I. 110. 120.), nunc ad eum propius certe accedit (ut III. 31. et 65.) nunc denique novos errores infert. Non melior est F. qui I. 2. pro ἀναγκαίου τροφῆς exhibet ἀναγκαίας τροφῆς (de quibus formis cf. Index edit. Ducker. p. 683.), et I. 37. post ἀναγκαῖον addit ὦ Ἀθηναῖοι, ut paulo post μᾶλλον ante ἐπετήδευσαν, et φανερῶς ante βιάζωνται. I. 138. pro οἱ προσήκοντες habet ὑπὸ τῶν προσηκόντων, quo in loco vulg. versio inepta, neque tamen quidquam in Græcis mutandum est, licet cum Cornelio Nepote etiam Pausanias faciat.—De Par. B. non habeo quod dicam. In marg. autem edit. Steph. quæ adscriptæ sunt diversæ lectiones, eæ sæpe alibi non inventæ sunt. Quod si est, plerumque parum utiles sunt. Ita I. 1. pro ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων marg. Steph. habet ἐπὶ πλείστων. C. 31. ad τὸν δ' ἐνιαυτόν ibidem additur τοῦτον, c. 34. in ἠβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν verba aliter collocantur, c. 35. pro μηδετέρων scribitur οὐδετέρων. Etiam principum editionum, Aldinæ, Florentinæ et Basiliensis, quæ fere ubique inter se consentiunt, levissima est auctoritas, quum aperte ex libro negligenter scripto expressæ sint.

De scholiis autem in universum judicare non licet. Nam quum variis temporibus a variis hominibus conscripta, ideoque partim vetustissima, partim recentissima existimanda sint, singulorum auctoritas in lectionibus vel confirmandis vel damnandis maximam partem pendet ex tempore, cui originem debent. Ad quam rem sane lubricam cognoscendam nonnihil confert codex Augustanus, in quo et minor legitur scholiorum numerus, et ipsa scholia sæpe vulgatis breviora sunt, quod constat signum esse antiquitatis.

Minoribus dubitationibus obnoxia est Vallæ versio. Hæc enim, ut jam supra obiter significavimus, si ea, qua par est, cautione usurpatur, in re critica præstantissima est, quum Vallæ egregium codicem ante oculos fuisse facile pateat. Plerumque enim cum secunda ac tertia codicum familia consentit, et interdum etiam ibi in subsidium vocari potest, ubi, quid codices exhibeant, incertum est, quum de spiritibus quibusdam aut accentibus agatur, qui a Gailio prorsus neglecti, ab reliquis autem editoribus certe non ubique diligenter annotati sunt. Cujus generis sunt verba II. 44. Ὅσοι δ' αὖ παρηβήκατε, τόν τε πλείονα, κέρδος ὄν, εὐτυχεῖτε βίον, ἡγεῖσθε καὶ τόνδε βραχὺν ἔσεσθαι, καὶ τῇ τῶνδε εὐκλείᾳ κουφίζεσθε. Ubi in vulgata lectione non offendit quidem conjunctio imperfecti εὐτυχεῖτε * cum præterito perfecto παρηβήκατε, quam ipsa

---

* Εὐτυχεῖτε enim pro imperfecto, non pro præsente habendum est, cujus notio ab hoc loco abhorret. Verbis autem per ευ incipientibus Thucydides non addit augmentum. Ita I. 18. legimus εὐνομήθη, I. 20. εὗρον, I. 21. εὑρῆσθαι, I. 22. εὑρίσκετο, I. 58. εὕροντο, ubi tamen nonnulli codd. ηὕροντο I. 95. εὐθύνθη, I. 135. εὕρισκον, II. 6. εὗρε, IV. 79. εὐτύχει, ubi pauci codd. ηὐτύχει, quæ forma IV. 117. nonnisi e Par. F. enotatur, IV. 123. εὐτρεπίζοντο, unde quod II. 18. scribitur ηὐτρεπίζοντο, corrigendum videtur. Grammatici de hoc augmento vel addendo vel abjiciendo non eadem tradunt. In Herodiani fragmento, quod Pauwii Phrynicho subjectum est, p. 202. legimus, Ηὐξάμην καὶ εὐξάμην, ηὐδόκουν καὶ εὐδόκουν, καὶ ὅσα ἀπὸ τοῦ ευ ἄρχονται. Sed in ejusdem Herodiani fragmento ab Hermanno edito p. 314. ita scribitur. Ἁμαρτάνουσιν οἱ λέ-

horum temporum notio postulat; sed particula καί ante τόνδε, sive eam etiam significare sive sequenti καί respondere putas, non potest non displicere. Etenim illud si verum esset, primaria sententiæ vis inesset in τόνδε, hoc modo: "putate, hanc quoque vitam brevem fore," quasi præterita vita et ipsa brevis fuisset, quod absonum est. Sin καί alteri καί responderet, verba aliter collocanda erant (ut καὶ βραχὺν τόνδε ἡγεῖσθε ἔσεσθαι); pertineret enim hæc particula ad universam sententiam, non ad solum infinitivum. Quam difficultatem ut removeas, fortassis recipiendam putes scripturam κουφίζεσθαι. Eam vero et externa et interna argumenta damnant; externa, quum κουφίζεσθαι nonnisi in duobus libris ex emendatione sit, cui præcedens ἔσεσθαι ansam dedit; interna, quum et futuri potius quam præsentis infinitivum requireretur, et τόνδε, quod ad utrumque infinitivum, ἔσεσθαι atque κουφίζεσθαι, pertineret, ante καί collocandum esset. Verum quum lectio ὄν probari nequeat, altera ὅν, quam Valla expressit, si eo, quo Baverus voluit, modo explicetur, prorsus inepta est. Iste enim hoc verbis inesse voluit: "et qui vitam, si quam ultro vivetis, pro lucro habetis." Quæ interpretatio, sive verba sive sensum spectas, tam futilis est, ut eam unquam proponi potuisse vix tibi persuadeas. Ad verba enim quod attinet, infinitivum ἔσεσθαι aut ex ἡγεῖσθε bis intellecto, aut ex ἐλπίδι Baverus pendere dicit. Sed ἐλπίδι, quod longo intervallo præcessit, huc prorsus non pertinet, ἡγεῖσθε autem primum pro indicativo, deinde vero, ubi cogitatione addendum esset, pro imperativo esset habendum, quod durissimum est. Deinde ὁ πλείων βίος non est ulterior vita, sed major vitæ pars. Denique non ὃν εὐτυχεῖτε, sed ὃν ἂν εὐτυχοῖτε dicendum erat. Sensum autem si spectamus, quomodo tandem senes decrepiti filiis amissis ulteriorem vitam lucrum esse existiment? aut si eam pro lucro habeant, quale solatium iis afferat, qui brevem eam fore dicat? Potius igitur recepto ὅν inde a τόν τε πλείονα apodoseos initium constituendum est, hoc sensu: "Quotquot vero ætate provecti estis, et longiorem vitam, per quam felices eratis, lucrum existimate, et hanc brevem fore cogitate." Atque ita prorsus sequimur Vallam, cujus hæc est versio: "Vos vero, qui ætate processistis, quo diuturniorem vitam feliciter traduxistis, eo plus lucri vos fecisse existimate, et hoc, quod superest vitæ, breve futurum."

Aliis in locis Vallæ versio auctoritatem per se satis exiguam Ar. Chr. Dan. confirmat, ut III. 79. Καὶ οἱ Κερκυραῖοι, δείσαντες, μὴ σφίσιν ἐπιπλεύσαντες ἐπὶ τὴν πόλιν ὡς κρατοῦντες, οἱ πολέμιοι ἢ τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἀναλάβωσιν, ἢ καὶ ἄλλο τι νεωτερίσωσι, τούς τε ἐκ τῆς νήσου πάλαι ἐς τὸ Ἡραῖον διεκόμισαν, καὶ τὴν πόλιν ἐφύλασσον. Quo in loco lectio πάλαι vix commoda est. Quam vocem si cum τοὺς ἐκ τῆς νήσου jungas, et ordo verborum obstat, et sententia ipsa inepta est; qui enim ante quinque vel sex dies in insulam transportati erant (cf. c. 75. fin. et c. 76.), πάλαι ibi fuisse dici nequeunt. Sin πάλαι cum Kistemakero ad διεκόμισαν referas, ut aoristus plusquamperfecti notionem habeat, ("jam pridem reportaverant") ne ita quidem sententia apta est. Nam quum Peloponnesii præcedente demum die advenerint, victoriam autem modo reportaverint, quod antequam factum esset, non erat metuendum, ne insula potirentur, optimates jam pridem in templum Junonis transportati esse cogitari nequeunt. Neque, ut visum est Kistemakero, quod sequitur imperfectum, hoc aoristum plusquamperfecti notione accipi jubet. Aoristus enim positus est, quoniam transportatio in templum unum est cito præteriens factum; custodia autem urbis diutius durabat, ideoque imperfecto significanda erat. Quæ quum ita sint, præferendam censeo lectionem πάλιν, quæ non tantum in Ar. Chr. Dan. Mosqu. exstat, sed etiam in Reg. superscripta est, et hac Vallæ versione stabilitur: "Sumtos illos ex insula reportant iterum in templum Junonis." Placuit hæc scriptura etiam Benedicto.

γοντες ηὐξάμην καὶ ηὐχόμην, λόγῳ τοιούτῳ· ὅσα ἀπὸ τῆς ευ διφθόγγου ἄρχεται ῥήματα, ταῦτα τηρεῖ τὴν ευ δίφθογγον καὶ ἐπὶ πάντων τῶν χρόνων—τὰ δὲ ἀπὸ τῆς αυ ἀρχόμενα τρέπεται εἰς το ηυ, αὐλῶ, ηὔλουν, αὐχῶ, ηὔχουν. Ex hoc atque illo loco conflatum est aliud Herodiani fragmentum in Piersoni Mœride p. 460. Ηὐξάμην, καὶ εὐξάμην, ηὐδόκουν, καὶ εὐδόκουν, καὶ ὅσα ἀπὸ τοῦ ευ ἄρχονται· ηὔλουν δὲ καὶ ηὔχουν, ὡς ἀπὸ τοῦ αὐλῶ καὶ αὐχῶ. Ita enim hæc verba scribenda esse existimamus. Cum iis, qui scripturam per ευ probant, facit Suidas in εὐλόγησα: sed ηὐξάμην dici jubet Mœris p. 175. Conferri etiam potest Fischer. ad Veller. II. p. 280.

Restat, ut paucis dicamus de aliis scriptoribus, quibus in Thucydidis verbis in integrum restituendis uti licet. Ibi vero ante omnia diligenter examinandum esse, an quæ lectio, quæ primo adspectu ab ejusmodi scriptore agnosci videatur, vere ab eo reperta sit, supra satis declaravimus. Qua re singulis in locis accurate perpensa, si scripturam discrepare magna cum probabilitate statuere possimus, neque interna argumenta adsint, quæ judicium de alterutra lectione eligenda certo regant, de eo præcipue quærendum est, quis sit is, quo teste uti velimus, et qua ætate vixerit. Nam Thomam Mag. et alios scriptores, qui compluribus codicibus nostris recentiores sunt, optimis libris postponere non dubitamus. Sed Dionysius Halic. et si qui alii vel ante eum vel non multo serioribus temporibus floruerint, haud dubie summi sunt in re critica momenti.

Cap. 5.

De antiquorum monumentorum usu. De interpretamentis, quibus vulgata Thucydidis exemplaria inquinata sunt. Examinantur ea, quæ in hoc genere observata sunt a Stephano, Duckero, Bavero, Eversio, Gailio, Bredovio aliisque. Disputatur de formulis nonnullis, quibus tempus significatur, de verbis ἀπόλλυσθαι et διόλλυσθαι, de vocabulis, quæ bis cogitanda sunt, de voce σαφές etc.

Quemadmodum vero in auctoritatem antiquorum monumentorum non inquisiverunt editores, ita etiam in eorum usu variis modis peccarunt. Primum enim generales quædam criseos leges, quæ judicium singulis in locis regerent, vel excogitandæ vel ad Thucydidem transferendæ erant, quod quum neglectum esset, multis erroribus ansam dedisse, nonnisi una quadam regula proponenda declarabimus. Thucydidis enim quum hoc sit proprium, ut brevitatis studiosissimus sit, factum est, ut multis in locis a librariis vel interpretibus ad perspicuitatem adjuvandam voces quædam adderentur. Multo rarius autem vocabula nonnulla consulto ab iis deleta sunt, quum Thucydides plerumque non utatur pluribus verbis, quam quibus ad sensum exprimendum maxime opus est. Unde colligimus, si quæ verba, quæ salvo sensu abesse possint, in bonis aliquot codicibus aut prorsus omittantur, aut aliis quibusdam indiciis suspecta reddantur, ea, nisi gravia argumenta obstent, ejicienda esse. De qua re quum sæpe non cogitaverint editores, mirum non est, vulgata exemplaria adhuc immensa varii generis additamentorum multitudine repleta esse. Quorum plura jam alii animadverterunt, quæ, antequam ea, quæ a nobis ipsis observata sunt, proponamus, examini subjicere placet.

Et Stephanus quidem I. 32. in Ἐν τῷ προτοῦ χρόνῳ vocem χρόνῳ, quam præter alios libros ignorant Reg. Aug. et Cass. recte sensit delendam esse. Thucydides enim modo plene scribit ἐν τῷ πρότου χρόνῳ, ut II. 58. et 73. modo sine χρόνῳ, ut IV. 72. Ita ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ legitur IV. 21. et 41. sed ἐν τῷ πρὶν IV. 35. Cf. ἐν τῷ τότε I. 92. ἐν τῷ παρόντι IV. 79. et similes formulas.*

Duckerus autem ἐς τὴν γῆν I. 116. in Ἀποβάντες ἐς τὴν γῆν, et ποιήσαντες II. 83. in Οἱ Πελοποννήσιοι ἐτάξαντο, κύκλον τῶν νεῶν ποιήσαντες, ὡς μέγιστον οἷοί τ' ἦσαν jure damnavit. Posterius deest etiam in Par. C. G. H. atque in F. post μέγιστον legitur. Valla: "Et Peloponnenses quidem in orbem naves disposuere quam latissimum poterant." De alio loco III. 57. Ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ξυμφορᾶς προκεχωρήκαμεν, οἵτινες Μήδων τε κρατησάντων ἀπολλύμεθα, καὶ νῦν ἐν ὑμῖν, τοῖς πρὶν φιλτάτοις, Θηβαίων ἡσσώμεθα, καὶ δύο ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ὑπέστημεν, τότε μέν, τὴν πόλιν εἰ μὴ παρέδομεν, λιμῷ διαφθαρῆναι, νῦν δέ, θανάτου δίκῃ κρίνεσθαι, ubi vocem δίκῃ, quæ in Reg. (Par. G.) et H. inter versus rec. m. scripta est, suspectam esse monuit Duckerus, ideo potissimum mentionem injeci, ut hac opportunitate oblata de majori difficultate, quæ in his verbis inest, disseram. Verba enim οἵτινες Μήδων κρατησάντων ἀπολλύμεθα Portus vertit "qui periissemus, si Medi vicissent," quam versio-

---

* In transcursu agimus de ὕστερον χρόνῳ, de qua formula falso scribit Baverus ad IV. 81. "Χρόνῳ aut omitti solet apud ὕστερον, aut postponi." Sed ὕστερον χρόνῳ quanquam legitur in exemplis a Duckero ibi allatis et præterea I. 8. ubi ὑστέρῳ χρόνῳ e codd. suadente jam Stephano, in ὕστερον χρόνῳ mutandum, reperitur tamen etiam χρόνῳ ὕστερον, ut I. 64. et 100. idemque restituendum IV. 81 .

nem, ut solent, secuti sunt reliqui interpretes. Quodsi ad τότε μέν, τὴν πόλιν εἰ μὴ παρέδομεν, λιμῷ διαφθαρῆναι simul respicitur, interpretes existimasse videntur, Platæenses tempore pugnæ ad urbem eorum commissæ a Persis fuisse obsessos, ita ut, si Græci fugati essent, iis metuendum esset, ne fame ad urbem barbaris tradendam adigerentur. Sed hunc sensum respuunt primum ipsa scriptoris nostri verba. Ita enim neque ἀπολλύμεθα, quæ librorum omnium uno excepto est scriptura, neque ἀπωλλύμεθα, quod restituturi erant Baverus et Benedictus adstipulante Cass. sed ἀπωλόμεθα ἂν dicendum erat. Deinde repugnat etiam historia. Platæensium enim urbs jam a Xerxe exercitum per Bœotiam in Atticam ducente incendio deleta est, ante cujus adventum ipsi una cum Thespiensibus in Peloponnesum emigrarunt. Cf. Herod. VIII. §. 50. cl. §. 44, Diod. Sic. XI. 13. p. 415. ed. Vessel. Jam quum Persæ inde ab hoc tempore usque ad pugnam Platæensem Bœotiam in ditione sua tenerent, Platæenses patet urbem suam restituere atque in ea obsideri non potuisse. Verba igitur οἵτινες Μήδων κρατησάντων ἀπολλύμεθα vertenda sunt "qui, quum Medi vicissent (ad Thermopylas), periimus," et innuunt malum a Xerxe Platæensibus illatum. Sed ita difficultas quædam inest in præsente, pro quo ego imperfectum, cui tamen ab aliis aoristum antelatum iri prævideo, probarem, nisi v. ὄλλυσθαι jam in præsente interdum præteriti temporis notionem habere videretur. Ut quum Clytæmnestra apud Sophoclem in Electra v. 678. de quo loco me admonuit amicissimus Dœderlein, pædagogum ita alloquitur, Ἐμοὶ δὲ σύ, ξένε τἀληθὲς εἰπέ, τῷ τρόπῳ διόλλυται.* Præterea verba τὴν πόλιν εἰ μὴ παρέδομεν, λιμῷ διαφθαρῆναι facile aliquis male intelligat, quippe quibus non pristinum urbis infortunium describi, sed inde a verbis καὶ νῦν ἐν ὑμῖν nonnisi de bello Peloponnesiaco sermonem esse putet, ut Platæenses dicantur, nisi urbem Lacedæmoniis dedidissent, fame absumtos esse (cf. cap. 52. init.) quum vero potestati eorum se permisissent, eo devenisse, ut, ne capitis condemnarentur, metuerent. Sed huic interpretationi obstant voculæ τότε μὲν—νῦν δέ, quæ quum in νῦν ἐν ὑμῖν Θηβαίων ἡσσώμεθα et τῶν τότε ξυμμάχων ὠφελεῖ οὐδείς temporibus Persici et Peloponnesiaci belli distinguendis inserviant, etiam in τότε μέν, τὴν πόλιν εἰ μὴ παρέδομεν, λιμῷ διαφθαρῆναι, νῦν δέ, θανάτου κρίνεσθαι eodem modo intelligenda sunt. Platæensium igitur hanc oportet esse mentem, sibi, quum Xerxes appropinquaret, urbem deserendam fuisse (unde se dicunt periisse) in qua si remansissent, a Persis obsidione clausi, et, quum auxilii spes nulla esset, deficiente commeatu expugnati essent.

Etiam I. 128. (Παυσανίας) ἄνευ Λακεδαιμονίων ἀφικνεῖται ἐς Ἑλλήσποντον, τῷ μὲν λόγῳ, ἐπὶ τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον, τῷ δὲ ἔργῳ, τὰ πρὸς βασιλέα πράγματα βουλόμενος πράσσειν, Duckerus participium βουλόμενος suspectum esse monuit, quod Gailius retinens denuo ostendit, codices mss. per se solos nihil prodesse, nisi quis recte iis uti calleat. Etenim vox ista in Ar. Chr. Dan. Mosqu. Par. B. legitur ante τὰ πρὸς βασιλέα πράγματα, in Reg. autem, et pariter in Gr. Aug. Cass. Cl. Par. C. D. F. prorsus omittitur. Eandem vocem Valla ignorasse videtur, quum simpliciter vertat: "cum rege transigendi negotii gratia." Jam quum rectissime dicatur ἀφικνεῖται πράσσειν, illud autem βουλόμενος ex scholiastæ interpretatione in verba Thucydidis irrepserit, non video quomodo hoc vocabulum jam Duckero suspectum adhuc servari potuerit. Nam quod variata est structura, id sæpissime in nostro scriptore animadvertationem vicisse dici nequeunt, neque ullo modo cum Benedicto, scholiastam et Vallam secuto, ad victum referatur, cujus omnino nondum facta est mentio, passivo sensu accipiendum est. Quam sententiam quum primo dubitanter pronunciassem, ab Hermanno in ea confirmatus sum.

---

* Obiter notamus, quod non poterit non mirum videri, διόλλυσθαι semel apud Thucydidem activam significationem habere. III. 40. Μάλιστα δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρχονται καὶ διόλλυνται, quæ verba jam ab H. Stephano in Thes. s. v. διόλλυμαι laudantur. Schol. Ἐπέρχονται καὶ διαφθείρουσι. Portus: "ad internecionem usque persequuntur," qui sensus omnino flagitatur, ut docet orationis nexus. Vicissim deponens προσεδέχετο IV. 19. quum neque de victore commode intelligatur, quod Athenienses præter suam exspectationem vicisse dici nequeunt…

tes, ubi consilium vel causa, cur quid factum sit, indicatur. I. 72. Ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι, τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους, δηλῶσαι δέ. IV. 86. Οὐκ ἐπὶ κακῷ, ἐπ' ἐλευθερώσει δὲ τῶν Ἑλλήνων παρελήλυθα·— καὶ ἅμα, οὐχ ἵνα ξυμμάχους ὑμᾶς ἔχωμεν, ἢ βίᾳ ἢ ἀπάτῃ προσλαβόντες, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὑμῖν, δεδουλωμένοις ὑπὸ Ἀθηναίων, ξυμμαχήσοντες. Cf. I. 73. init. Quod restat, a Gailio interpretamentum, quod diximus, non esse deletum mirum videri nequit, quum intellexerimus, ineptum illud καί, quod mox in vv. Ἐνεγέγραπτο δὲ τάδε καὶ ἐν αὐτῇ legitur, ipsum ab hoc editore esse retentum, licet in undecim codd. desit, atque a Reiskio et Kistemakero jam damnatum sit, ad quos nuper accessit Benedictus, qui etiam de voce βουλόμενος ejicienda monuit.

Abreschius (Dilucc. Thucc. p. 415.) IV. 44. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τούς τε ἀλλοτρίους νεκροὺς ἐσκύλευον, καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀνῃροῦντο, τροπαῖόν τε εὐθέως ἔστησαν, codices secutus jure expulit ἀλλοτρίους, collato maxime loco V. 74. (non 47. ut in Lips. edit. scribitur.)

Pergimus ad Baverum, qui I. 142. in Πῶς δὴ ἄνδρες γεωργοί, καὶ οὐ θαλάσσιοι, καὶ προσέτι οὐδὲ μελετῆσαι ἐασόμενοι, διὰ τὸ ὑφ' ἡμῶν πολλαῖς ναυσὶν ἀεὶ ἐφορμεῖσθαι, ἄξιον ἄν τι δρῷεν; πρὸς μὲν γὰρ ὀλίγας ναῦς ἐφορμούσας κἂν διακινδυνεύσειαν, πλήθει τὴν ἀμαθίαν θρασύνοντες· πολλαῖς δὲ εἰργόμενοι ἡσυχάσουσι, καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὀκνηρότεροι, nullo codice addicente particulam μή deleri voluit, quippe cui res ipsa adversetur. Quod quam falso ab eo dictum sit, nexu breviter exposito declarabimus. Corinthii in concione, quam Lacedæmone habuerunt, dixerant, Peloponnesios rebus nauticis operam daturos esse (μελετήσομεν τὰ ναυτικά, c. 121.) Ad quæ quidem verba respiciens Pericles Atheniensibus probare studet, nihil ipsis inde esse metuendum. Dicit igitur, longo opus esse studio, si quis rerum maritimarum scientiam sibi parare velit. Nam ne Athenienses quidem perfecte eas didicisse, quamvis statim a Medico bello tractassent (Οὐδὲ γὰρ ὑμεῖς— ἐξείργασθέ πω). Multo minus igitur verendum esse, ne, qui agriculturæ, non autem rebus maritimis operam navent, in bello navali aliquid efficiant, præsertim quum ne hoc quidem sint consecuturi, ut se exerceant, quoniam Athenienses semper pluribus navibus eos sint observaturi. Nam adversus paucas quidem fieri posse ut periclitentur (atque ita se exerceant), sed a multis obsessos eos esse quieturos (ideoque se non exercituros.) Et dum ita se non exerceant, ἐν τῷ μὴ μελετῶντι, eos Atheniensibus imperitiores mansuros esse; quam ipsam imperitiam vicissim in causa fore, ut ad res gerendas segniores sint. Hæc tam apta sunt, ut nihil aptius dixerim. Rectius igitur Baverus pro μή nomen ναῦς delendum esse monuisset, quod quum desit in Reg. (G.) H. Aug. Cass. pro interpretamento habendum est.

L. I. c. 26. pronomen αὐτούς in Ὡς κατάξοντες αὐτούς expungendum esse docuit (in diss. De prooemio Thucydidis p. 38.) Doct. Evers, quem speramus ne inter Helvetos quidem Thucydidis sui immemorem esse, ut pulchros aliquando ex studiis ejus fructus percipiamus. Eum tamen minus sequimur II. 82. ἀπῆλθον ejicientem, quod non mirabitur, qui legerit, quæ de codicibus, in quibus hæc vox deest, supra disputavimus.

Gailius I. 15. in Κατὰ γῆν πόλεμος, ὅθεν τις καὶ δύναμις παρεγένετο, οὐδεὶς ξυνέστη. πάντες δὲ (vel πάντες γάρ, quod est in Aug. Cass. Par. A.) ἦσαν, ὅσοι καὶ ἐγένοντο, πρὸς ὁμόρους τοὺς σφετέρους ἑκάστοις· καὶ ἐκδήμους στρατείας πολὺ ἄπο τῆς ἑαυτῶν ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ οὐκ ἐξῄεσαν οἱ Ἕλληνες, verba πολὺ ἄπο τῆς ἑαυτῶν ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ, quum omittantur in Par. A. pro glossemate vocis ἐκδήμους habuit, ideoque uncis inclusit. Sed ἐκδήμους στρατείας explices quidem per πολὺ ἄπο τῆς ἑαυτῶν, sed minime per ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ, quod quum novam notionem addat, ab ipso scriptore profectum videtur. Verum verba πολὺ ἄπο τῆς ἑαυτῶν et ipse abjecerim. Primum enim contra Thucydidis ingenium addita sunt, quum nihil contineant, quod non jam insit in ἐκδήμους στρατείας. Deinde etiam ideo suspecta sunt, quod Aug. Cass. Cl. verba alio ordine scripta exhibent ἐκδήμους στρατείας ἄπο τῆς ἑαυτῶν πολύ, quod πολύ simul deest in Cass. neque multum eo adjuvatur, quod in scholio quodam legitur, de quibus scholiis non pauca recentissima esse facile intelligas. Unde correctionem nostram probat Hermannus. Paulo ante pro πάντες δὲ ἦσαν, ὅσοι καὶ ἐγένοντο, Gr. Ar. Chr. Dan. Par. B. I. vett. edd. πάντες δὲ ὅσοι ἦσαν καὶ ἐγένοντο, quod Stephanus ita interpungendum censuit, ut comma poneretur post ἦσαν,

cui tamen rationi quodammodo obstat καὶ ante ἐγένοντο. Mihi ἦσαν ex interpretamento irrepsisse videtur, ut legendum sit πάντες δέ (v. γάρ,) ὅσοι καὶ ἐγένοντο, πρὸς ὁμόρους τοὺς σφετέρους ἑκάστοις (sc. ἐγένοντο vel ξυνέστησαν.)

Minus etiam quam in hoc loco Gailium sequor I. 39. Οὓς (τοὺς Κερκυραίους) χρῆν, ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, τότε προσιέναι, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡμεῖς μὲν ἠδικήμεθα, οὗτοι δὲ κινδυνεύουσι, μηδ' ἐν ᾧ ὑμεῖς τῆς τε δυνάμεως αὐτῶν τότε οὐ μεταλαβόντες, τῆς ὠφελείας νῦν μεταδώσετε, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπογενόμενοι, τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας τὸ ἴσον* ἕξετε· πάλαι δὲ κοινώσαντας τὴν δύναμιν, κοινὰ καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἔχειν. ἐγκλημάτων δὲ μόνων ἀμετόχους, οὕτω τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων μὴ κοινωνεῖν. Ubi postremum membrum quum desit in bonis codd. Reg. (Par. G.) H. Aug. Cass. Cl. Par. A. F. Gailio ab aliquo interprete adscriptum videbatur. Et inest sane in his verbis, quod displiceat. Quum enim in antecc. de Corcyræis sermo fuerit, οὓς χρῆν προσιέναι —— κοινώσαντας τὴν δύναμιν κοινὰ καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἔχειν, repente mutata structura inferuntur verba, quæ ad Athenienses spectant, sive de his solis intelliguntur, sive pro generali quadam sententia habentur. Quanquam ejusmodi transitum ab uno subjecto ad alterum Thucydidi haud infrequentem esse infra videbimus. Deinde vero si ἐγκλημάτων ἀμετόχους vertitur "ut criminum socii non fuistis," neque μόνων, quod codices exhibent, neque μόνον, quod in vett. edd. est, neque μόνους, quod Stephanus e conjectura repositurus erat, recte intelligi potest. Nihilominus hæc verba deleri nequeunt. Interpretes enim neque talem sententiam adscripsissent, qua non intelligitur quid illustrare voluerint, neque iis usi essent verbis, quæ tantum abest ut Thucydidis sermonem explicent, ut ipsa etiam explicatione indigeant, et, si quid aliud, scriptoris nostri ingenio conveniant. Quod autem in iis, quos diximus, codicibus hæc verba exciderunt, id vel errore factum est, quum integrum versum efficiant, et terminationes vv. ἔχειν atque κοινωνεῖν eædem sint, vel etiam consulto, quum librarii sensum eorum non perspexissent. Difficultatem autem, quæ inest in μόνων, Hermannus me docuit evanescere, si ἀμετόχους non de præterito, sed de futuro tempore intelligatur. Sensus igitur hic est: "Ita vero, ut solorum criminum participes non reddamini, vos in eorum, quæ Corcyræorum (τούτων) res gestas sequuntur, communionem venire non oportet" i. e. vos quum non eadem, quæ Corcyræi, patraveritis, non eadem decet pati; quod si esset, a solis criminibus eorum liberi essetis, non vero a malis, quæ propter hæc crimina iis inferantur. Τούτων enim de Corcyræis intelligendum esse non dubitabit, qui hoc pronomen in præcedd. ubique ita dictum invenerit. Add. ad h. l. Benedict.

Alio in loco Gailius non multum abfuit, quin nova macula scriptorem nostrum contaminaret. Nam I. 144. leguntur hæc, Νῦν δὲ τούτοις ἀποκρινάμενοι ἀποπέμψωμεν, Μεγαρέας μὲν ὅτι ἐάσομεν etc. Hæc est constans librorum omnium uno excepto scriptura, neque quisquam, qui cum Thucydide familiaritatem quandam contraxerit, in ea hærebit. Sed quum Par. C. post ἀποπέμψωμεν addat ἃ δεῖ Λακεδαιμονίοις ἀποκρίνασθαι, Gailius ineptum hunc pannum non improbandum esse putat. Hanc enim lectionem declarare, Thucydidem sæpe injuria confragosum et præruptum esse vocatum. Nonnisi codices esse consulendos, si eum ab hac reprehensione maximam partem liberari velimus. Hæc Gailius, quem in re aperta vel uno verbo refutare piget. Idem quod hic se facturum minatus est, II. 102. vere fecit. Scribitur ibi Λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρός, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν, quibus Gailius ex pessimo codice F. post μητρός addidit συνέβη. Structuram loci, quæ nonnullos viros doctos fugit, satis expediverunt Baverus ad h. l. Heilm. et Bredov. ad I. 91. Matth. Gr. Gr. p. 773. Herm. ad Vig. p. 832.

Quem modo laudavimus Bredovium, in interpretamentis investigandis Gailio felicior fuit. Nam I. 19. Καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι, οὐχ ὑποτελεῖς ἔχοντες φόρου τοὺς ξυμ-

* Vulgo ἴσον, sed Etymol. M. c. 477. 17. in pedestri sermone ubique ἴσος scribi jubet. Jam in Thucydidis editionibus legitur quidem ἴσος præter hunc locum, in quo tamen Ald. exhibet ἴσος, etiam I. 43. ubi in Ald. pariter invenies ἴσος, II. 44. ubi alteram formam servarunt Cass. et Aug. et II. 65. Sed hæc, et si quæ alia hujus generis exempla reperiantur, omnia corrigenda sunt, quum ἴσος exstet I. 71. 78. 91. 121. 132. II. 37. III. 9. 53. IV. 85. al.

μάχους, ἡγοῦντο,* κατ' ὀλιγαρχίαν δέ, σφίσιν αὐτοῖς μόνον ἐπιτηδείως, ὅπως πολιτεύσωσι θεραπεύοντες. Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς τε τῶν πόλεων τῷ χρόνῳ παραλαβόντες, ἦρχον, πλὴν Χίων καὶ Λεσβίων, καὶ χρήματα τοῖς πᾶσι τάξαντες φέρειν, verbum ἦρχον in Reg. (G.) H. Cass. Bas. Cl. A. C. F. omissum, in Aug. autem m. rec. scriptum, recte deleri jussit. Colo post θεραπεύοντες posito cogitatione repetendum est ἡγοῦντο, quod in Reg. tanquam scholion adscriptum est. Quo spectat etiam scholion Κατ' ὀλιγαρχίαν] ἡγοῦντο δηλονότι, cui falsum caput præfixum est.

Tum I. 39. in Καί φασι δὴ δίκῃ πρότερον ἐθελῆσαι κρίνεσθαι· ἥν γε οὐ τὸν προὔχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τι, δοκεῖν δεῖ τηρεῖν, ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τά τε (quæ particula cum Benedicto e codd. jubente loquendi usu, recipienda†) ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους, πρὶν διαγωνίζεσθαι, καθιστάντα, infinitivus τηρεῖν quum desit in schol. Reg. Aug. Cass. cod. vet. Steph. et aliquot Pariss. dubitari non potest quin sit expungendus. Commate post τί deleto verba λέγειν τι δοκεῖν δεῖ conjungenda sunt, pronomen autem relativum positum est pro demonstrativo cum ἀλλά, ut verba ita resolvenda sint ἀλλ' οὐ τὸν προὔχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς ταύτην προκαλούμενον. Προκαλεῖσθαι enim cum accusativo constructum Thucydidi usitatissimum esse, docuit Schneid. in Lex. Gr. s. h. v. ex quo articulo simul apparet, Schneiderum non aliter, quam Bredovium et nos, de hoc loco sentire.‡ Bredovius autem, — quem secutus est Beckius V. Ill. in Thucydidis novæ recensionis specimine supra laudato, in quo I. 91. ἐν αὐτῇ jure pro suspecto habetur, — etiam I. 118. μεταξύ in Ὅσα πρόφασις μεταξὺ τοῦδε τοῦ πολέμου abjiciendum esse vidit. Ortum est ex iis, quæ paulo post leguntur, Μεταξὺ τῆς [τε] Ξέρξου ἀναχωρήσεως καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦδε τοῦ πολέμου, vel etiam c. 97. Μεταξὺ τοῦδε τοῦ πολέμου καὶ τοῦ Μηδικοῦ.

Sed eidem Bredovio alius locus ab antiquis interpretibus depravatus visus est, quem nos sincerum judicamus. Etenim I. 134. legimus hæc. Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν (hanc enim formam octo Pariss. et plurimi alii codd. exhibent pro altera Κεάδαν, quanquam rem ad liquidum non perducas. cf. Ammon. p. 29. ed. Valck.), οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεσαν. Ubi Bredovius, commate post κακούργους posito, verbum εἰώθεσαν deleri jussit, his ductus argumentis. Primum hoc verbum in aliis libris ante, in aliis post ἐμβάλλειν legi monet. Sed hoc argumentum per se solum non sufficit ad illam vocem ejiciendam, quum duo vocabula juxta se posita sedem suam facillime permutent. Secundum argumentum Bredovius inde repetit, quod ipsum illud vocabulum, de quo disputat, in libris non uno modo scriptum legatur; alios enim habere εἰώθασιν, alios εἰώθεσαν, alios εἰώθεισαν. Sed hi sunt errores ubique obvii atque inde orti, quod terminationes verborum per compendia scribebantur. Denique Bredovius non neglexit afferre, εἰώθεσαν in Reg. recentiori manu scriptum esse. Verum primum hæc vox in omnibus omnino libris reperitur, nec nisi in hoc uno alia manu addita est. Deinde Valla quoque cum vulgata consentit, in qua explicanda etiam scholiastæ laborant. Quorum alter adscripsit ἐμβαλεῖν δηλονότι, quod profecto non fecisset, si Bredovii lectionem in exemplari suo reperisset. Alter vero, nesciens, quomodo ἐμέλλησαν, quod infinitivo destitutum videbatur, explicaret, ei substituendum putavit ἐμέλισαν, quod interpretatur εἰς δύο ἔτεμον. Quis vero eum ad talem scripturam credat confugiturum fuisse, si Thucydides tam perspicue locutus esset, quam eum loquentem introduxit Bredovius? Retineamus igitur verbum εἰώθεσαν, ita tamen, ut et formam εἰώθασιν, quam Bas. Gr. Ar. Chr. Dan. Par. C. D. F. præbent, recipiamus, quoniam Thucydidis ævo instituta Spartanorum adhuc vigebant, et infinitivum post εἰώθασιν collocemus, quo pendeat ab ἐμέλλησαν; quorum

---

* Ex his verbis auctor libri de syntaxi (Bekk. Anecd. I. p. 147.) ἡγεῖσθαι accusativum regere posse cum scholiasta Thucydidis inepte colligit.

† IV. 64. (Οὐκ ἀξιῶ) τῆς τε οἰκείας γνώμης ὁμοίως αὐτοκράτωρ εἶναι καὶ ἧς οὐκ ἄρχω τύχης. Ib. 65. Μεγάλη τε ὁμοίως καὶ ἐνδεεστέρα παρασκευῇ. Unde quod I. 70. legitur Μόνοι ἔχουσί τε καὶ ὁμοίως ἐλπίζουσιν, ex libris corrigendum in ὁμοίως καί, ut intellexit etiam Reisk. Animadvv. p. 11.

‡ Benedictus, qui et ipse nuper deleri jussit τηρεῖν, verba male ita conjunxit ἣν οὐ λέγειν τι δοκεῖν δεῖ, ut ἣν acciperetur pro καθ' ἥν, cujus præpositionis ope omnia explicari posse sunt qui putent.

utrumque suasit etiam Kistemakerus. Vulgatum enim verborum ordinem defendas quidem ita, ut Thucydidem, quæ vel ex antecedentibus vel ex proxime sequentibus facile repeti possint, sæpe omittere dicas. Sic c. 141. statim ab initio leguntur hæc Αὐτόθεν δὴ διανοήθητε, ἢ ὑπακούειν πρίν τι βλαβῆναι, ἤ, εἰ πολεμήσομεν, — — καὶ ἐπὶ μεγάλῃ καὶ ἐπὶ βραχείᾳ ὁμοίως προφάσει μὴ εἴξοντες, μηδὲ ξὺν φόβῳ ἕξοντες ἃ κεκτήμεθα, ubi non participia pro infinitivis posita sunt, ut voluit Gottleberus, sed ex πολεμήσομεν supplendum est πολεμεῖν, ut recte animadvertit Gailius. Adde III. 2. Τῶν λιμένων τὴν χῶσιν, καὶ τειχῶν οἰκοδόμησιν, καὶ νεῶν ποίησιν ἐπιμένον τελεσθῆναι, καὶ ὅσα ἐκ τοῦ Πόντου ἔδει ἀφικέσθαι (i. e. καὶ ἀφικέσθαι ὅσα ἔδει ἀφικέσθαι), τοξότας τε, καὶ σῖτον, καὶ ἃ μεταπεμπόμενοι ἦσαν. Ubi, ut hoc obiter dicam, ex eo, quod unus corruptus codex scribit ἅμα ἃ repetitis literis ᾱ μ̄, Schæferum in Indice ad Longi Pastoralia s. v. στέρεσθαι, nolim eruisse scripturam ἄλλα ἅ, quod ἄλλα, etiamsi diserte non exprimatur, inest in totius orationis conformatione. Similiter intelligenda verba II. 89. Οὐκ ἂν ἡγοῦνται, μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παραπολὺ πράξειν, ἀνθίστασθαι ἡμᾶς (quod pro ὑμᾶς e codd. recipiendum), in quibus Portus ἄξιον τοῦ παραπολὺ perperam dixit valere ἀξιολογώτατον. Demosth. Olynth. I. p. 15. l. 8. ed. Reisk. Οὔτε γάρ, ὡς δοκεῖ, καὶ φήσειέ τις ἂν μὴ σκοπῶν ἀκριβῶς, εὐπρεπῶς, οὐδ' ὡς ἂν κάλλιστ' αὐτῷ τὰ παρόντ' ἔχοι (i. e. οὐδ' οὕτως ἔχει, ὡς ἂν κάλλιστα ἔχοι), οὔτε etc. Ita enim hic locus ex libris scribendus videtur. Similem loquendi usum restituit Platoni Wolfius Sympos. c. 9. eodemque modo cum Jacobsio explicuerim locum Phædonis c. 62. (p. 114. ed. Steph.) Οἳ δὲ δὴ ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τὸ ὁσίως βιῶναι, ubi quod Heindorfius ex uno Theodoreto recepit προκεκρίσθαι, id interpretamentum esse jure dixisse videtur Beckius. Cf. etiam Wyttenbach. Ecll. historr. p. 364. Verum hæc exempla ei, quem tractamus, loco similia quidem sunt, neque tamen prorsus respondent. Accedit, quod optimi codices, Aug. et Cass. quibuscum ex reliquis faciunt Bas. Gr. Par. C. D. F. infinitivum in fine collocant, unde hanc scripturam præferre non dubitavimus.

Neque negligenda sunt, quæ Valckenarius ad Herodot. V. p. 424. de verbis I. 144. Ὅταν κἀκεῖνοι ταῖς ἑαυτῶν ἀποδῶσι πόλεσι, μὴ σφίσι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι, disputavit, in quibus delet τοῖς Λακεδαιμονίοις. Quæ sententia si vera sit, etiam IV. 114. Οὐδ' ἄν, σφῶν πειρασαμένους αὐτοὺς τῶν Λακεδαιμονίων, δοκεῖν ἧσσον — — εὔνους ἂν σφίσι γενέσθαι, qui locus fugit virum præstantissimum, τῶν Λακεδαιμονίων expungendum est. Quod qui faciat, ei equidem non multum repugnem.

Porro in vv. I. 22. Καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν ἀτερπέστερον φανεῖται· ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν, καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις, κατὰ τὸ ἀνθρώπειον, τοιούτων ὄντων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτά; ἀρκούντως ἕξει, participium ὄντων quum desit in novem Pariss. plerisque aliis codd. vett. edd. Dionysio et scholiasta, expellendum esse recte judicavit Schæferus ad Soph. Trachin. v. 1066. assentiente Benedicto, qui hoc uno excepto nihil de his verbis monuit, de quibus tamen accuratius dicendum videtur, quum et multis virorum doctorum dubitationibus obnoxia fuerint, et mihi ipsi diu difficillima visa sint. Nam quum præconceptis quibusdam opinionibus tenerer, nondum fortassis verum intellexissem, nisi, quem Germania inter philologorum principes colit, Wolfius, mihi succurrisset, cujus Summi Viri in me humanitatem non possum satis prædicare. Missis igitur Abreschii et Reiskii nugis, quas commemorare piget, nonnisi ea, quæ Bavero, Corayo, Kistemakero, Wyttenbachio, Hermanno in mentem venerint, exponam, antequam eam, quam equidem solam probo, rationem proferam. Et Baverus quidem hæc adscripsit: " Ὅσοι βουλήσονται, i. e. si qui voluerint; sequitur enim ἀρκούντως ἕξει, satis erit; vel, si ὅσοι verteris quicunque, in ἀρκ. ἕξει suppleveris τούτοις vel αὐτοῖς. Ita omnia plana erunt. Satis erit, inquit, si qui voluerint hæc (a me posita) judicare utilia σκοπεῖν, i. e. ὥστε σκοπεῖν, vel πρός, εἰς τὸ σκοπεῖν τὸ σαφές, exploratam veritatem et gestarum rerum et eorum, quæ alio tempore futura et eventura sint eadem, vel similia, ut sunt res humanæ. Vel sic: si qui voluerint considerare fidem exploratam rerum gestarum, et illa judicare utilia τῶν μελλόντων, sc. πέρι, i. e. πρὸς τὰ μέλλοντα, κατὰ τὰ μέλλ. ad futura, qua futura, ad ea, quæ more et ordine ingeniorum et

casuum humanorum rursus, eodem ordine vel simili, processura sint, his vero satis fuerit." Sed neque σκοπεῖν ex ὠφέλιμα κρίνειν pendere potest, quum verba ita nimis essent trajecta, et ὠφέλιμα τῶν μελλόντων pro πρὸς τὰ μέλλοντα ne Græcum quidem est. Sed tale quid in Bavero non nimis acerbe vituperandum est, quippe cujus ætate nihil non ellipsium ope explicari posse crederetur. Corayum autem, virum Græci sermonis peritissimum, similiter suppleto ἕνεκα junxisse ὠφέλιμα τῶν μελλόντων, non possumus satis mirari. Aliam viam inierunt reliqui tres, quos nominavimus, viri docti, qui non interpretatione, sed correctione opus esse putarunt. Et Kistemakerus quidem deleri jussit ἔσεσθαι, quæ ratio nimis temeraria est. Hermannus autem olim in diss. De præceptis quibusdam Atticistarum locum interpunctione mutata sanari posse existimavit. Virgulam enim non post ἔσεσθαι, sed ante hoc verbum poni jussit, locum sic interpretatus. "Qui autem volent rerum gestarum veritatem considerare, et futura si quando rursus, ut sunt res humanæ, eadem vel similia sint, utilem esse ad ea judicanda hanc historiam, his factum erit satis." Sed primum ita non ἔσεσθαι ὠφέλιμα, sed ὠφέλιμα ἔσεσθαι scribendum erat, quum vis inesset in ὠφέλιμα. Deinde non intelligeretur, cur in altero membro infinitivus præsentis σκοπεῖν, in altero futuri infinitivus usurpatus esset. Denique participium ὄντων retinendum esset, quod contra criseos leges fieret. Quæ difficultates quum non laterent tantum virum, postea, quæ est ejus in me humanitas, mihi significavit, sibi hac sententia relicta ante ὠφέλιμα articulum τά inserendum, comma autem non post ἔσεσθαι, sed post ὠφέλιμα collocandum videri, ut hoc vocabulum bis cogitetur. Id vero quanquam interdum fit apud Thucydidem, ut modo vidimus, ea tamen ratione fieri, ut adjectivum, quod in protasi est, in apodosi etiam cogitatione addatur, non memini. Neque hæc emendatio adhuc, opinor, Hermanno probatur. Quod si locus hunc in modum corrigendus esset, amplecterer certe sententiam a Wyttenbachio Ecll. historr. p. 369. propositam, qui ipse articulum ante ὠφέλιμα addens, comma ponit post κρίνειν, ut hic sit verborum sensus. "At hæc historia sufficiet iis, qui volent cum fidem spectare rerum gestarum, tum judicare, quid utile actu sit in rebus futuris, quæ, ut sunt humana, similes ac tales esse solent, quales res gestæ ac præteritæ." Sed articuli in omnibus libris ne minimum quidem exstat vestigium, quo fit, ut hæc correctio in ejusmodi scriptore, qualis est Thucydides, in quo rarissima, imo fortassis nulla sunt vocabulorum prorsus exstinctorum exempla, admodum suspecta sit. Alia etiam hic conjicias, ut articulum τῶν delendum esse, sed ab his omnibus abstinendum putamus, quoniam vulgata optime explicari potest. Ad quam quidem explicationem viam nobis munimus proposita Stephani interpretatione, quæ hæc est. "Ac quatenus quidem ea nihil fabulosi admixtum habent, minus fortasse auditu suavia erunt: quicunque autem volent veritatem eorum, quæ evenerint, considerare, nec non eorum, quæ, ut sunt res humanæ, vel talia omnino vel similia sint eventura, illis satis erit, ea esse utilia judicare." Tria maxime sunt, quæ Stephanus, editorum Thucydidis facile princeps, h. l. recte observavit. Primum participium ὄντων rejicit, quod post eum demum in Thucydidis verba illatum est, sed rursus expellendum esse vidimus. Deinde bene jungit καὶ τῶν μελλόντων — ἔσεσθαι cum τὸ σαφὲς σκοπεῖν. Partim enim accurate sibi respondent verba τῶν τε γενομένων — καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, partim genitivus τῶν μελλόντων ἔσεσθαι in sequentibus prorsus non habet, unde pendeat. Neque quidquam Thucydidis loquendi usui magis convenit, quam ut verba τὸ σαφὲς σκοπεῖν inter utramque sententiam inde pendentem inserantur, quo facilius in pronunciando voce subsistas. I. 2. Οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον, οὔτε τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. 12. Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ Σικελίας τὸ πλεῖστον Πελοποννήσιοι, τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία. Cf. c. 21. init. 25. 26. Denique Stephanus κρίνειν non cum καί conjungit, ut infinitivus, pariter ac σκοπεῖν, ex βουλήσονται repetatur, sed ad sequentia refert. Quod faciendum esse inde apparet, quia, si κρίνειν ad illud καί pertineret, genitivus τῶν μελλόντων explicari non posset, quoniam ita cum τὸ σαφές non cohæreret. Hæc ut bene intellecta sunt a Stephano, ita cuique statim contra ejus interpretationem in mentem venit dubitatio, an τὸ σαφὲς τῶν μελλόντων ἔσεσθαι per ipsam rei naturam dici nequeat. Qua de re audiamus primum ipsum. "Fateor tamen"

ita scribit "duriusculum posse hoc videri, veritatem eorum, quæ sunt eventura; quomodo enim veritatem eorum, quæ nondum evenerunt, aliquis potest considerare? Sed quamvis continuare orationem sub eodem casu maluerit Thucydides, videlicet genitivo, eumque comitetur nominis σαφές repetitio, tamen non aliam Thucydidis mentem esse debemus arbitrari, quam si mutato casu dixisset, καὶ τὰ μέλλοντά ποτε αὖθις τοιαῦτα καὶ παραπλήσια ἔσεσθαι." Sed hæc posita magis quam demonstrata sunt. Etenim non quidem me fugit, Græcos, si quæ vocabula aliunde pendentia præcesserint, interdum alia etiam iis annectere, quorum proprie diversa est ratio. Thuc. I. 141. Τὰ δὲ τοῦ πολέμου καὶ τῶν ἑκατέροις ὑπαρχόντων ὡς οὐκ ἀσθενέστερα ἕξομεν, γνῶτε καθ' ἕκαστον ἀκούοντες, ubi exspectes καὶ τὰ ἑκατέροις ὑπάρχοντα. Lysiæ orat. funebr. vol. V. p. 100. ed. Reisk. Ἐπιστάμενοι τὴν μὲν πόλιν ἠρημωμένην, τὴν δὲ χώραν πορθουμένην, καὶ μεστὴν τῶν βαρβάρων, ἱερῶν δὲ καιομένων, ἁπάντων δ' ἐγγὺς ὄντων τῶν δεινῶν, i. e. ἱερὰ δὲ καιόμενα, ἅπαντα δ' ἐγγὺς ὄντα τὰ δεινά. Sed talis licentia nonnisi ibi admitti potest, ubi nulla exsistit ambiguitas, ideoque ab hoc loco, aliena est. Bene igitur monuit Gailius, τὸ σαφές aliter, quam factum est a Stephano, esse explicandum. Sed quam ipse ei tribuit notionem, ut non verum, sed certum indicet, ("Σαφές ne signifie pas le vrai, mais le certain, ce dont on ne peut pas douter,") ea nihil lucramur, quum omne futurum incertum sit. Idem etiam in eo erravit, quod σκοπεῖν explicuit per cognoscere (connoître), quum sit considerare. Meliora nos docuit Illustris Vir, quem loci intelligendi auctorem nobis fuisse supra diximus, monens, per τὸ σαφές designari perspicuum, in clara luce positum. Describi enim verbis ὅσοι δὲ βουλήσονται — ἔσεσθαι homines politicos, quorum animis res et gestæ et futuræ clare obversentur. (*"Politische Köpfe, welche die geschehenen und künftigen Ereignisse in klarem Lichte betrachten, und sich das Detail derselben vorstellen wollen."*) Idem autem Vir Summus aliud vidit, quod a Stephano non recte acceptum sit. Postrema enim si reddamus "illis satis erit ea esse utilia judicare (s. ad utilem judicandam hanc historiam)," Thucydidem nimis arroganter loqui. Quamobrem non τούτοις ad ἀρκούντως ἕξει, sed τούτους ad ὠφέλιμα κρίνειν supplendum esse. Quod factum jam a Gailio, qui vertit: "il (me) suffira que cette histoire soit jugée utile par ceux qui etc." Omnis igitur locus hunc habet sensum, quem vernacule exprimere placet. *"Für das Gehör wird vielleicht das Nichtfabelhafte dieser Begebenheiten minder ergötzend erscheinen: wenn aber Männer, die das Geschehene und das, was sich einst wieder, nach dem Gange der menschlichen Schicksale, auf gleiche und ähnliche Art ereignen möchte, in klarem Lichte betrachten wollen, (wenn solche Männer, sage ich,) diese Begebenheiten (und deren Erzählung) für nützlich achten, so wird diess genügen."* Vides, quam egregie ita sibi respondeant ἀτερπέστερον et ὠφέλιμα, et quam bene præparetur ea, quæ statim sequitur, sententia, in qua et ipsa utile opponitur dulci, Κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν, ξύγκειται, ubi Benedictus præter necessitatem legi voluit κτῆμά γε.

Rarissima sunt exempla vocabulorum in vulgatis editionibus temere abjectorum, sed unum tamen in promtu habemus. II. 72. Ὑμεῖς δὲ πόλιν μὲν καὶ οἰκίας παράδοτε ἡμῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ γῆς ὅρους ἀποδείξατε, καὶ δένδρα ἀριθμῷ τὰ ὑμέτερα, καὶ ἄλλο εἴ τι δυνατὸν ἐς ἀριθμὸν ἐλθεῖν. αὐτοὶ δὲ μεταχωρήσατε ὅποι (f. ὅπη, si vera sunt, quæ Hermannus disputavit ad Eurip. Herc. f. 1236. et ad Vig. p. 789.) βούλεσθε, ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ. ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ, ἀποδώσομεν. μέχρι δὲ τοῦδε (ita scribendum pro μέχρι δὲ τοῦ δὲ) ἕξομεν παρακαταθήκην. Post ἀποδώσομεν in vett. edd. addebatur ὑμῖν, ἃ ἂν παραλάβωμεν, quæ verba a recentioribus editoribus non sine omni, ut videtur, codicum auctoritate abjecta sunt. Sed leguntur tamen ea in Reg. Aug. Cass. Bas. Cl. Gr. Ar. Chr. Dan. Par. C. D. pariterque apud Dionysium, et agnoscuntur etiam a Valla. Huc accedit, quod, si ea absint, ἀποδώσομεν nimis nude positum videtur. Denique similis terminatio verborum ἀποδώσομεν et παραλάβωμεν in causa esse poterat, ut in nonnullis codicibus verba ista exciderent. Quæ quum ita sint, equidem cum Benedicto veterum editionum scripturam revocaverim. Præterea pro παράδοτε ἡμῖν cum codicibus fere omnibus scribendum ἡμῖν παράδοτε; Lacedæmonii enim se Atheniensibus et Thebanis opponunt.

CAP. 6.

Interpretamenta, de quibus Benedictus monuit. Mutatio structuræ in sententiis, quibus causæ alicujus rei continentur. Acarnaniæ et finitimarum regionum brevis descriptio.

Restat denique, ut de Benedicto dicamus, qui nonnulla nobis præripuit, quorum nos primos mentionem facturos esse sperabamus. Ita in verbis I. 107. Νομίσαντες δὲ ἀπορεῖν, ὅπῃ διέλθωσιν, ἐπεστράτευσαν αὐτοῖς. καί τι καὶ * τοῦ δήμου καταλύσεως ὑποψία ἦν, quum verbum substantivum in omnibus libris desit, minore interpunctione post αὐτοῖς posita scribendum conjeci ὑποψίᾳ, quod etiam Benedicto in mentem venisse postea intellexi. Quam conjecturam Thucydide haud indignam spero judicabit, qui noverit ejus ingenium. Partim enim, ut paulo ante vidimus, nihil magis amat quam eum verborum ordinem, quo, quæ ad duo membra pertinent, in medio collocantur, partim, quemadmodum omnino verborum structuram frequenter mutat, ita nonnunquam, ubi duæ causæ, cur quid factum sit, indicandæ sunt, alteram per dativum substantivi, alteram per participium vel particulam ὅτι cum verbo finito exprimit. Sic c. 80. leguntur hæc, Ὥστε μήτε ἀπειρίᾳ ἐπιθυμῆσαί τινα τοῦ ἔργου, μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα, quæ a Porto et Stephano temere sunt sollicitata. Verbo autem ἦν addendo delectati esse videntur editores. Idem enim codd. jubentibus delendum II. 13. in vv. Τὰ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο, καὶ τοῦ Πειραιῶς ξὺν Μουνυχίᾳ, ἑξήκοντα μὲν σταδίων ὁ ἅπας περίβολος, τὸ δ' ἐν φυλακῇ ὄν, ἦν ἥμισυ τούτου.

Deinde Benedictus I. 112. verba καὶ Κυπρίοις et 113. καὶ ἀνδραποδίσαντες ejicienda esse vere monuit. Idem valet de verbis τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες II. 78. quæ et externis et internis argumentis damnantur, quorum hæc paulo accuratius indicari poterant. Peloponnesios enim magnam exercitus partem, antequam murus, quo Platæas cingerent, confectus esset, dimisisse, neque per se verisimile est, quum verendum esset, ne Athenienses, obsessis opem ferentes, omnem rem impedirent, et repugnat iis, quæ paulo post diserte leguntur, eos absoluto demum opere in suas quemque urbes discessisse. Sed verbis τὸ δὲ λοιπὸν ἀφέντες deletis majorem exercitus partem existimabimus vel in finitimas Bœotiæ urbes interea abiisse, quo facilius aleretur, vel alio in loco se tenuisse, ubi eos, qui ad Platæas relicti erant, facile ab Atheniensium impetu, si quem facerent, defenderet.

Sed III. 57. Εἰ δὲ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα (οὐ γὰρ ἀφανῆ κρινεῖτε τὴν δίκην τήνδε, ἐπαινούμενοι δὲ περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτῶν), ὁρᾶτε, ὅπως μὴ οὐκ ἀποδέξωνται, ἀνδρῶν ἀγαθῶν πέρι, αὐτοὺς ἀμείνους ὄντας, ἀπρεπές τι ἐπιγνῶναι, verba ἐπαινούμενοι δὲ—μεμπτῶν Benedictus damnavit argumentis satis miris. Negat enim apte additam esse particulam δὲ post ἐπαινούμενοι, et hanc particulam potissimum sibi indicare dicit, hæc verba ex interpretamento orta esse. Sed quamnam aliam particulam desideravit Vir Doctus? Nonne verba sententiæ negativæ opposita (οὐκ ἀφανῆ κρινεῖτε τὴν δίκην, ἐπαινούμενοι δέ) voculam ἀλλὰ vel δὲ præfixam habere e sexcentis locis intellexit? Pergit ita: "Ipsa laus, quam sibi in verbis περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτῶν tribuunt Platæenses, nimium fastum indicat, neque cum hominum supplicum deprecatione bene convenire videtur." At qui statim se vocant ἄνδρας ἀγαθούς Benedicto non repugnante, eos cur nolis οὐ μεμπτοὺς a se dici? Solum argumentum, quod aliquam vim habere videatur, in eo positum est, quod a Valla hæc verba non expressa sunt. Sed huic interpreti, nisi vel librorum auctoritas vel aliæ causæ accedant, hac in re fides habenda non est, quum nonnunquam integras sententias vel errore vel nescio qua de causa omittat. Cf. IV. 34. ubi εἶχόν τε οὐδὲν σφίσιν αὐτοῖς χρήσασθαι non expressit, et IV. 67. ubi ἐκ πολλοῦ τεθεραπευκότες τὴν ἄνοιξιν τῶν πυλῶν omisit, de quibus verbis sane obscurioribus et a vulg. interprete

---

* Benedictus e quinque libris legi jussit καίτοι καί, sed perperam. Frequentissime enim Thucydides conjungit voculas καί τις καί s. καί τι καί ut II. 15. 17. 93. IV. 4. (ubi pro καί τι cum Wassio legendum καί τι καί) IV. 14. 221. (ubi vid. Ducker.) al. Quibus interdum aliam particulam mediam inserit, ut καί πού τι καί II. 87. (v. supra p. 42.) καὶ γάρ τι καί IV. 31. 83. alibi vero priori καί alia substituit, ut ἅμα δέ τι καί IV. 83. In quibus omnibus exemplis quum novum verbum his particulis subjiciatur, conjectura ὑποψίᾳ quodammodo dubia redditur.

scholiastam secuto pessime versis cf. H. Stephan. in Thes. s. v. θεραπεύω.

Difficillimus est locus III. 114. Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι, ἀπελθόντων Ἀθηναίων καὶ Δημοσθένους, τοῖς ὡς Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους καταφυγοῦσιν Ἀμπρακιώταις καὶ Πελοποννησίοις ἀναχώρησιν ἐσπείσαντο ἐξ Οἰνιαδῶν. οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους. De cujus tamen difficultatibus non prius recte judicabitur, quam quæ Acarnaniæ et finitimarum regionum Thucydidis ævo fuerit facies, breviter expositum fuerit, quod eo magis faciendum est, quo plura in hoc genere vel neglecta vel male tradita sunt.

Ex iis populis, quorum in Thucydidis verbis laudatis mentio fit, maxime ad septentriones vergunt Ambraciotæ, qui apud Thucydidem Ἀμπρακιῶται scribuntur. V. Wasse ad III. 105. Quum Corinthiorum coloni essent II. 80. cl. Pausan. p. 172. ed. Sylb. in bello Peloponnesiaco ad Lacedæmoniorum socios pertinebant, donec ab Acarnanibus et Amphilochis ad pacem ineundam cogerentur. Quorum Amphilochorum erant finitimi, et inter utrosque duo colles siti erant, qui Thucydidi vocantur Ἰδομένη III. 112. 113. cujus nominis semel III. 113. etiam pluralis forma reperitur, si, ut videtur, vera ibi est lectio. Qui colles ad utrius nationis regionem pertinuerint, non liquet. Amphilochorum primaria urbs fuit Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν, quod apud Danvillium a mari nimis remotum videtur. Nam non tantum ἐν τῷ Ἀμπρακικῷ κόλπῳ conditum dicitur II. 68. sed etiam ἐπιθαλάσσιον appellatur. III. 105. Ejus conditorem Thucydides dicit Amphilochum Amphiarai filium Argivum II. 68. qua in re alii scriptores ab eo dissentiunt. V. ibi Intpp. Amphilochi socii erant Acarnanum et Atheniensium. Quinque et viginti stadia ab Argivorum urbe remotum in eorum regione ad mare situm erat propugnaculum Ὄλπαι III. 105. et sæpius sqq. capp. ter etiam, III. 107. 111. 113. Ὄλπη dictum. Cujus castri incolas quum Stephanus Byz. Olpæos vocatos esse moneat, Berglerus ad illum Stephani locum de iis sermonem esse putavit Thuc. III. 101. Ὀλπαῖοι δὲ ὁμήρους μὲν ἔδοσαν, ἠκολούθουν δ' οὔ. Qua in re vehementer falsus est, quum ibi de Locrorum quadam natione agatur. Aliud Amphilochiæ oppidum commemoratur Κρῆναι III. 105. quod apud Danvillium desideratur, sed cujus situs facile potest constitui. Acarnanes enim ibi castra posuerant, quo Peloponnesios, ex Ætolia per Acarnaniam profecturos, prohiberent, quo minus cum Ambraciotis, qui Olpis erant, se conjungerent. Peloponnesii vero extremis Medeonis finibus peragratis in Agræorum regionem conversi sunt, et superato Thyamo monte inter Argivorum urbem et præsidium, quod Crenis erat, transierunt. III. 106. Crenas igitur necesse est inter Argos et Medeonem sitas fuisse. Præterea commemoratur Μητρόπολις, quæ urbs, quam et ipsam frustra quæres apud Danvillium, Olpis proxima erat. III. 107. A Stephano Byz. Acarnaniæ urbs dicitur, quum Amphilochi modo Epirotis (v. Strab. t. I. p. 502. ed. Almelov.) modo Acarnanibus annumerentur. Qui Acarnanes, propter peritiam fundis hostes petendi celebres II. 81. socii erant Atheniensium II. 68. exceptis Œniadis. II. 102. Finitimi erant Ætolorum, a quibus Achelous (Ἀχελῷος apud Thucyd. Ἀχελῶος sine ι subscr. apud Strab. et alios) eos disjungebat. Peloponnesii enim quum ex Ætolia Acarnaniam invaderent, Acheloum transisse leguntur. III. 106. Strab. 690. Αἰτωλοὶ καὶ Ἀκαρνᾶνες ὁμοροῦσιν ἀλλήλοις, μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχελῶον ποταμόν· Ἀκαρνᾶνες μὲν τὸ πρὸς ἑσπέραν μέρος ἔχοντες τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, Αἰτωλοὶ δὲ τὸ πρὸς ἕω. Acarnanum maxima urbs erat Στράτος, sita ad Acheloum II. 102. qui Strabone teste (l. l.) prius Thoas dicebatur. Serioribus temporibus Stratus Ætoliæ annumerabatur. V. quos laudavit Wasse ad II. 82. Thucydidis autem ævo si quis ex Ætolia Acarnaniam intrabat, Strato ad dextram et reliqua Acarnania ad sinistram relicta perveniebat Phytiam, Φυτίαν, inde Medeonem, Μεδεῶνα, denique Limnæam, Λιμναίαν. III. 106. Quem pagum muris non cinctum, II. 80. qui, si Stephano Byz. fides est, jam Argivorum erat, necesse est inter Medeonem et fines Argivorum atque Agræorum situm fuisse, quum Peloponnesii inde ad Agræos converterentur. Falsissime igitur a Danvillio ad sinum Ambracicum inter Argos et Anactorium collocatur. Ex nostra autem locorum descriptione satis stabilitur scriptura Ἀργείας II. 80. cui contra omnium librorum et scholiastæ auctoritatem ex VV. DD. conjectura inde a Gottlebero substitutum est Ἀγραίας. Qua conjectura quam facile supersedeamus antequam demonstretur, de Agræis exponere

juvat. Hi non possunt pro Acarnanica natione haberi. Nam quum ex Acarnanibus soli Œniadæ Peloponnesiorum amici fuisse legantur II. 102. III. 94. idem tamen III. 106. 111. de Agræis dicitur, sed ita ut eorum urbs in priore loco diserte οὐκέτι Ἀκαρνανίας esse perhibeatur. Consentit Stephanus Byz. qui Agræos, de quibus hoc loco sermo est (nam erat etiam Arabicus populus ita nominatus) vocat ἔθνος πλησίον Ἀκαρνάνων, denique Strabo p. 690. qui Ætolis eos annumerat. Finitimi erant Argivorum III. 111. a quibus Thyamo monte separabantur. Eos vero non tantum inter orientem solem atque meridiem, sed etiam inter orientem atque septentriones ab Amphilochis spectasse, inde colligas, quod II. 102. Achelous ex Pindo fluere fertur διὰ Δολοπίας, καὶ Ἀγραῶν, καὶ Ἀμφιλόχων, καὶ διὰ τοῦ Ἀκαρνανικοῦ πεδίου. Ubi voce Ἀγραῶν eosdem indicari, qui alibi Agræi appellantur, clare docent Strabonis verba l. l. τὸν Ἀχελῶον ποταμὸν ῥέοντα ἀπὸ τῶν ἄρκτων καὶ τῆς Πίνδου πρὸς νότον διά τε Ἀγραίων καὶ Ἀμφιλόχων. Unde dubitari non potest, quin etiam apud Thucydidem scribendum sit Ἀγραίων. (Ita IV. 77. pro Ἀγραίους nonnulli codices præbent Ἀγράους.) Etiamsi enim, ut Stephanus Byz. tradit, hic populus ab Eratosthene Ἀγραεῖς dictus sit, Thucydides tamen ubique altera forma utitur. Jam quum Agræi inter Dolopes et Amphilochos commemorentur, sequitur, eos etiam in septentriones spectasse. Utcunque est, Ambraciotas nondum potuerunt attingere propter Dolopum sedes. Cnemus igitur cum Peloponnesiis, Ambraciotis et reliquo exercitu Acarnanes aggressurus, ex Ambracia primum per Argivorum regionem, διὰ τῆς Ἀργείας (non Ἀγραίας) profectus est, qui quum jam prius II. 68. Ambraciotis resistere non potuissent, non metuendum erat, ne majoris exercitus iter impedirent. Qui exercitus deinde recta via per Limnæam Stratum petiit. Sed Eurylochus quum ab Ætolia Limnæam pervenisset III. 106. per situm locorum potuit quidem ipse statim regionem Argivorum intrare. Sed quo Acarnanes, qui Crenis eum exspectabant, evitaret, ad dextram conversus est, et longiori quidem, sed tutiori itinere per Agræos in Amphilochiam irrupit. Ex mediterraneis Acarnaniæ urbibus restant Κόροντα II. 102. (cf. Steph. Byz.) quorum situs accuratius describi non potest. Mari autem adjacebat primum Anactorium, quod situm erat ad ostium Ambracici sinus (ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου). I. 55. Commune erat Corinthiorum atque Corcyræorum, sed ab illis captum atque incolis instructum est l. l. unde Anactorii inter Lacedæmoniorum socios referuntur II. 9. Postea eorum urbs ab Atheniensibus et Acarnanibus capta est, atque ab his incolas accepit. IV. 49. Haud procul inde remotum erat Actium, Ἄκτιον, Strab. p. 691. oppidum et promontorium, Steph. Byz. Anactorii agri, quod et ipsum ad ostium Ambracici sinus situm erat, et ubi clarum Apollinis templum conspiciebatur. I. 29. Ex Thucydide intelligi non potest, utrum Anactorium an Actium sinus ostio propius fuerit, quum de utroque prorsus eadem formula utatur. Sed rem conficit Strabo p. 693. Ἀπὸ τοῦ στόματος ἀρξαμένοις καὶ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, πρῶτόν ἐστιν Ἀκαρνάνων χωρίον τὸ Ἄκτιον· ὁμωνύμως δὲ λέγεται τό, τε ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος καὶ ἡ ἄκρα ἡ ποιοῦσα τὸ στόμα τοῦ κόλπου, ἔχουσα καὶ λιμένα ἐκτός. τοῦ δ' ἱεροῦ τετταράκοντα μὲν σταδίους ἀπέχει τὸ Ἀνακτόριον, ἐν τῷ κόλπῳ ἱδρυμένον. Ipsum sinum Ambracicum describit Strabo p. 500. ubi Polybii locum adscripsit Casaubonus. Ducenta et quadraginta stadia ab Actio distabat Leucas Strab. p. 693. quæ quum antiquitus peninsula esset, a Corinthiis per Cypselum et Gargasum illuc missis (unde Leucadii a Thucydide Corinthiorum coloni vocantur I. 30.) isthmus perfossus est. Strab. l. l. Sed serius eum necesse est redditum esse pristinæ formæ, quæ Thucydidis ætate ei erat, quum naves machinarum ope eum superarent. III. 81. IV. 8. ubi vid. Hudson. Intra isthmum Leucas urbs et templum Apollinis situm erat. III. 94. Præterea Thucydides commemorat Νήρικον III. 7. quod oppidum secundum Strabonem l. l. a Leucade non diversum est, cui tamen rei nonnihil repugnare videtur, quod Thucydides utriusque nominis mentionem facit. Cæterum in bello Peloponnesiaco Leucadii Lacedæmoniorum erant socii. II. 9. cl. Diod. Sic. XII. p. 506. E regione Leucadis atque Acarnaniæ sita erat Cephallenia insula, Atheniensium socia, cujus quatuor erant civitates, Παλεῖς (uti pro Παλῆς restituendum. cf. I. 27.) Κράνιοι, Σαμαῖοι, Προναιοι (qui non eodem modo a scriptoribus appellantur. V. Intpp. Steph. Byz. s. v. Κράνιοι.) II. 30. Strabo p. 695.

Τετραπόλεως οὔσης τῆς νήσου, μία τῶν τεττάρων ἐστὶν ἡ καὶ Σάμος καὶ Σάμη καλουμένη. Id. p. 698. Ἡ (Σάμος) νῦν μὲν οὐκέτ' ἐστίν, ἴχνη δ' αὐτῆς δείκνυται, κατὰ μέσον τὸν πρὸς Ἰθάκῃ πορθμόν· οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς Σαμαῖοι καλοῦνται. αἱ δ' ἄλλαι καὶ νῦν εἰσὶν ἔτι μικραὶ πόλεις τινές, Πρώνησος καὶ Κράνιοι (ubi quartæ urbis nomen excidisse recte monuit Casaub.) Redimus ad continentem, et Leucade versus meridiem proficiscimur, ducem secuti Strabonem, quum Thucydides situm locorum accurate non indicet. Strabo igitur p. 704. extrema et p. 705. scribit hæc. Ἀπὸ Λευκάδος ἑξῆς Πάλαιρος, καὶ Ἀλυζία τῆς Ἀκαρνανίας ἐστὶ πόλις, ὧν ἡ Ἀλυζία πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάττης διέχει σταδίους.——Εἶτα ἄκρα Κριθωτὴ καὶ Ἐχινάδες καὶ πόλις Ἀστακός.——Εἶτ' Οἰνιάδαι καὶ ὁ Ἀχελῷος. Quanquam sunt, quæ in hac enumeratione desideres. Non enim mentio fit urbis Sollii, quam Corinthii in his regionibus possidebant. In cujus quidem urbis scriptura non sibi constant editores Thucydidis, quum II. 30. præbeant formam Σόλιον, V. 30. Σόλειον et III. 95. Σόλλιον. Hanc genuinam esse formam intelligimus ex Stephano Byz. Σόλλιον, Κορίνθου πολίχνιον· Θουκυδίδης δευτέρᾳ, ubi forma per duplex λ confirmatur et literarum ordine, et iis, quæ statim subjiciuntur. Sic etiam Palæri incolæ II. 30. male scribuntur Παλιρεῖς, quum optimi codices et Strabo exhiberi jubeant Παλαιρεῖς. Astacus autem (qua quum apud Thuc. II. 30. 33. et Steph. Byz. accentum habeat in prima syllaba, in Strabonis exemplaribus l. l. et apud Thuc. II. 102. scribitur Ἀστακός; qua de re anceps est judicium), vix recte a Strabone Echinadibus insulis postponitur, quippe quæ in extrema Acarnaniæ ora sitæ fuerint. Non multum enim distabant ab Acheloi ostiis, et nonnullæ earum Thucydidis ætate jam cum continente junctæ erant, cæterisque idem eventurum esse scriptor præsagiebat. II. 102. Consentit Strabo, cujus hæc sunt verba p. 702. Ταύτης (τῆς Ζακύνθου) καὶ τῆς Κεφαλληνίας πρὸς ἕω τὰς Ἐχινάδας ἱδρύσθαι νήσους συμβέβηκεν, ὧν τό, τε Δουλίχιόν ἐστι (καλοῦσι δὲ νῦν Δολίχαν) καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς ὁ ποιητὴς θοὰς εἶπε. καὶ ἡ μὲν Δολίχα κεῖται κατὰ Οἰνιάδας, καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἀχελῴου· καὶ αἱ λοιπαὶ δ' Ἐχινάδες πλείους εἰσὶ πᾶσαι λυπηραὶ καὶ τραχεῖαι, καὶ πρὸ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Ἀχελῴου, πεντεκαίδεκα σταδίους· ἀφεστῶσα ἡ ἀπωτάτη, ἡ δ' ἐγγυτάτω πέντε, πελαγίζουσα πρότερον· ἀλλ' ἡ χοῦς τὰς μὲν ἐξηπείρωκεν αὐτῶν ἤδη, τὰς δὲ μέλλει, πολλὴ καταφερομένη. Cf. id. Strab. 103. 539. et Herodot. II. 10. qui ita scribit. Ὃς (Ἀχελῷος) ῥέων δι' Ἀκαρνανίης, καὶ ἐξιεὶς ἐς θάλασσαν, τῶν Ἐχινάδων νήσων τὰς ἡμίσεας ἤδη ἤπειρον πεποίηκε. Erant desertæ neque magnæ, et refugium præbuisse dicuntur Alcmæoni Amphiarai filio. E regione Echinadum habitabant Œniadæ (quorum genitivus quum II. 82. III. 94. et 114. recte scribatur Οἰνιαδῶν, quod II. 102. editur Οἰνιάδων, cum Benedicto, quem vide p. 82. corrigendum est), apud quos Achelous in mare se exonerabat (ὁ Ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους——διὰ τοῦ Ἀκαρνανικοῦ πεδίου, ἄνωθεν μὲν παρὰ Στράτον πόλιν, ἐς θάλασσαν διεξιεὶς παρ' Οἰνιάδας II. 102. ubi pro διεξιείς scripserim δὲ ἐξιείς. Cf. Herod. verba.) eorumque urbem stagnis circumdabat, ut hieme non liceret expeditionem contra eos suscipere. Thuc. l. l. De quibus stagnis plura legi possunt apud Strab. p. 705. Œniadæ soli ex Acarnanibus Peloponnesiorum amici erant II. 102. III. 94. sed tandem ab omnibus Acarnanibus societatem cum Atheniensibus inire coacti sunt. IV. 77.

Ex hac locorum descriptione quum Œniadas ab Agræis longissime dissitos fuisse manifesto appareat, quomodo tandem Acarnanes et Amphilochi Ambraciotis et Peloponnesiis, qui ad Agræos confugerant (Διέφυγον ἐς τὴν Ἀγραΐδα, ὅμορον οὖσαν, καὶ Σαλύνθιος αὐτούς, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀγραίων, φίλος ὤν, ὑπεδέξατο. III. 111.), concessisse perhibeantur, ut ex Œniadis recederent (Τοῖς ὡς Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους καταφυγοῦσιν Ἀμπρακιώταις καὶ Πελοποννησίοις ἀναχώρησιν ἐσπείσαντο ἐξ Οἰνιαδῶν. οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους. III. 113.)? Hac in re ne unum quidem e Thucydidis vel editoribus vel interpretibus hæsisse piaculum est, et, quanta fuerit eorum negligentia, aperte declarat. Nam Benedictus quidem verba καὶ Ἀγραίους, ubi altero loco leguntur, quum vehementer langueant, et desint in optimis codicibus, Aug. Cass. Cl. Gr. Par. D. F. G. H. I. Valla, recte monuit delenda esse, atque hæc erat causa, cur hujus periodi in hoc capite mentionem injiceremus. Sed iis sublatis nondum quidquam factum est ad removendam eam difficultatem, quam indicavimus. Cui alia etiam accedit, quæ inest in verbis οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλύνθιον, quæ non puncto, sed nonnisi commate ab anteceden-

tibus sejungenda sunt. Quæ si de Ambraciotis atque Peloponnesiis intelligeremus, nihil profecto ineptius scribi poterat, quam eos, qui apud Salynthium versabantur, abeundi venia impetrata ad eum ipsum, quocum erant, abiisse. Sumamus igitur, pronomen οἵπερ de Œniadis interpretandum esse. Ita pro ἐξ Οἰνιαδῶν scripseris ἐπ' Οἰνιαδῶν, hoc sensu: Ambraciotis atque Peloponnesiis fœdere facto permiserunt, ut ad Œniadas (in Œniadarum regionem) se conferrent, qui (Œniadæ) et ipsi una cum illis (μετανέστησαν) ad Salynthium venerant. Nam ἐπί cum genitivo, ubi de motu in locum sermo est, vel ex formula ἀπέπλευσαν ἐπ' οἴκου notissimum est. Cf. Gottl. ad I. 60. et Dorvill. ad Charit. p. 451. ed. Lips. qui excepta formula ἐπ' οἴκου nonnisi in nominibus propriis hanc structuram admittit. Ita igitur Œniadæ cogitandi essent in subsidium Ambraciotarum atque Peloponnesiorum venisse, quibus accepta clade ad Œniadas se recipiendi facultas data esset, apud quos naves conscenderent domum reversuri. Quam explicationem confirmes simili evento, quod tertio anno belli Peloponnesiaci accidit, ubi Cnemus Lacedæmonius ad Stratum ab Acarnanibus victus est, καὶ Οἰνιαδῶν ξυμπαραγενομένων κατὰ φιλίαν, ἀναχωρεῖ παρ' αὐτούς. κἀκεῖθεν ἐπ' οἴκου ἀπῆλθον ἕκαστοι. II. 82. Eundem sensum fortassis adeo e vulgata elicias, si Thucydidem pro ἀναχώρησιν ἐσπείσαντο ἐπ' Οἰνιαδῶν καὶ ἐξ Οἰνιαδῶν ἐπ' οἴκου, omisso eo, quod interjiciendum erat, membro ἐπ' Οἰνιαδῶν, statim locum nominasse dixeris, unde patria erat repetenda. Quamvis hæc nimia esset brevitas. Omni vero huic interpretationi, ex qua pronomen relativum de Œniadis accipitur, sunt quæ opponas. Primum enim si Œniadæ Ambraciotis et Peloponnesiis auxilium tulissent, mirum esset, hanc rem nonnisi obiter addi in verbis, quæ si deessent, ad orationis integritatem non desiderarentur. Quod fieri solet in iis sententiis, quæ vel aliunde jam notæ sunt, vel per se facile intelliguntur, non autem ibi, ubi prorsus nova res commemoratur. Deinde pro οἵπερ καὶ μετανέστησαν exspectares οἵπερ καὶ αὐτοὶ μετανέστησαν. Jam quum de meliore correctione excogitanda ipse desperarem, ad Hermannum confugi, qui mecum communicavit conjecturam ingeniosissimam quidem, sed de cujus tamen veritate nondum potui mihi persuadere. Scribi enim jubet ἐξ Οἰνιαδῶν, οἵπερ καὶ μεταvέστησαν παρὰ Σαλυνθίου. "De eo convenerunt, ut Ambraciotis et Peloponnesiis discedere liceret ex Œniadis, quo se a Salynthio receperant." Sed ita pactionem tum demum factam esse statueremus, quum Ambraciotæ et Peloponnesii ab Agræis jam ad Œniadas pervenissent. Quod iter si, antequam cum Acarnanibus pacti essent, facere potuissent, pactione omnino non opus fuissent. Nam ab Œniadis, quum Atheniensium classis recessisset, facile poterant mari domum redire; sed ex Agræorum regione, quæ mediterranea et Acarnanum agris ab Œniadis separata erat, illis invitis non licebat excedere. Sin aoristo μετανέστησαν non plusquamperfecti, sed præteriti notionem tribueres, pro ἐξ Οἰνιαδῶν denuo requireretur ἐπ' Οἰνιαδῶν. Præterea Σαλύνθιον quamvis alibi sine dubitatione mutetur in Σαλυνθίου, hic tamen jam antiquitus lectum esse ex ipso additamento καὶ Ἀγραίους, quod vulgo adjicitur, manifestum est. Quæ quum ita sint, ulcus, quo hæc verba laborant, nondum sanatum existimamus, sed nonnisi de medicina ei adhibenda admonuisse nobis videmur, si quis alius forte nobis felicior sit medicus.

Cap. 7.

Interpretamenta nondum ab aliis detecta. Ἤ—ἤ non poni pro καί—καί. De præpos. παρά cum genitivo. Ellipsis vocis κόλπος etc.

Accedimus ad ea vel librariorum vel grammaticorum additamenta, quæ adhuc omnes viros doctos latuisse videntur.

I. 24. Ἐγένετο ἡ τῶν Ἐπιδαμνίων πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. Bas. Par. C. D. E. Vind. Ar. Chr. Dan. Mosqu. marg. Steph. pro πόλις præbent δύναμις, Cl. autem et Gr. δύναμις καὶ πόλις. In δύναμις non quadrat adjectivum πολυάνθρωπος; πόλις autem neque errore neque interpretationis causa in δύναμις mutari potuit. Utrumque igitur pro glossemate habendum videtur; πόλις enim in ejusmodi formulis sæpe omitti et notum est et docuit Lamb. Bos. p. 398. ed. Schæf. Δύναμις autem mirum est etiam I. 10. in vv. Καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται

in Ar. Chr. Dan. Mosqu. legi pro μοίρας. Unde fortassis ibi quoque Thucydidem utroque substantivo omisso scripsisse suspiceris Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο νέμονται. Quam sæpe enim vocabula μέρις, μοῖρα, μέρος cogitatione addenda sint, non est quod demonstremus.

I. 58. Ποτιδαιᾶται δὲ πέμψαντες μὲν καὶ παρ' Ἀθηναίους πρέσβεις, εἴ πως πείσειαν μὴ σφῶν πέρι νεωτερίζειν μηδέν, ἐλθόντες δὲ καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα μετὰ Κορινθίων, ἔπρασσον ὅπως ἑτοιμάσαιντο τιμωρίαν, ἣν δέῃ. ἐπειδὴ ἔκ τε Ἀθηναίων ἐκ πολλοῦ πράσσοντες οὐδὲν εὕροντο ἐπιτήδειον, ἀλλ' αἱ νῆες αἱ ἐπὶ Μακεδονίαν καὶ ἐπὶ σφᾶς ὁμοίως ἔπλεον, καὶ τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ὑπέσχοντο αὐτοῖς, ἢν ἐπὶ Ποτίδαιαν ἴωσιν Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβαλεῖν, τότε δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀφίστανται μετὰ Χαλκιδέων καὶ Βοττιαίων κοινῇ ξυνομόσαντες. Duo his insunt, quæ vulgatam ferri non posse doceant. Primum enim in verbis ἐπειδὴ ἔκ τε Ἀθην. copulam desiderari facile quisque videt, cui tamen vitio sine difficultate succurras, si vel cum Reiskio ἐπεὶ δὲ, vel ἐπειδὴ δέ scripseris. Sed gravius mendum latet in ipsa sententia. Verba enim ἔπρασσον ὅπως ἑτοιμάσαιντο τιμωρίαν e vulgata scriptura non solum cum ἐλθόντες ἐς τὴν Λακεδαίμονα, sed etiam cum πέμψαντες παρ' Ἀθηναίους πρέσβεις conjungenda sunt, ut satis docent particulæ μὲν—δέ, et verbo finito destitutum participium πέμψαντες. Sed ita orationem necti non posse ex rei ipsius natura manifestum est. Auxilii enim impetrandi causa Lacedæmonem adire oportebat Potidæatas; Athenas nonnisi ideo venire poterant, ut Atheniensibus persuaderent, ne quid de ipsorum civitatis statu mutarent. Quemadmodum igitur εἴ πως πείσειαν μὴ σφῶν πέρι νεωτερίζειν μηδέν nonnisi cum πέμψαντες παρ' Ἀθηναίους πρέσβεις cohæret, ita ὅπως ἑτοιμάσαιντο τιμωρίαν ἣν δέῃ, ad alia verba quam ad ἐλθόντες ἐς τὴν Λακεδαίμονα referri non potest. Quod ita faciendum est, ut servato ἐπειδή vocem ἔπρασσον ejiciamus, qua deleta et commate post δέῃ posito elegantissimam periodum habebimus. Ἔπρασσον autem pro inepta glossa habendum est, quam adscripsit, qui, quum longioris periodi nexum non perspexisset, verbo finito sermonem carere putaret. Quam sententiam qui concepisset, eum ἔπρασσον addidisse non mirum est, quum et frequens sit formula πράσσειν ὅπως, et statim sequatur ἐκ πολλοῦ πράσσοντες, quibus verbis illa dictio in memoriam revocatur.

80. Καὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὑμῶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὁρῶ· —— εὕροιτε δ' ἂν τὸν πόλεμον τόνδε, περὶ οὗ νῦν βουλεύεσθε, οὐκ ἂν ἐλάχιστον γενόμενον. Pro τὸν πόλεμον τόνδε Gr. Chr. Mosqu. τόνδε τὸν πόλεμον, sed Reg. (Par. G.) H. Aug. Cass. Cl. Valla τὸν πόλεμον omittunt, quod verum est, quum ex verbis πολλῶν πολέμων ἔμπειρός εἰμι hoc nomen facile repetatur.

122. Καὶ οὐκ ἴσμεν, ὅπως τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν οὐκ ἀπήλλακται, ἀξυνεσίας, ἢ μαλακίας, ἢ ἀμελείας. Hæc est vulgata scriptura, quam interpretati sunt: "Neque intelligimus, hæc (hanc nostram agendi rationem) tribus maximis malis (s. vitiis) non carere, imprudentia, vel ignavia, vel socordia." Sed primum ita pro ὅπως potius exspectaretur ὅτι, quum illud non sit quod, sed quomodo s. qua ratione. Deinde vero οὐκ ante ἀπήλλακται aperte correctori debetur, qui sensum antiquæ lectionis non percepit. Deest enim hæc particula in omnibus præstantioribus codicibus, Aug. Bas. Cass. Cl. Gr. Par. C. E. G. nec non apud schol. ad. c. 127. neque expressa est a Valla, qui hæc habet: "ignari, quomodo ab his tribus maximis incommodis eximamur." Jam vero negatio si ab ipso scriptore profecta esset, quomodo in omnibus præstantioribus libris excidere potuerit, non intelligimus. Particulæ igitur ὅπως suam vim tribuimus, atque ejecto οὐ sensum et nexum verborum hunc esse existimamus. "Patres nostri Græciam liberarunt, nos vero quum privatos homines, qui imperium affectant, tollamus, totam civitatem tyrannum fieri sinimus; quod dum facimus, ignoramus, quomodo talis agendi ratio a tribus maximis incommodis libera sit, sed eam intelligimus necessario cum uno horum trium malorum conjunctam esse, vel cum inscitia, vel cum ignavia, vel cum socordia. Ita simul patet falsum esse, quod scholiasta tradit, ἢ—ἢ positum esse pro καὶ—καί, quod nusquam fieri potest, attamen in nonnullis Thucydidis locis ab interpretibus sumtum est, quorum locorum gravissimus quum et nostri quodammodo similis sit, et viros doctos admodum vexaverit, a nobis hac data opportunitate explicabitur. I. 33. Τὸν δὲ πόλεμον, δι' ὅνπερ χρήσιμοι ἂν εἶημεν, εἴ τις ὑμῶν μὴ οἴεται ἔσεσθαι, γνώμης ἁμαρ-

τάνει, καὶ οὐκ αἰσθάνεται, τοὺς Λακεδαιμονίους φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ πολεμησείοντας, καὶ τοὺς Κορινθίους δυναμένους παρ' αὐτοῖς, καὶ ὑμῖν ἐχθροὺς ὄντας, καὶ προκαταλαβόντας ἡμᾶς νῦν ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν, ἵνα μὴ τῷ κοινῷ ἔχθει κατ' αὐτῶν μετ' ἀλλήλων στῶμεν, μηδὲ δυεῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς, ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι. Ubi quum scholiasta θάτερον suppleri voluisset, quod Gottleberus et Kistemakerus probarunt, Levesquius atque Gailius ἢ — ἢ copulative accipiendum esse contenderunt, quorum nescio utrum ineptius dicam. Alii ad correctionem confugerunt, ἓν excidisse statuentes, quod placuit etiam Schæfero ad L. Bos. p. 184. præter necessitatem, ut mihi quidem videtur. Corinthii enim in Corcyræos impetum facere leguntur, ne duobus excidant. Jam qui duobus non vult excidere, is, si minus duo, certe alterutrum cupit consequi. Unde " ne duobus excidant" idem est quod " ut alterutrum adipiscantur," et sensus totius loci hic est. " Corinthii priusquam vos (Athenienses) invadant, nos (Corcyræos) in ditionem suam redigere student, ne communi odio ducti contra eos ab iisdem partibus stemus, neque duobus, quæ sibi parent, excidant, sed alterutrum potius prius (quam in vos impetum faciant) consequantur, vel hoc, ut nos (si iis resistamus et cedere nolimus) malis afficiant, vel hoc, ut se ipsos (si nos perterriti iis subjiciamur) corroborent atque potentiam suam augeant." Φθάσαι præpositum est, quod ad utrumque membrum, ἢ κακῶσαι, ἢ βεβαιώσασθαι, pertinet, et adjunctum habet infinitivum, ut etiam alibi, monente Matthiæo Gr. Gr. p. 802. Sed redimus ad locum c. 122. in quo quum rationem nostram cum Hermanno communicassemus, hic gravissimus judex olim quidem vulgatam retineri maluit, postea vero sententiam nostram sibi non improbari nobis significavit. Sed quum de iis, quæ proxime leguntur, a multis parum recte statui viderimus, ea paucis illustrabimus. Verba οὐ γὰρ δὴ πεφευγότες ταῦτα etc. quorum nexum interpretes desiderarunt, rationem reddunt, cur inscitia, ignavia atque socordia tria maxima sint mala, ita ut ante γάρ, ut sæpe, omissa sit brevis sententia, hoc modo. " Hæc agendi ratio non potest non cum uno trium summorum malorum conjuncta esse, vel cum inscitia, vel cum ignavia, vel cum socordia. Quæ summa dico mala, quod, quum ea non effugeritis, καταφρόνησιν, *Ueberklugheit*, induistis, quæ tamen plurimis jam detrimento fuit, ideoque alio etiam (μετωνόμασται) et illi quidem contrario nomine ἀφροσύνη, *Unklugheit*, vocata est." Quod quum Hermanno nimis acerbe dictum videretur, simulque notioni verbi μετονομάζειν non prorsus satisfactum esse putaret, denique καταφρονήσεως vocabulum (de quo cf. II. 62.) ab ipso scriptore quodammodo explicatum cuperet, nobiscum communicavit conjecturam ἀφροσύνη, ut sensus hic sit. " Vos in καταφρόνησιν incidistis, quæ quum proprie ἀφροσύνη diceretur, mutato nomine (μετωνόμασται) hoc, quod ἀφροσύνη contrarium est (ὄνομα ἀφροσύνῃ ἐναντίον,) καταφρονήσεως nomine insignita est." Quam conjecturam quominus amplectamur, impedit partim verborum ordo, quum dativum adjectivo ἐναντίον propius adjunctum velis, partim hoc, quod καταφρόνησις, propterea quod multis perniciem infert (ἐκ τοῦ πολλοὺς σφάλλειν,) non nomine ἀφροσύνη contrario, igitur καταφρονήσεως, sed ipso ἀφροσύνης nomine appellanda esse videtur.

II. 6. Τοῖς Ἀθηναίοις ἠγγέλθη εὐθὺς τὰ παρὰ τῶν Πλαταιέων γεγενημένα. Τὰ παρὰ τῶν Πλαταιέων γεγενημένα vertunt " res a Platæensibus gestæ;" sed hoc sensu uti non licet præpositione παρά, sed nonnisi præpositionibus ὑπό, πρός, interdum etiam ἐκ. Si scriptura sincera esset, verba significarent " res apud Platæenses gestæ." Παρά enim cum genitivo interdum, et cum dativo, valet apud, neque apud poetas solos, ut dixit Matthiæ p. 862. sed, quamvis rarissime, etiam apud prosæ orationis scriptores, quam in rem locus exstat II. 41. (Λέγω) καθ' ἕκαστον δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ' ἄν* εἴδη, καὶ μετὰ

---

* Hæc enim particula ex plerisque libris recipienda. Ejus bis positæ e Thucydide exempla sunt hæc. Ἄλλους γ' ἂν οὖν οἰόμεθα, τὰ ἡμέτερα λαβόντας, δεῖξαι ἂν μάλιστα, εἴ τι μετριάζομεν. I. 76. Ὑμεῖς γ' ἂν οὖν, εἰ καθελόντες ἡμᾶς ἄρξαιτε, τάχα ἂν τὴν εὔνοιαν, ἣν διὰ τὸ ἡμέτερον δέος εἰλήφατε, μεταβάλοιτε. I. 77. Similiter post insertam sententiam conditionalem repetitur I. 136. ubi Kistemakerus pro ἐκεῖνον δ' ἂν male conjecit ἐκ. δ' αὖ (cujus generis conjecturam etiam IV. 18. 114. al. proposuit,) et II. 94. ubi nonnisi deteriores libri particulam proscri-

χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι. Hic vero quum alii codices exhibeant περί (quæ notissima est confusio, cf. Dorvill. ad Char. p. 285. et 628. Bast. ad Gregor. p. 830. al.) alii, ut Par. C. G. H. I. præpositionem prorsus ignorent, παρά delendum est. Nam τὰ τῶν Πλαταιέων γεγενημένα ita dictum est ut c. 19. τὰ τῶν ἐσελθόντων Θηβαίων γενόμενα.

29. Ὁ μὲν ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος νῦν καλουμένης γῆς ὁ Τηρεὺς ᾤκει. Voces ὁ Τηρεύς explicationis causa ad ὁ μέν additæ non a scriptore sed ab interpretibus profectæ videntur, quum non tantum minus commodo loco positæ sint, et libri inter Τηρεύς et Τήρης fluctuent, sed hoc etiam exstet scholion Ἀλλ' ὁ μέν] ὁ Τηρεὺς ὁ ἀρχαῖος.

65. Τοσοῦτον τῷ Περικλεῖ ἐπερίσσευσε τότε, ἀφ' ὧν αὐτὸς προέγνω, καὶ πάνυ ἂν ῥᾳδίως περιγενέσθαι τὴν πόλιν τῶν Πελοποννησίων αὐτῶν τῷ πολέμῳ. Τὴν πόλιν quum desit in Aug. Cass. Reg. (G.) H. neque lectum sit a Valla, ut versio ejus, quamvis pessima, tamen clare docet (" Adeo suppeditabant Pericli, quæ ipse præviderat, et quidem facile sane ad resistendum in eo bello Peloponnensibus,") expungendum est. Infinitivum si de ipso Pericle intelligi nolis, ex præcedentibus facile suppleveris αὐτούς, i. e. τοὺς Ἀθηναίους. Pronomen autem αὐτῶν, quod pluribus offensioni fuit, recte a nonnullis explicatum est per μόνων. Nam hoc sibi vult scriptor. " Athenienses quum per tres annos et Peloponnesiis, et Siculis, atque sociis, qui defecerant, denique Cyro resisterent, Peloponnesiis solis facillime superiores fuissent."

67. Πορευόμενοι ἐς τὴν Ἀσίαν ὡς βασιλέα, εἴ πως πείσειαν αὐτὸν χρήματά τε παρέχειν καὶ ξυμπολεμεῖν, ἀφικνοῦνται ὡς Σιτάλκην πρῶτον τὸν Τήρεω ἐς Θρᾴκην, βουλόμενοι πεῖσαί τε αὐτόν, εἰ δύναιντο, μεταστάντα τῆς Ἀθηναίων ξυμμαχίας, στρατεῦσαι ἐπὶ τὴν Ποτίδαιαν, οὗ ἦν στράτευμα τῶν Ἀθηναίων πολιορκοῦν, καὶ παῦσαι βοηθεῖν τε αὐτοῖς, καί, ᾗπερ ὥρμηντο, δι' ἐκείνου πορευθῆναι πέραν τοῦ Ἑλλησπόντου ὡς Φαρνάκην τὸν Φαρναβάζου, ὃς αὐτοὺς ἔμελλεν ὡς βασιλέα ἀναπέμψειν. Neque editorum neque interpretum quemquam excepto Kistemakero, qui tamen et ipse nihil mutandum censet, in hoc loco hæsisse, profecto mirum est. Nam quid est quod, postquam legimus, legatos Sitalcæ persuadere voluisse, ut relicta Atheniensium societate Potidæatis auxilium ferret, additur καὶ παῦσαι βοηθεῖν τε αὐτοῖς, quæ verba et prorsus superflua sunt, quum jam contineantur illis μεταστάντα τῆς Ἀθηναίων ξυμμαχίας, et minus etiam exprimunt, quum nihil dicant de expeditione Potidæam facienda. Præterea particula τέ dupliciter inepta est. Primum per se, quippe quæ verba καὶ παῦσαι βοηθεῖν αὐτοῖς cum altero membro connectat, quum propter sensum ad superius membrum referenda et primariæ sententiæ hæ sint, βουλόμενοι πεῖσαί τε αὐτὸν στρατεῦσαι καὶ δι' ἐκείνου πορευθῆναι. Deinde propter locum, quem occupat, ex quo non ad universam sententiam, sed ad solum infinitivum βοηθεῖν pertineret, unde sequeretur, etiam πορευθῆναι e παῦσαι pendere. Quibus omnibus consideratis nemo, opinor, negabit, ineptum hunc pannum delendum esse, quem ignorant Reg. (G.) H. Aug. Bas. Cl. Valla.

96. Ἀνίστη δὲ καὶ Ἀγριᾶνας, καὶ Λαιαίους, καὶ ἄλλα ὅσα ἔθνη Παιονικά, ὧν ἦρχε, καὶ ἔσχατοι τῆς ἀρχῆς οὗτοι ἦσαν, μέχρι Γρααίων καὶ Λαιαίων, καὶ τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ, ὃς ἐκ τοῦ Σκομίου ὄρους διὰ Γρααίων καὶ Λαιαίων ῥεῖ· οὗ ὡρίζετο ἡ ἀρχὴ τὰ πρὸς Παίονας αὐτονόμους ἤδη. Sitalces ad expeditionem dicitur evocasse Agrianos, Lææos, et, quibuscunque imperabat, Pæonicas nationes. Hi, Agrianes, et Lææi, extremi in ejus imperio fuisse leguntur usque ad Graæos et Lææos. Lææi igitur extremi fuerunt usque ad Lææos? An quid ineptius cogitari potest? Vulgatus quidem interpres Thucydidi ita succurrere studuit, ut pronomen οὗτοι de solis Agrianibus intelligeret, sed hoc est ex arbitrio vocabulorum sensum constituere. De Lææis non minus quam de Agrianibus verba explicanda esse, docent etiam, quæ sequ. cap. leguntur, ἡ ἀρχὴ ἡ Ὀδρυσῶν ἐς ἤπειρον ἀπὸ Βυζαντίου ἐς Λαιαίους. Aliam igitur rationem iniit Gattererus, qui in commentatione de Thracia secundum Herodotum et Thucydidem p. 115. et 124. editionis vernaculæ a Schlichthorstio curatæ duplex Lææorum genus distinguit, quorum alteri Odrysarum imperio subjecti, alteri vero liberi fuerint. Quod si volu-

---

bunt. I. 36. Βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον τῷδ' ἂν (male vulgo τῷ δ' ἄν) μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε. Cf. Lib. de synt. in Bekk. Anecd. I. p. 128. Gregor. Cor. p. 43. Herm. ad Vig. p. 814. sqq. Sturz. Lex. Xenoph. I. p. 174.

isset historicus, clarius debebat scribere, neque dicere Λαιαίων Παιόνων, sed Λαιαίων αὐτονόμων. Nam quum etiam Pæonicæ gentes Sitalcæ parerent, adjecto Παιόνων liberi Lææi non discernerentur ab iis, qui sub Odrysarum ditione erant. Aliquid hic turbatum esse declarant libri. Bas. enim, Par. D. et I. præbent μέχρι γὰρ Λαιαίων, omissis verbis Γρααίων καί, Gr. autem et Par. E. μέχρι γὰρ Γρααίων καὶ Λαιαίων, unde Thucydidem simpliciter scripsisse puto μέχρι Γρααίων Παιόνων. Quod Γρααίων quum propter præcedens Λαιαίους in γὰρ Λαιαίων depravatum esset, in aliis libris, ut in Gr. et E. utraque scriptura confusa, in aliis autem γάρ, quod ineptum esse intelligebatur, deletum est. Ita orta est vulgata lectio μέχρι Γρααίων καὶ Λαιαίων, præsertim quum hæ voces statim sequenti versu, et ibi quidem recte, conjunctæ legantur.

III. 87. Ὥστε Ἀθηναίους τε μὴ εἶναι ὅ, τι μᾶλλον τούτου ἐπίεσε, καὶ ἐκάκωσε τὴν δύναμιν. Optimi codices, Reg. (G.) H. Aug. Cass. Cl. Gr. Par. C. F. exhibent ὥστε Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι ὅ, τι μᾶλλον ἐκάκωσε τὴν δύναμιν, quæ brevior lectio expressa etiam est a Valla: "adeo ut nihil magis Atheniensium vires afflixerit." Non minus scholiasta scripturam μᾶλλον ἐκάκωσε τὴν δύναμιν, omissis iis, quæ interjecta sunt, secutus est, τούτου tamen in explicatione addidit, quod interpretamentum deinde in Basiliensem, qui in reliquis cum scriptura codicum modo laudatorum consentit, receptum est. Vulgata tamen lectio ipsa satis antiqua est, quippe quam scholiasta in alio codice invenerit. Ex ea ἐπίεσε καί transiit in Ar. Chr. Dan. D. I. qui tamen ex altera scriptura Ἀθηναίων et omissionem pronominis τούτου servarunt. Hanc pessimorum codicum scripturam Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι ὅ, τι μᾶλλον ἐπίεσε καὶ ἐκάκωσε τὴν δύναμιν amplexus est Benedictus. At Thucydides nusquam dicit πιέζειν τὴν δύναμίν τινος, sed ubique πιέζειν τινά. Cf. II. 52. 54. al. Verum a vulgatis exemplaribus recedendum esse dubitari non potest, quum non tantum particula τέ inepta sit, τούτου autem interpretamentum sapiat, sed etiam omnis hæc scriptura et exiguam e codicibus habeat auctoritatem, et verbosior sit, quam quæ Thucydidis ingenio conveniat. Verumtamen si ὥστε Ἀθηναίων γε μὴ εἶναι ὅ, τι μᾶλλον ἐκάκωσε τὴν δύναμιν ab eo scriptum putemus, prorsus non intelligatur, quomodo alicui in mentem venire potuerit, ut ἐπίεσε καί inserendum censeret. Suspiceris igitur accusativum Ἀθηναίους recte se habere, et Thucydidem scripsisse ὥστε Ἀθηναίους γε μὴ εἶναι ὅ, τι μᾶλλον ἐκάκωσε τὴν δύναμιν, quod efficere facile poterat, ut alii accusativum in genitivum mutarent, alii vero novum verbum adderent.

92. Ὑπὸ τῶν Οἰταίων καὶ αὐτοὶ πολέμῳ ἐφθείροντο. Πολέμῳ præstantissimorum codicum auctoritate delendum; perperam enim repetitum est e verbis, quæ paulo ante leguntur, οἱ Τραχίνιοι πολέμῳ ἐφθαρμένοι ὑπὸ Οἰταίων.

97. Τῷ δὲ Δημοσθένει τοιόνδε τι οἱ Μεσσήνιοι παρῄνουν, ὅπερ καὶ τοπρῶτον· ἀναδιδάσκοντες αὐτόν, τῶν Αἰτωλῶν ὡς εἴη ῥᾳδία ἡ αἵρεσις, ἰέναι ἐκέλευον ὅτιτάχιστα ἐπὶ τὰς κώμας, καὶ μὴ μένειν, ἕως ἂν ξύμπαντες ἀθροισθέντες ἀντιτάξωνται, τὴν δ' ἐν ποσὶν ἀεὶ πειρᾶσθαι αἱρεῖν. Scholiastam ἐκέλευον non legisse docet hæc ejus interpretatio, Τῷ δὲ Δημοσθένει τοιόνδε τι παρῄνουν οἱ Μεσσήνιοι, ἰέναι αὐτὸν ἐπὶ κώμην ἑκάστην, διδάσκοντες αὐτόν, ὅτι ῥᾳδία ἐστὶν ἡ αἵρεσις αὐτῶν, πρὶν συστραφῆναι πάντας, καὶ ἅμα γενέσθαι. Eandem vocem ne a Valla quidem, cujus hæc est versio: "Ibi Demosthenem Messenii, tale quiddam quale prius admonendum, faciles esse Ætolos ad debellandum, hortabantur ut quamprimum iret ad vicos etc." repertam esse partim inde, quod nonnisi duobus verbis utitur (admonendum—hortabantur,) quum in Græcis vulgo tria sint (παρῄνουν—ἀναδιδάσκοντες—ἐκέλευον,) partim vero etiam e confusa hujus interpretationis ratione manifestum est. Commate igitur post τοπρῶτον posito glossatorum additamentum abjiciendum est.

107. Παραγίγνονται ἐς τὸν Ἀμπρακικὸν κόλπον. Κόλπον quum desit in Reg. (G.) H. Cass. Cl. in Aug. autem rec. m. scriptum sit, ex interpretamento ortum esse existimandum est. Vox enim κόλπος in ejusmodi formulis omitti potest, quam in rem exempla, quorum unum ex ipso Thucydide petitum est, leguntur apud Lamb. Bos. de ell. p. 229.

IV. 46. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, καθ' ὃν ταῦτα ἐγίγνετο, καὶ Εὐρυμέδων καὶ Σοφοκλῆς, ἐπειδὴ ἐκ τῆς Πύλου ἀπῆραν ἐς τὴν Σικελίαν ναυσὶν Ἀθηναίων, ἀφικόμενοι ἐς Κέρκυραν, ἐστράτευσαν μετὰ τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ τοὺς ἐν τῷ ὄρει τῆς Ἰστώνης Κερκυραίων καθιδρυμένους. Aug. Cass. Cl. Par. H. omittunt καθ' ὅν. Abjecto κατά retinemus ὅν, quod propter ultimam syllabam vocis χρόνον excidit, ut

Thucydides ita scripserit, Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὃν ταῦτα ἐγίγνετο; nam hæc est ratio, qua loqui solet. III. 17. Κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον, ὃν αἱ νῆες ἔπλεον. III. 18. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὃν οἱ Λακεδαιμόνιοι περὶ τὸν ἰσθμὸν ἦσαν. III. 94. Περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὃν ἐν τῇ Μήλῳ οἱ Ἀθηναῖοι κατείχοντο.

Tractavimus eos locos, quos additamentis corruptos esse, vel certo, vel saltem cum aliqua probabilitate dicere posse nobis videbamur. Addamus alia quædam exempla, quæ vel ita comparata sunt, ut in utramque partem de iis disputetur, vel, quamvis in corruptionis suspicionem vocari possint, tamen non videntur sollicitanda esse.

Illius generis sunt verba I. 1. Τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους, de quibus πρὸς ἑκατέρους quum desint in Cass. Vind. Par. A. C. E. in Aug. autem m. rec. scripta sint, suspecta esse possunt. Longe enim facilius intelligitur, quomodo omissa a librariis addi, quam quomodo posita abjici potuerint. Magnum etiam pondus suspicioni nostræ eo accessit, quod Fr. Aug. Wolfius, quocum eam communicaveramus, se jam dudum de his verbis dubitasse nobis significavit. Sed quum ξυνίστασθαι, ubi de populis in diversas partes abeuntibus dicitur, ejusmodi additamentum pæne flagitare videatur, quoniam sine eo contrarium potius denotet, et præter multos codices scholiasta etiam et Valla vulgatum tueantur, equidem rem in medio relinquo.

Ad alterum genus refero primum verba II. 87. Τέχνη δὲ ἄνευ ἀλκῆς οὐδὲν ὠφελεῖ, quæ abesse malis, quum fere repetitio sint præcedentium Ἄνευ δὲ εὐψυχίας οὐδεμία τέχνη πρὸς τοὺς κινδύνους ἰσχύει. Sed obstat Stobæi auctoritas, qui locum laudat p. 88. edit. a. 1609. ita tamen ut pro ἀλκῆς exhibeat αὐτῆς, si sana est scriptura.

Tum III. 25. vulgo legimus hæc, Ὅ, τε χειμὼν ἐτελεύτα οὗτος, καὶ τέταρτον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε. Sed alterum ἐτελεύτα deest in Reg. (Par. G.) et H. atque in Cass. et Par. I. ante τῷ πολέμῳ legitur. Verum satis defenditur locis his. II. 103. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα οὗτος καὶ τρίτον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θ. ξ. ubi alterum ἐτελεύτα nonnissi a corruptis codicibus abest. III. 88. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα, καὶ πέμπτον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα (hic enim verborum ordo e codd. restituendus) τῷδε, ὃν Θ. ξ. Cf. IV. 51. 133. et alios locos, in quibus hæc formula repetitur.

Denique mentionem injicere placet verborum Τὰ μὲν οὖν ἐς τὸν ἡμέτερόν τε ἀκούσιον Μηδισμὸν καὶ τὸν ὑμέτερον ἑκούσιον Ἀττικισμὸν τοιαῦτα ἀποφαίνομεν, quæ exstant III. 64. Ubi verba καὶ τὸν ὑμέτερον ἑκούσιον Ἀττικισμόν cum Reg. et Cass. omitti nequeunt; continent enim id, de quo maxime in præcedentibus sermo fuit, quum de studio, quo Thebani Medos prosecuti sunt, jam prius pleraque dicta sint, unde cap. 62. exeunte legimus, Καὶ τὰ μὲν ἐς τὸν Μηδισμὸν τοιαῦτα ἀπολογούμεθα. Quamobrem aliquis suspicetur, potius altero membro deleto legendum esse, Τὰ μὲν οὖν ἐς τὸν ὑμέτερον ἑκούσιον Ἀττικισμὸν τοιαῦτα ἀποφαίνομεν, ut est in Mosqu. nisi quod ibi pro ἑκούσιον reperitur ἀκούσιον. Sed hujus codicis non ea est auctoritas, ut propter eum integrum membrum abjiciamus, præsertim quum in promtu sit, oculos librarii ab ἀκούσιον ad ἑκούσιον aberrasse, quod effecit, ut, quæ interposita essent, omitterentur. In quibus autem libris verba καὶ τὸν ὑμ. ἑκ. Ἀττικισμόν exciderunt, in iis similis terminatio nominum Μηδισμόν et Ἀττικισμόν librariis fraudi fuisse videtur.

Ei vero argumento, quod hucusque tractavimus, cognatum est aliud, quod spectat ad uncorum usum, in quo Thucydidis editores plerumque justas leges non secuti sunt, quum unum alterumve vocabulum sæpe ibi, ubi nulla idonea dubitandi causa erat, hac ratione suspectum redderent. Sic II. 5. omnes libri uno Par. C. excepto exhibent, Ὁ Ἀσωπὸς ποταμὸς ἐῤῥύη μέγας, in qua scriptura non est quod reprehendas. Vocem enim ποταμός, quam Græci fluviorum nominibus omnino sæpissime adjiciunt, etiam ibi addi, ubi verbum ῥέω rem, de qua sermo est, satis significet, docet et locus Demosthenis a Gottlebero laudatus, et verba Thucydidis II. 102. Ὁ Ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων etc. Unci igitur removendi sunt. Non magis II. 40. in vv. Κράτιστοι δ᾽ ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν οἱ τά τε δεινὰ καὶ ἡδέα σαφέστατα γιγνώσκοντες, καὶ διὰ ταῦτα μὴ ἀποτρεπόμενοι ἐκ τῶν κινδύνων, duo codices, in quibus σαφέστατα deest, eam vim habere possunt, ut vocabulum uncis includamus, quod ad sensum aptissimum est, κράτιστοι δ᾽ ἂν κριθεῖεν οἱ σαφέστατα γιγνώσκοντες Aliæ voces, propterea quod in uno vel duobus codicibus desunt, temere pro dubiis habitæ reperiuntur II.

56. et 58. Etiam III. 15. in τὴν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβολὴν articulus necessarius est propter ea, quæ c. 13. præcesserunt.

Cap. 8.

Explicantur multa, quæ ad dialectum Thucydidis pertinent. Disputatur de εῖς et ῆς, υἱέος et υἱέως, ἡμίσεος et ἡμίσεως, ἀεί et αἰεί, μόλις et μόγις, ἀνοκωχή et ἀνακωχή, atque aliis similibus. Solœcismi, qui in vulgatis exemplaribus insunt, tolluntur. Καὶ — τέ. Optativus et conjunctivus. Sententiæ conditionales. Ἂν particulis temporalibus et conjunctivo, atque pronomini relativo et conjunctivo non additum.

Sed editores Thucydidis non habuisse normam, quam in re critica sequerentur, inde etiam intelligi potest, quod in quibusdam vocabulorum formis æquabilitatis parum studiosi fuerunt. Nam sunt quidem formæ, in quibus ubique fluctuet lectio, et quarum utraque scriptori nostro usitata fuisse videatur, ut ἑαυτοῦ et αὑτοῦ, πλείονες et πλέονες, neque tamen πλέους, ἠδύνατο et ἐδύνατο, ἠβούλετο et ἐβούλετο, de quibus cf. Intpp. Thom. Mag. p. 258. 59. Sed de aliis certo judicari potest, quum e centenis locis vix deni sint, in quibus vulgata exemplaria alteram formam habent, codices autem multi plerumque meliorem scripturam servant. Editores tamen etiam de hac inconstantia removenda parum solliciti fuerunt. Ita quum Thucydides ubique literis σσ, non ττ utatur, legimus tamen θάλαττα I. 26. ἐφύλαττον I. 55. et ἀπὸ τοῦ κρείττονος I. 77. (cf. III. 45. IV. 29.) Porro quum Thucydides ubique scribat γίγνεσθαι, retentum tamen ἐγγινόμεναι I. 2. παραγίνονται I. 32. et similia nonnulla. Hujus generis est etiam σύν pro ξύν, quod in primo libro ter fere servatum est, I. 1. in συμβαίνει (quum I. 23. reperiatur ξυνέβησαν, quæ forma ubique repetitur. Cf. Ind. edit. Duck. p. 717. sq.) c. 24. in συναλλάσσειν (pro quo ξυναλλάσσειν invenies IV. 19. 58. et sæpius), et 119. in συμμάχους (quum sexcenties legatur ξύμμαχοι, ξυμμαχία, ξυμμαχεῖν); in secundo autem libro c. 52. in συνεταράχθησαν et c. 102. in σύνδεσμοι; atque in quarto c. 86. in συστασιάζων (quamvis scribatur ξύστασις II. 21. ξυστρατεῦσαι III. 90. 95. al.) Cf. Phot. Lex. p. 227. Ξύν, Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ σύν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὅμοια. Deinde εἰς pro ἐς, quod sæpius etiam invenitur, ut I. 3. 28. III. 32. 46. 70. IV. 8. 12. Ad cujus generis res si attendissent editores, sensissent etiam difficultatem, quæ inest in verbis Ἔστι δὲ λιμήν, καὶ πόλις ὑπὲρ αὐτοῦ κεῖται ἀπὸ θαλάσσης, ἐν τῇ Ἐλεάτιδι τῆς Θεσπρωτίδος, Ἐφύρη. I. 46. Ubi quum olim legeretur Ἐφύρῃ (per ι subscr.) ne urbs in urbe sita esse diceretur, correxerunt Ἐφύρη. Sed Thucydidi non licebat hac Ionica forma uti, sed ei scribendum erat Ἐφύρα (non Ἔφυρα cum accentu in prima syllaba, ut ante Bœckhium legebatur Pind. Nem. VII. 55. ed. Heyn.), quemadmodum factum est a Strabone aliisque Atticis. Quæ forma Ἐφύρα utrum restituenda sit, an aliud quid hic lateat, equidem non prorsus perspicio. Accedo potius ad alia. Nominativum pluralem substantivorum tertiæ declinationis in ευς exeuntium modo scribunt per εῖς, modo per ῆς, ut Πλαταιῆς III. 52. sqq. sed Πλαταιεῖς II. 71. sqq.; Μεγαρῆς I. 103. ubi vid. Bened. (qui conferri etiam potest ad IV. 93. et V. 9.) sed Μεγαρεῖς III. 51. Χαλκιδεῖς IV. 79. sed Χαλκιδῆς IV. 81. Verum plerique Thucydidis libri constanter præbent formam in εῖς, unde pro vero minime affirmaverim, quod a Buttmanno Gr. Gr. edit. 4. p. 85. traditum est; licet etiam Gregorius Corinthius p. 99. ab Atticis ἱππῆς et βασιλῆς (vel ἱππῆς et βασιλῆς sine ι subscr. cf. ibid. p. 101.) scriptum esse docere videatur. Add. quos laudat Sturz. ad Maitt. de dial. p. 36. Multo minus, quod a Matthiæo factum est Gr. Gr. p. 98. formam in ῆς in accusativo probaverim; quæ semel legitur II. 76. ubi repono Πλαταιέας e II. 77. III. 52. al. Cf. Thom. M. p. 364. Maitt. l. l. Fischer. ad Veller. I. 122. et 144. Spernenda etiam forma υἱέως I. 13. pro qua ex Thoma M. p. 866. atque Thucydidis codicibus restituendum υἱέος, quod legitur I. 136. II. 100. III. 26. al. Cf. Phryn. Ecl. p. 22. et Maitt. p. 35. et 54. Non melior est forma ἡμίσεως IV. 83. ubi Par. H. recte ἡμίσεος. Cf. II. 78. τοῦ ἡμίσεος τείχους, ubi ἡμίσεως est in Ar. Chr. et Reg. atque ἡμίσεος ἡμέρας IV. 104. Add. Æl. Herodian. p. 198. Pauv. et p. 455. Piers. Gregor. Corinth. p. 435. Thom. M. p. 421. Phavor. p. 355. Fischer. l. l. I. 123. Maitt. p. 53. Fortassis etiam Thucydides ubique dixit ἀεί, non αἰεί, quanquam contrarium tradit

Marcellinus (" Ὡς ἐπιπλεῖστον δὲ χρῆται τῇ ἀρχαίᾳ Ἀτθίδι [τῇ παλαιᾷ] ὅταν τὴν δίφθογγον τὴν αι ἀντὶ τοῦ ᾱ γράφῃ, αἰεὶ λέγων"), et αἰεί vulgo legitur III. 64. 82. 94. et sæpius. Sed cf. Schæfer. ad Gregor. Corinth. p. 346. sq. Si recte observavi, etiam μόλις, non μόγις constanter scripsit Thucydides. Illud certe I. 69. 71. II. 35. 45. 102. III. 23. 98. IV. 36. 42. al. in omnibus exstat codicibus, et I. 12. ubi vulgo legimus μόγις ἐν πολλῷ χρόνῳ ἡσυχάσασα ἡ Ἑλλας, Reg. (G.) H. Cl. F. atque II. 5. ubi editur τὸν ποταμὸν μόγις διαβάντες, Reg. (G.) H. Aug. Cass. Cl. Par. C. Gr. Mosqu. μόλις exhibent. Grammatici de hujus vocis scriptura non consentiunt. Thom. M. p. 619. significationis discrimen statuit inter μόγις et μόλις, quod vanum est. Gregorius Cor. p. 65. de Atticis scribit, Τὸ μόλις μόγις ἐκφέρουσι. Cum eo facit scholiasta Luciani, quem laudavit Drackenb. ad Thom. M. l. l. et probarunt hoc, injuria, ut videtur, Brunckius Add. ad Aristoph. Thesmophor. p. 447. et, quamvis magis dubitanter, Porsonus ad Eurip. Phœn. p. 319. Contrarium tradit Lecapenus, qui Ἀττικῶς ἀεὶ διὰ τοῦ λ̄ scribi contendit, consentientibus Thucydidis libris. Cf. Sturz. Lexic. Xenoph. s. h. v. Porro I. 40. et 66. a Gottlebero repositum est ἀνοκωχή, sed III. 4. IV. 38. 117. servatam videmus formam ἀνακωχή, ut III. 87. διακωχή. Formam per ο̄ raro præbent Thucydidis codices, licet in terminatione hujus nominis sæpe a se invicem dissentiant. Etiam apud Dionysium, ubi hanc vocem a Thucydide usurpatam damnat (refert enim eam ad vocabula γλωσσηματικά, ἀπηρχαιωμένα, καὶ δυσείκαστα τοῖς πολλοῖς p. 732.) in libris est ἀνακωχή. Idem valet de Thoma M. quem vide s. v. διακωχή p. 216. Apud Dionysium alteram formam restituendam esse colligunt quidem inde, quod ἀνακωχή Dionysius ipse alibi scripserit, eumque nomen, quo ipse usus esset, vituperasse non sit verisimile. Sed ineptus esset Dionysius, si hoc vocabulum nonnisi ideo intellectu difficile dixisset, quod a Thucydide per ο̄, non per ᾱ scriptum esset. Imo ut plura x iis ipsis imitatus est, quæ in Thucydide reprehendit, quod Sylburgius ad Dionysium et H. Stephanus in tractatu de Dionysii imitatione Thucydidis (v. edit. a Gottl. et Bavero curata vol. II. p. L. sqq.) satis docuerunt, idem factum etiam est in ἀνακωχή s. ἀνοκωχή. Pro hac scriptura (per ο̄) maxime pugnant Ammonius de differ. vocab. p. 16. Ἀνακωχὴ καὶ Ἀνοκωχὴ διαφέρει. Ἀνακωχὴ ἡ ἐπὶ τῶν νεῶν ἀναχώρησις· ἡ δὲ διὰ τοῦ ο̄ Ἀνοκωχή, ἀνοχὴ μικρὰ πολέμου (cf. Valcken. Animadvv. p. 23. sqq.) et Bekkeri Anecdota p. 406. Ἀνοκωχὴν διὰ τοῦ ο̄ τὴν ἀνοχὴν λέγουσι· πολὺ δέ ἐστι παρὰ Θουκυδίδῃ. Sed non tantum in his vocibus, quarum frequentior usus est, verum etiam in iis, quæ rarius inveniuntur, non sibi constant editores. De Solio et Sollio, Palensibus et Pallensibus jam supra diximus. Similiter III. 18. reperies Πύρας, sed III. 35. Πύῤῥας. Utra forma verior sit, equidem adhuc ignoro, sed alterutra certe utroque in loco exhibenda erat.

Quemadmodum vero ab editoribus Thucydidis in eo peccatum est, quod leges quasdam, quæ judicium singulis in locis regerent, non proposuerunt; ita rem aggressi sunt, antequam ea sibi parassent, quæ editori hujus scriptoris scitu sunt maxime necessaria, accuratam dico quum subtilioris grammaticæ et ingenii Græcæ linguæ, tum sermonis Thucydidei cognitionem, atque historiæ et geographiæ illorum temporum haud exiguam notitiam: quam in rem Diodorus maxime, Plutarchus, Herodotus, Strabo et Stephanus Byzant. lectitandi sunt. Posterius quum a me ipso adhuc minus, quam par erat, factum sit, hoc tempore in iis licebit subsisti, quæ e subtilioris grammaticæ ignoratione peccata sunt. Quæ ignoratio primum effecit, ut ea, quibus vulgo utimur, exemplaria adhuc solœcismis repleta sint, qui facile poterant tolli. Quorum nonnullos, in quibus Lipsiensis, Parisina atque Seebodii editio inter se consentiunt, afferamus.

I. 9. Ἃ δοκεῖ Ἀγαμέμνων παραλαβών, καὶ ναυτικῷ τε ἅμα ἐπιπλέον τῶν ἄλλων ἰσχύσας, τὴν στρατείαν——ποιήσασθαι. Καί τε* epici dicunt et conjungunt, καὶ—τέ alia voce interposita neque apud poetas neque apud prosæ orationis scriptores legitur. In Thucydide quidem aliquot exempla observavimus, sed ea omnia incerta sunt. Hic optimus codex Reg. τέ omittit. I. 29. ubi in vv. καὶ ναῦς πεντεκαίδεκα depravati codi-

* Iis, quæ hic et sequenti pagina a nobis dicta sunt, non repugnant ea, quæ Schneiderus ad Xenoph. Cyrop. II. 1. 10. disputavit. Nam ibi καὶ—τέ non cohærent, sed καί est copula, τέ autem ad aliud καί, quod mox sequitur, refertur. *Ex Addend.*]

ces, Ar. Chr. Gr. Par. D. E. vett. edd. præbent καὶ ναῦς τε π. particula τέ in omnibus melioribus libris deest. I. 43. in καὶ Κερκυραίους τε Par. E. F. G. H. τέ damnant, alii pro eo δέ exhibent. Cf. etiam V. 17. ubi interpunctio mutanda, I. 145. et I. 96. ubi Gailius ex uno codice recepturus erat καὶ ταμεῖόν τε Δῆλος ἦν αὐτοῖς, quod τέ scilicet vult esse affirmativum. Omnino autem nulla in re sæpius solœcismos admiserunt editores quam in particula τέ, cujus generis quatuor vitia, quæ insunt III. 37. 39. 63. 72. quum sustulerit Benedictus, nos hac opera supersedere possumus. Addimus vero duo alia. IV. 22. Ὁρῶντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, οὔτε σφίσιν οἷόν τε ὂν ἐν πλήθει εἰπεῖν, εἴτε καὶ ὑπὸ τῆς ξυμφορᾶς ἐδόκει αὐτοῖς ξυγχωρεῖν, μὴ ἐς τοὺς ξυμμάχους διαβληθῶσιν, εἰπόντες καὶ οὐ τυχόντες, οὔτε τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ μετρίοις ποιήσοντας, ἃ προὐκαλοῦντο, ἀνεχώρησαν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἄπρακτοι. Legimus εἴ τι καί, quod τί et ad sensum aptissimum et a Valla expressum est. Cf. Bastii Commentat. archæol. p. 845. IV. 86. Οὔκουν ἀξιῶ οὔτ᾽ αὐτὸς ὑποπτεύεσθαι, πίστεις τε διδοὺς τὰς μεγίστας, οὔτε τιμωρὸς ἀδύνατος νομισθῆναι, προσχωρεῖν τε ὑμᾶς θαρσήσαντας. Ubi non cum depravatis codicibus delemus τέ, sed scribimus πίστεις γε et malumus etiam οὐδὲ τιμωρός, ut οὔτ᾽ αὐτός referatur ad ὑμᾶς τε.—III. 48. Ὑμεῖς δέ, γνόντες ἀμείνω τάδε εἶναι, καὶ μηδὲ οἴκτῳ πλέον νείμαντες, μήτ᾽ ἐπιεικείᾳ. Scr. μήτε οἴκτῳ. Idem vitium inest in οὐδὲ—οὔτε V. 2.

II. 60. Ὁ γὰρ γνοὺς καὶ μὴ σαφῶς διδάξας, ἐν ἴσῳ, εἰ καὶ μὴ ἐνεθυμήθη. Perinde ac si, quæ notio hic requiritur, non est ἐν ἴσῳ εἰ καί, sed ἐν ἴσῳ καὶ εἰ, quod e codicibus reponendum, licet vulgata sit in Dionysio p. 927.

Ibid. Προσδεχομένῳ μοι τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν ἔς με γεγένηται. Lege ἐς ἐμέ. Cf. Herm. de emend. rat. Gr. Gr. p. 75. sqq.*

I. 10. Οὔτε ξυνοικισθείσης πόλεως, οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης. Quum de certa urbe, Lacedæmone, sermo sit, articulus nullo modo deesse potest, qui cum Stephano restituendus est, nisi nomen πόλεως prorsus deleri malis, quod ab Hermanno propositum equidem amplector, quum etiam apud scholiastam illa vox sine articulo legatur.

III. 45. Πόλις τε ἀφισταμένη τίς πω, ἥσσω τῇ δοκήσει ἔχουσα τὴν παρασκευήν, ἢ οἰκείαν, ἢ ἄλλων ξυμμαχίαν, τούτῳ ἐπεχείρησε; Portus: "apparatum vel suum vel socialem," unde Gailius (Observv. critt. in Thucyd. p. 194.) ξυμμαχίαν adjectivum esse vult, et hanc notatu dignam formam dicit pro ξυμμαχικάν (an Dorice loquitur Thucydides?) Insignis error; ex libris enim restituendum ξυμμαχίᾳ.

III. 107. legitur ἐφόρμουν sine augmento, quod jam a Duckero aliisque notatum diu corrigendum erat.

IV. 46. exstat forma ἀποδιδράναι, quæ non minus consueta, ut Benedictus dicit, sed barbara est pro ἀποδρᾶναι.

Ter, IV. 48. 130. et 132. ἐπειδάν cum indicativo legebatur, in quibus omnibus locis in libris Parisinis recte exstat ἐπειδή (unde corrigendum Schneideri Lexicon in ἐπειδάν), quod ἐπειδή quum bis receperit Gailius, c. 48. vulgatam intactam reliquit.

Pergimus ad ea, quæ in modis verborum peccata sunt. Ac pro optativo quidem conjunctivus reponendus I. 42. Τὸ ξυμφέρον, ἐν ᾧ ἄν τις ἐλάχιστα ἁμαρτάνοι, μάλιστα ἕπεται, ubi ἁμαρτάνῃ edidit Neophytus Ducas, et II. 44. Καὶ λύπη οὐχ ὧν ἄν τις μὴ πειρασάμενος* ἀγαθῶν στερίσκηται, ἀλλ᾽ οὗ ἂν ἐθὰς γενόμενος ἀφαιρεθείη. Ubi optativus significaret: dolemus id, quo privari possimus. Sed non sermo est de iis, qui ægre ferunt, quod aliquando bonis priventur, sed de iis, qui dolent bona jam amissa. Unde et præcedit στερίσκηται, et pro ἀφαιρεθείη ex Vind. et duobus aliis codicibus restituendum ἀφαιρεθῇ ("quo aliquis privatus fuerit.") Alibi conjunctivus in optativum mutandus, ut II. 74. Τοιαῦτα τῶν πρέσβεων ἀπαγγειλάντων οἱ Πλαταιεῖς ἐβουλεύσαντο Ἀθηναίους μὴ προδιδόναι, ἀλλ᾽ ἀνέχεσθαι καὶ γῆν τεμνομένην, εἰ δεῖ, ὁρῶντας, καὶ ἄλλο τι πάσχοντας, ὅ, τι ἂν ξυμβαίνῃ. Ubi non tam dicendum "quidquid accidet s. acciderit," quam "quidquid accidere posset," ὅ, τι ἂν ξυμξυμβαίνοι seu ξυμβαίη, quorum alterutrum

* [Ἔς με solœcismis non erat annumerandum; nam sæpius talia leguntur, et idoneam habent excusationem. Ἐς ἐμέ tamen confirmat Dion. H. p. 923. *Ex Addend.*]

* Qui pro πειρασάμενος restituturus erat πειρασόμενος, Benedictus, ante omnia debebat demonstrare, quomodo futuri temporis notio et per se, et propter sequens ἐθὰς γενόμενος in hunc locum quadraret.

e codicibus restituendum. Paulo diversus est locus I. 140. Τὸ βραχὺ τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει τὴν βεβαίωσιν καὶ πεῖραν τῆς γνώμης. οἷς εἰ ξυγχωρήσετε, καὶ ἄλλο τι μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε, ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσοντες. ἀπισχυρισάμενοι δέ, σαφὲς ἂν καταστήσητε αὐτοῖς, ἀπὸ τοῦ ἴσου ὑμῖν μᾶλλον προσφέρεσθαι. Ubi primum de alia re dicendum. Pro ὑπακούσοντες enim Reg. Aug. Cass. (ex emend.) Gr. Ar. Chr. Dan. V Pariss. exhibent ὑπακούσαντες, quod qui probet, ab eo particulam ἂν addendam esse dixit Stephanus. Cui hæc opposuit Gottleberus: "Lectio bonorum codicum ὑπακούσαντες non spernenda. Aoristi ponuntur loco futuri, nec opus est τῷ ἄν." Sed quod de infinitivis aoristi valet, quos vernacule interdum futuri infinitivis exprimi posse infra videbimus, id ad participia transferri nullo modo potest, quippe in quibus præteriti temporis notio ubique maneat, quæ in infinitivis aoristi non inest. Cf. Herm. ad Vig. p. 773. Nihilominus codicum lectio probanda est. Τοῦτο enim non spectat ad ἄλλο τι μεῖζον, sed ad τὸ βραχὺ τοῦτο, et aoristi participium suam retinet vim. "Aliud majus vobis imperabunt, quasi metu perculsi in hoc morem iis gesseritis." Τοῦτο non semper ad propius subjectum referendum esse, sed etiam de remotiori dici posse, ubi de eo præcipue agatur, hodie non eget demonstratione. Transimus igitur ad conjunctivum καταστήσητε, cujus causa horum verborum mentionem injecimus. Conjunctivo cum ἄν, ita ut per se constet, pro futuro dubitanter posito vel optativo cum ἂν Homerus utitur. Il. I. 137. Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 727. Quem usum an prosæ orationis scriptores imitentur, admodum dubium est. Unum Platonis locum Criton. c. 12. attulit Matthiæ, sed ibi verba rectius distinxit Beckius, et ἂν est pro ἐάν.* Alium Platonis locum Euthyphr. c. 4. Οὐ γὰρ ἄν που ὑπέρ γε ἀλλοτρίου ἐπεξῄεσθα φόνου αὐτῷ ipse inveni, in quo optativum reponendum esse Hermannus non dubitat. Tria e Xenophonte exempla collegit Sturz. in Lexic. Xenoph. s. ἄν, sed hæc omnia incerta sunt. E Thucydide exempla notavimus hæc. I. 84. in verbis Σπεύδοντες σχολαίτερον ἂν παύσαισθε Reg. Cass. Aug. Cl. Gr. sex Pariss. habent παύσησθε. III. 89. Ἄνευ σεισμοῦ οὐκ ἄν μοι δοκεῖ τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι γενέσθαι. Reg. Cass. Cl. δοκῇ, sed ibi vulgata, ex qua ἂν pertinet ad ξυμβῆναι, vel ad sensum præstat. IV. 63. Ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρή, κατ' ἀνάγκην γιγνώμεθα. Quo in loco in plurimis et præstantissimis libris est γιγνόμεθα, quod Benedictus antequam probaret, conquisivisset velim exempla particulæ ἂν cum indicativo vel præsentis vel præteriti perfecti a Thucydide conjunctæ. Sed facilis ex γιγνόμεθα est correctio γιγνοίμεθα. Cf. etiam IV. 86. ubi pro φαινοίμεθα in Cass. Aug. et aliis codicibus invenitur φαινώμεθα. Sed priusquam et plura et certiora exempla proferantur I. 140. vel e Reg. (Par. G.) H. et Bas. optativus, vel ex Aug. Cass. Gr. Par. D. futurum reponendum videtur, quod cum ἂν conjunctum exquisitius putandum est. Cf. II. 80. Λέγοντες, ὅτι ῥᾳδίως ἂν κρατήσουσιν, Heind. ad Plat. Phœdon. c. 5. Matth. Gr. Gr. p. 882. Sturz. l. l. I. 173. et, qui ἂν etiam infinitivis futuri addi posse docet, Wolfius ad Demosth. Leptin. p. 259. unde taxandus auctor libri de syntaxi p. 126. Anecd. Bekker. et Schneid. ad Cyrop. I. 5. 2. Thuc. II. 80. Νομίζοντες, εἰ ταύτην πρώτην (vulgo πρώτην ταύτην) λάβοιεν, ῥᾳδίως ἂν σφίσι τἄλλα προσχωρήσειν. Cf. V. 15. — Aliquoties conjunctivus in imperativum mutandus. Nam. I. 43. in Κερκυραίους τούσδε μήτε ξυμμάχους δέχησθε βίᾳ ἡμῶν, μήτε ἀμύνητε αὐτοῖς ἀδικοῦσι conjunctivus præsentis cum μὴ prohibitivo conjunctus solœcus est. Cf. Gregor. Cor. et ej. Intpp. p. 15. sqq. Thomas M. p. 611. Herm. de præceptt. quibusdd. Atticistt.

---

* Usus particulæ ἂν pro ἐάν, qui frequens est in Platone et Xenophonte (cf. Sturz. Lexic. Xenoph. I. 176.) a Thucydide alienus est, qui scriptor, ut poetæ Attici (v. Herm. ad Vig. p. 823.) et auctores veterum inscriptionum (quarum exemplaria benevole mihi ostendit Bœckhius) ubique dicit ἐὰν vel ἤν. In quatuor prioribus libris unus est locus IV. 46. in quo vulgo scribitur, Ὥστε, ἄν τις ἁλῷ ἀποδιδράσκων, ἅπασι λελύσθαι τὰς σπονδάς, sed ε in ὥστε absorpsit eandem literam in ἐάν, quod plene legitur in Par. D. ὥστε, ἐάν. Ex posterioribus libris hoc tempore nonnisi loci VI. 13. recordamur, quanquam fieri potest, ut ibi unum alterumve exemplum nos latuerit.

p. 4. sqq. Cum codicibus scribendum δέχεσθε. Idem vitium est V. 103.

In structura particulæ μή peccatum etiam I. 73. Τοῦ λόγου μὴ παντός, εἴ τι ὠφελεῖ, στερισκόμεθα, ubi μή cum indicativo præsentis constructum ineptum est. Lege cum Bredovio et Benedicto στερισκώμεθα. Nam "non possumus privari," quem sensum Baverus verbis inesse voluit, dicendum erat οὐκ ἂν στερισκοίμεθα.

Sententiarum conditionalium vim non magis perspexerunt. Nam. I. 38. Καὶ δῆλον ὅτι, εἰ τοῖς πλέοσιν ἀρέσκοντές ἐσμεν, τοῖσδ' ἂν μόνοις οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν, οὐδ' ἐπιστρατεύοιμεν ἐκπρεπῶς (hanc enim fere omnium librorum, scholiastæ et lexicographorum lectionem diu ab editoribus damnatam, cui egregie respondet quod sequitur διαφερόντως, restituendam esse tandem intellexerunt Schneiderus in Lex. Gr. et Benedictus), μὴ καὶ διαφερόντως τι ἀδικούμενοι, postrema volunt ita intelligi: "Neque eximio modo bellum iis intulissemus, nisi etiam insignem injuriam accepissemus." Cf. vulg. vers. et Heilm. Sed ita scribendum erat οὐδ' ἂν— ἐπεστρατεύσαμεν —μὴ ἀδικηθέντες. Vulgata nihil aliud significare potest quam: "Neque eximio modo bellum iis inferamus" (ἄν enim ex antecedente membro sine difficultate repetas. Cf. Herm. ad Vig. p. 944. sqq.) "nisi etiam insignem injuriam accipiamus." Vide, si tanti est, Herm. l. l. p. 812. sq. 902. Matth. Gr. Gr. p. 711. sqq. 744. sqq. Ita igitur injuria describitur tanquam quæ eo tempore, quo loquuntur Corinthii, fortassis inferatur, fortassis etiam non inferatur, quod est contra loci naturam. Itaque revocanda optimorum librorum, Reg. (G.) H. Aug. Cass. Par. C. E. F. Vall. scriptura ἐπιστρατεύομεν. "Neque bellum inferimus (inferre solemus) nisi injuria afficimur." Mutatio structuræ loco depravando ansam dedit, eandemque alibi librarii aboluisse videntur. Ita I. 37. Τὸ εὔπρεπες ἄσπονδον, οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικῶσιν ἑτέροις, προβέβληνται, ἀλλ' ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι, καὶ ὅπως, ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι, βιάζωνται, οὗ δ' ἂν λάθωσι, πλέον ἔχωσιν, ἤν δέ πού τι προσλάβωσιν, ἀναισχυντῶσι, dubites an ex Aug. Bas. Par. H. ἔχουσιν, et ex Aug. Cass. Par. H. ἀναισχυντοῦσι restituendum sit. Eodem modo quod in verbis I. 141. Ὅταν μήτε βουλευτηρίῳ ἑνὶ χρώμενοι, παραχρῆμά τι ὀξέως ἐπιτελῶσι, πάντες τε ἰσόψηφοι ὄντες, καὶ οὐχ ὁμόφυλοι, τὸ ἐφ' ἑαυτῶν ἕκαστος σπεύδῃ ex Aug. Cass. Par. D. E. I. enotatur σπεύδει, fortassis defendas. Talia etiam Latini imitantur. Cf. Heusing. ad Cic. de Off. I. 3. 5. ubi dicunt jure receptum est a novissimo editore, Gernhardo.

Sed quum in structura sententiarum conditionalium plura in Thucydide reperiantur minus usitata, ea hic proferre placet. Primum ejus loquendi rationis, quam Matth. Gr. Gr. p. 713. not. 1. attigit, etiam apud nostrum scriptorem exempla inveniuntur. I. 37. Εἰ ἦσαν ἄνδρες, ὥσπερ φασίν, ἀγαθοί, ὅσῳ ἀληπτότεροι ἦσαν τοῖς πέλας, τοσῷδε φανερωτέραν ἐξῆν (non ἐξῆν ἄν) αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν δεικνύναι. Sic etiam c. 38. Καλὸν ἦν, εἰ καὶ ἡμαρτάνομεν, εἶξαι τῇ ἡμετέρᾳ ὀργῇ, ubi Latinus interpres imperfectum indicativi poterat retinere. Cf. Theocr. Id. II. 124. — 28. ubi præterea notandum εἴ κ' ἐδέχεσθε et εἴ κε ἐφίλασα. Sed Plat. Apol. Socr. c. 21. miratus sum in recentissima Lipsiensi editione legi, Ἆρ' οὖν με οἴεσθε τοσάδε ἔτη διαγενέσθαι, εἰ ἔπραττον τὰ δημόσια, quum particula ἄν ibi et necessaria et a Wolfio jam reposita sit, qui edidit ἆρ' οὖν ἄν με. Deinde consideremus hæc verba Thucydidis III. 65. Εἰ μὲν ἡμεῖς αὐτοὶ πρός τε τὴν πόλιν ἐλθόντες ἐμαχόμεθα, καὶ τὴν γῆν ἐδῃοῦμεν ὡς πολέμιοι, ἀδικοῦμεν. εἰ δὲ ἄνδρες ὑμῶν οἱ πρῶτοι καὶ χρήμασι καὶ γένει —— ἐπεκαλέσαντο ἑκόντες, τί ἀδικοῦμεν; Ubi postrema quidem recte dicta sunt, quoniam εἰ ἐπεκαλέσαντο notat "si arcessiverunt" (quod re vera ab iis factum est) vel aliis verbis "quum arcessiverint;" sed in priori membro proprie dicendum erat εἰ ἐμαχόμεθα — ἠδικοῦμεν ἄν, pro quo scripsit ἀδικοῦμεν concinnitatis causa, ut videtur. Paulo aliter excusandus Plato Apol. Socr. 5. Πόθεν αἱ διαβολαί σοι αὗται γεγόνασιν; οὐ γὰρ δήπου σοῦ γε οὐδὲν τῶν ἄλλων περιττότερον πραγματευομένου, ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν, εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί, quæ breviter dicta sunt pro λόγος γέγονεν, ὃς οὐκ ἂν ἐγένετο, εἰ μή. Majorem offensionem habent Æschyli verba Agam. 866. ed. Glasg.

Καὶ τραυμάτων μὲν εἰ τόσων ἐτύγχανεν
ἀνὴρ ὅδ', ὡς πρὸς οἶκον ὠχετεύετο
φάτις, τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν.

Denique si conditio in participio inest, particula ἄν sæpe statim cum hoc participio conjungitur. I. 21. Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων τεκμηρίων τοιαῦτα ἄν τις νομίζων μά-

λιστα ἃ διῆλθον, οὐχ ἁμαρτάνοι (pro τοιαῦτά τις νομίζων, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι). II. 18. Ἐδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι ἐπελθόντες ἂν διὰ τάχους πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν.

Quum de particula ἂν modo locuti simus, eam monemus etiam cum conjunctivo interdum ibi supprimi, ubi ex regulis, quas vulgo dant, omitti non potest. Ut. I. 137. Τὴν ἀσφάλειαν εἶναι, μηδένα ἐκβῆναι ἐκ τῆς νεὼς, μέχρι πλοῦς γένηται ex ea regula, quam Heindorfius ad Plat. Phædon. c. 6. proposuit, ἂν addendum est, quum, quod de πρίν, ἕως, ὄφρα, idem de μέχρι valere necesse sit. Sed hanc regulam non omni ex parte veram esse ibi monuit Wolfius, ideoque hoc ipso loco contra eam uti licet. Add. III. 28. Μέχρι οὗ τοῖς Ἀθηναίοις τι δόξῃ. IV. 16. Μέχρι οὗ ἐπανέλθωσιν οἱ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν Λακεδαιμονίων πρέσβεις. IV. 41. Μέχρι οὗ τι ξυμβῶσι. IV. 46. Μέχρι οὗ Ἀθήναζε πεμφθῶσιν. Unde non spernenda Cass. Aug. Cl. Mosqu. scriptura πρὶν ἐπ' αὐτὸ ἔλθῃ II. 53. pro ἐλθεῖν.

Neque recte aliquando cum eodem Heindorfio in structura pronominis relativi cum conjunctivo apud prosæ orationis scriptores ubique ἂν addendum esse censui. Nam dubia quidem sunt verba III. 43. Εἰ γὰρ ὅ, τε πείσας καὶ ὁ ἐπισπώμενος ὁμοίως ἐβλάπτοντο, σωφρονέστερον ἂν ἐκρίνετε· νῦν δὲ πρὸς ὀργήν, ἣν τινα τύχητε ἔστιν ὅτε σφαλέντες, τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε, καὶ οὐ τὰς ὑμετέρας αὐτῶν, εἰ πολλαὶ οὖσαι ξυνεξήμαρτον. Ubi quum ὀργὴν σφαλῆναι, si omnino dicatur, qua de re vehementer dubito, certe ideo non conveniat, quod non de iis sermo est, qui per iram seu animi motum labuntur, sed de iis, qui, si quando infelices fuerint, ira abripiuntur, Abreschius, Reiskius, Baverus, Benedictus non male uno spiritu mutato scribi voluerunt ἥν τινα τύχητε σφαλέντες. Quanquam Hermannus, quum non tam σφαλῆναί τινα, quam σφαλῆναί τι dicatur, ut I. 140. Ἦν ἄρα τι καὶ σφαλώμεθα cl. VIII. 24. (pro quo Thucydides alibi etiam scribit σφαλῆναι πεῖρα τοῦ, ut II. 43. Ὁπότε καὶ πείρᾳ τοῦ σφαλεῖησαν, unde etiam I. 70. pro Ἦν δ' ἄρα που καὶ πείρᾳ σφαλῶσιν, e codd. legendum ἣν δ' ἄρα τοῦ), interpunctione mutata sensui succurrere maluit, hoc modo: Νῦν δέ, πρὸς ὀργὴν ἥν τινα τύχητε, ἔστιν ὅτε σφαλέντες, τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε. Dubius certe hic est locus, idemque valet de I. 76. Ἐπαινεῖσθαι ἄξιοι, οἵτινες χρησάμενοι τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει* ὥστε ἑτέρων ἄρχειν, δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν γένωνται, ubi Reg. H. Aug. Cass. Cl. Ar. Chr. Dan. γεγένηνται. Sed certa sunt exempla hæc. IV. 17. Τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν, ἀλλ' ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν, οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι, μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, πλείοσι δέ, ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ διδάσκοντάς τι τῶν προὔργου λόγοις τὸ δέον πράσσειν. IV. 18. Σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο, καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ εὐξυνετώτερον ἂν προσφέροιντο, τόν τε πόλεμον νομίσωσι, μή, καθ' ὅσον ἄν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν (male enim ante μεταχειρίζειν, quod rectius quam scholiasta ad I. 13. interpretatur Photius p. 193. comma ponitur), τούτῳ ξυνεῖναι, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτῶν (quod ad notionem collectivam in καθ' ὅσον μέρος vel etiam in τίς referendum, neque cum Bredovio in αὐτῷ mutandum est) ἡγῶνται. καὶ ἐλάχιστ' ἂν οἱ τοιοῦτοι πταίοντες, διὰ τὸ μή, τῷ ὀρθουμένῳ (pro quo in aliis codd. ὀρθουμένου exstare, unde cognitum habeant Gottleberus et Baverus, me quidem fugit) αὐτοῦ πιστεύοντες, ἐπαίρεσθαι, ἐν τῷ εὐτυχεῖν ἂν μάλιστα καταλύοιντο.† Sunt

---

* Mœris Att. Ἀνθρωπείᾳ φύσει, Ἀττικῶς, ὡς Θουκυδίδης· ἀνθρωπίνῃ, Ἑλληνικῶς. Thom. M. p. 74. Ἀνθρωπεία φύσις, οὐκ ἀνθρωπίνη. Illud dicitur et hic et II. 50. III. 45. ubi Reg. et II. ἀνθρωπίνη, III. 84. Eodem modo κατὰ τὸ ἀνθρώπειον I. 22. ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου I. 76. (cf. Schæf. Melett. critt. p. 51.), ἀνθρωπεία τέχνη II. 47. τὸ ἀνθρώπειον IV. 61. Licet igitur III. 40. pro ἀνθρωπείως plerique libri exhibeant ἀνθρωπίνως, vulgatam tamen retinuerim. De commutatione harum formarum vide quos laudavit Schæfer. l. l. p. 2.

† A postremi membri sensu prorsus aberravit Portus, qui καταλύεσθαι denotare bellum finire, reconciliari (cf. Abresch. Dilucc. Thucc. p. 511.) non intellexerat. De quo verbo quum mentionem injecerimus, obiter animadvertimus, pro eo, quod VIII. 58. vulgo legitur, Ἢν δὲ καταλύειν βούλωνται πρὸς Ἀθηναίους, ἐν ὁμοίῳ καταλύεσθαι, e duobus præstantissimis codicibus, Aug. et Cass. cl. schol. legendum videri τοῖς Ἀθηναίοις, quum altera lectio nimis correctionem sapiat, καταλύειν τινί autem analogia verborum καταλλάσσεσθαί τινι et διαλλάσσεσθαί τινι stabiliatur.

quidem in his, de quibus nondum aliquid decernere ausim. Sed hoc tamen manifestum est, non posse, ut vulgo fecerunt, conjungi οἵτινες ἔθεντο, καὶ ἂν προσφέροιντο, νομίσωσί τε, quæ modorum confusio prorsus inaudita est, sed statim cohærere ἔθεντο et νομίσωσι (cf. schol.), unde hoc etiam est omissi ἂν exemplum. Add. etiam Matth. Gr. Gr. p. 752. et e poetis Atticis Sophocl. Electr. v. 1061. ed. Brunck. (1056. ed. Erfurdt. maj.) Quod restat, IV. 18. noli in eo hærere, quod ab indicativo aoristi transitus factus est ad conjunctivum. Vicissim enim conjunctivo indicativus subjungitur IV. 95. et II. 44. ubi verba sunt hæc, Ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες, τὸ δ᾽ εὐτυχές, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης, καὶ οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη. In quibus quum Gailium egregie refutaverit Hermannus ad Vig. p. 712. nolim tamen ea omnia probare, quæ ipse de his verbis disputat. Nam quod pro καί reponit ἤ, id ut paulo remotius est, atque μᾶλλον suppleri jubet, quod hic minus jucundum esse videatur, ita sensum efficit, quem non satis perspicio. Quomodo enim ii, quibus honestissimus exitus contigit, fortunatiores sint, quam qui eam sortem nacti sunt, ut feliciter et viverent et morerentur, quum tamen hi et ejusdem felicitatis, cujus illi, compotes facti, et præterea aliud consecuti sint, a quo illi fortassis alieni fuerunt? An forte scribendum εὖ τελευτῆσαι? "quibus vita ita concessa est (ξυνεμετρήθη, *zugemessen, zugetheilt*), ut et in ea felices essent, et felices morerentur." Schol. ἐν εὐδαιμονίᾳ καὶ ζῆσαι καὶ τελευτῆσαι. Quæ felicitatis notio quum primaria sit, non potest facile e verbo composito ἐνευδαιμονῆσαι repeti. Vereor tamen, ne vitæ feliciter transactæ notionem in hunc locum non prorsus quadrare dixeris.

Cap. 9.

Vitia, quæ ad integrarum sententiarum conformationem pertinent. Infinitivus aoristi et præsentis cum verbis putandi, sperandi et similibus. Verbum plurale cum neutro plurali. Infinitivus futuri. Εἰ cum infinitivo in oratione obliqua. Ὅπως μή cum conjunctivo aoristi primi activi et medii. De versibus, quos ex Homero laudat Thucydides.

Hucusque de singulis vel formis vel vocabulis solœcis diximus, quibus exemplum vitiorum, quæ in totius orationis conformatione insunt, subjungimus.

II. 13. Θαρσεῖν * ἐκέλευε, προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπιτοπολὺ φόρου κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμμάχων τῇ πόλει, ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου, ὑπαρχόντων δὲ ἐν τῇ πόλει ἔτι τότε ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων. (τὰ γὰρ πλεῖστα τριακοσίων ἀποδέοντα μύρια ἐγένετο, ἀφ᾽ ὧν ἔς τε τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως, καὶ τἄλλα οἰκοδομήματα, καὶ ἐς Ποτίδαιαν ἀπανηλώθη.) χωρὶς δέ, χρυσίου ἀσήμου καὶ ἀργυρίου ἔν τε ἀναθήμασιν ἰδίοις καὶ δημοσίοις, καὶ ὅσα ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας, καὶ σκῦλα Μηδικά, καὶ εἴ τι τοιουτότροπον, οὐκ ἐλάσσονος ἦν, ἢ πεντακοσίων ταλάντων. Χρυσίου οὐκ ἐλάσσονος ἦν barbare dictum pro χρυσίον οὐκ ἐλάσσονος ἦν vel χρυσίου οὐκ ἔλασ-

---

* Forma θαρσεῖν præter hunc locum exstat etiam I. 36. I. 81. ubi, ut I. 129. nonnisi in deterioribus libris est θαρρεῖν, I. 123. II. 65. bis, quanquam semel, ut etiam IV. 35. boni codices præbent θαρρεῖν, II. 79. III. 82. IV. 11. 25. 34. 74. 86. al. Θαρρεῖν vulgo legitur I. 69. IV. 108. Gregor. Cor. p. 153. Τῷ σ̄ ἀντὶ τοῦ ρ̄ χρῶνται (οἱ Ἀττικοί), τὸ θαρραλέον θαρσαλέον λέγοντες, καὶ τὸ ἄρρεν ἄρσεν, καὶ τὸ Τυῤῥηνὸς Τυρσηνός. Aliter quidem Mœris Att. Θάῤῥος, Ἀττικῶς· θάρσος, Ἑλληνικῶς, et Thomas M. p. 434. Θαῤῥῶ Ἀττικοί, οὐ θαρσῶ, καὶ θάῤῥος οὐ θάρσος, καὶ θαῤῥύνω οὐ θαρσύνω. Sed Atticistæ hanc regulam e serioribus Atticis scriptoribus duxisse videntur. Cum antiquiore enim dialecto Thucydidem alteram formam prætulisse inde colligas, quod fere ubique in ejus codicibus scriptum est θαρσύνω. Cf. II. 59. IV. 115. 126. et Duck. ad V. 4. Add. θαρσαλέος II. 51. III. 93. Ita habes etiam ἄρσεσι II. 45. licet repugnantibus Mœride et Thoma, quos v. s. h. v. atque Τυρσηνοί IV. 109. cf. IV. 24. Quod ad nomen Chersonesi attinet, Thucydides neque Χεῤῥόνησος neque Χερσόνησος, sed Χερόνησος dixisse videatur. Ita certe I. 11. pro vulg. Χεῤῥονήσου exstat in Aug. et Cass. Eandem formam Cass. præbet IV. 43. et 45. in quorum locorum altero cum eo consentit F. Cf. etiam IV. 42.

σον ἦν. Hoc mihi restituendum videbatur, quum mutatio et facillima sit, et Chr. Gr. (a m. sec.) atque marg. Steph. auctoritate confirmetur. Neque in hac lectione offensioni esse possunt, quæ ei opposita sunt. Etenim unus amicorum meorum ita vel οὐκ ἔλασσον ἦν ἢ πεντακόσια τάλαντα, vel οὐκ ἐλάσσονος ἦν πεντακοσίων ταλάντων sine ἢ desideravit. Verum ἢ post comparativum interdum etiam ante genitivum addi, et Kœnius ad Gregor. Cor. p. 89. et plures alii viri docti demonstrarunt, quos laudavit Herm. ad Vig. p. 787. Unde etiam scholiastam colligas nostram scripturam invenisse, quum dicat τὸ ἢ περιττόν. Kistemakerus autem hæsit in imperfecto ἦν; requiri enim infinitivum, quum hæc omnia ex Periclis mente dicantur. Sed scriptor quum τὰ γὰρ πλεῖστα—ἀπανηλώθη ipse inseruisset, facile eo adduci potuit, ut in oratione recta loqui pergeret, quamvis eum non accurate locutum esse fatendum esset. Huc accedit, quod monente Hermanno ἔλασσον correctionem nimis sapere videtur, quod judicium confirmatur natura eorum codicum, in quibus hæc scriptura exstat, quosque depravatos esse vidimus. Quæ quum ita sint, jam eo inclino, ut cum Kistemakero et Hermanno deleam verbum substantivum, ut verba hoc modo cohæreant, ὑπαρχόντων ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων, χωρὶς δέ, χρυσίου ἀσήμου καὶ ἀργυρίου οὐκ ἐλάσσονος ἢ πεντακοσίων ταλάντων.

Quemadmodum vero in his locis lectiones, quæ in grammaticam peccant, retinuerunt editores, ita alibi præstantissimorum codicum scripturam recipere dubitarunt, quum in ea aliquid falsi inesse perperam sibi persuasissent.

Sic I. 12. legimus. Μόλις (pro μόγις. V. supra p. 133.) ἐν πολλῷ χρόνῳ ἡσυχάσασα ἡ Ἑλλὰς βεβαίως, καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη, ἀποικίας ἐξέπεμψε· καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι, καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ Σικελίας τὸ πλεῖστον Πελοποννήσιοι, τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία. Sed codices fere omnes pro ἐξέπεμψε habent ἐξέπεμπε, quod probare noluerunt, quoniam mox aoristus sequeretur. Verum ibi de certis quibusdam coloniis sermo est, in superiori autem membro de coloniis generatim, quæ longiori temporis tractu a variis populis in varias regiones missæ sunt, cui notioni egregie convenit imperfectum, quod reponi etiam jussit Benedictus.

I. 127. Νομίζοντες, ἐκπεσόντος αὐτοῦ, ῥᾷον σφίσι προχωρήσειν * τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων. Pro προχωρήσειν septendecim codices προχωρεῖν, quod, nisi saltem part. ἂν addatur, stare posse non putarunt. Sed post vv. νομίζειν, ἐλπίζειν, εἰκός ἐστι et alia similia aoristi † atque præsentis infinitivi etiam sine illa particula sæpe ibi collocantur, ubi qui accurate loqui velit, futuri infinitivo utatur. Dubia quidem sunt verba I. 72. Νομίζοντες μᾶλλον αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι, quum boni codices ibi præbeant μᾶλλον ἂν αὐτούς. Sed certi sunt loci hi. II. 3. Ἐνόμισαν ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως κρατῆσαι, ubi hic loquendi usus fugit Stephanum, quum de correctione cogitaret. I. 81. Οὕτως εἰκός, Ἀθηναίους φρονήματι μήτε τῇ γῇ δουλεῦσαι, μήτε ὥσπερ ἀπείρους καταπλαγῆναι τῷ πολέμῳ. I. 121. Κατὰ πολλὰ ἡμᾶς εἰκὸς ἐπικρατῆσαι. Adde II. 11. III. 40. et Heindorf. ad Plat. Phædon. c. 12. Hæc omnia sunt aoristi infinitivorum exempla. Præsentis infinitivus cum infinitivo aoristi conjungitur IV. 24. Εἰ γὰρ κρατήσειαν τῷ ναυτικῷ, τὸ Ῥήγιον ἤλπιζον πεζῇ τε καὶ ναυσὶν ἐφορμοῦντες ῥᾳδίως χειρώσασθαι (quod pro χειρώσεσθαι ex Aug. Cass. Vind. Mosqu. Par. D. E. F. H. I. reponendum), καὶ ἤδη σφῶν ἰσχυρὰ τὰ πράγματα γίγνεσθαι. ‡ Cf. III. 95. Οἱ προθύ-

* Hæc forma per se proba est. Quanquam enim χωρεῖν futuro medii utitur, (cf. Buttm. Gr. Gr. p. 299. edit. 4.) pleraque tamen ejus composita activi futurum retinent. Ita προχωρήσειν exstat III. 4. et ξυγχωρήσειν I. 140. pro quo Buttmannus dicit in usu esse ξυγχωρήσεσθαι, quod alia significatione legitur IV. 64. Προσχωρήσεσθαι habes III. 13. sed προσχωρήσειν II. 80.

† [De aoristi infinitivis post putandi, opinandi, sperandi et alia similia verba positis docte disputavit Wunderlichius l. l. p. 177. sq. Non probo igitur, quod in Xenoph. Cyrop. II. 4. 15. Καὶ ἐγὼ ἐλπίζω ἐκείνους ἐλθεῖν πρὸς σὲ μᾶλλον ἢ πρὸς ἡμᾶς a Schneidero ex uno Altorf. additum est ἄν. *Ex Addend.*]

‡ Ut hic aoristi et præsentis, ita alibi fortassis etiam futuri et præsentis ac futuri et aoristi infinitivi post verba putandi et sperandi inter se permutantur. Saltem II. 84. ubi vulgo legitur, Ἤλπιζε γὰρ αὐτῶν οὐ μενεῖν τὴν τάξιν, ὥσπερ ἐν γῇ πεζήν, ἀλλὰ ξυμπεσεῖσθαι πρὸς ἀλλήλας τὰς ναῦς, καὶ τὰ

μῶς ἐδόκουν κατὰ τὴν Ἀθηναίων ἀεί ποτε φιλίαν ξυστρατεύειν, ἢ κἂν βίᾳ προσαχθῆναι, ubi Reiskius maluit ξυστρατεύσειν. Adde Pind. Olymp. I. 102. Εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λάθεμεν (i. e. λήθειν, non λαθεῖν, ut docet metrum) ἔρδων, ἁμαρτάνει, ubi similiter quam apud Thucydidem futurum λάσεμεν in vulgata exemplaria irrepserat, quod expulit Bœckhius. Eodem modo et Latini (v. Sanctii Minerv. I. 133. sqq. Bav.) et nostrates loquuntur. Ex quibus disputatis facile intelligetur, nihil nisi nugas proferre Thomam Mag. qui s. v. Βούλομαι scribat: Τὸ δὲ προσδοκῶ καὶ ἐλπίζω, ἁπλᾶ μὲν οὕτω τιθέμενα, μέλλοντι συντάσσονται καὶ ἐνεστῶτι· εἰ δὲ διαλελυμένως, οἷον ἐλπίδα ἔχω, καὶ προσδοκίαν ἔχω, καὶ πρὸς παρῳχημένον καὶ πρὸς μέλλοντα. Ne vero quis προχωρεῖν pro futuro Attico habeat, monendum est, futurum hujus verbi quum longam habeat vocalem, contrahi non posse. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 212.

II. 8. Πολλὰ μὲν λόγια ἐλέγετο, πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ᾖδον. Hæc scriptura non levem habet offensionem eo, quod, quum πολλὰ μέν, πολλὰ δέ accurate sibi sint opposita, alterum πολλά pro nominativo, alterum pro accusativo habendum est. Pro ἐλέγετο autem optimi codd. exhibent vel ἐλέγοντο vel ἔλεγον, quæ formæ criticis improbatæ esse videntur, quoniam Attici cum neutro pluralis verbum plurale nonnisi ibi conjungant, ubi personæ nomine indicentur. V. Porson. Addenda ad sec. edit. Hecubæ p. 99. sq. Matth. p. 416. Sed hanc regulam Hermannus in scholis publice habitis ad Æsch. Pers. 860. (ubi metri causa scribit ἠδὲ νομίσματα πύργινα πάντ' ἐπεύθυνον) monuit ita potius concipiendam esse, ut, ubicunque nomini neutrius generis aliud masculini vel feminini generis facile cogitatione substituatur, ab Atticis hanc structuram admissam esse dicamus. Quam Præceptoris Venerandi sententiam ut confirmem, commemoro primum, Atticos vicissim cum pluralibus masculinorum et femininorum conjungere verbum singulare, ubi nomen neutrius generis in mente habent. Quam in rem insignis est locus Thucydidis II. 3. Ἁμάξας ἄνευ τῶν ὑποζυγίων ἐς τὰς ὁδοὺς καθίστασαν, ἵν' ἀντὶ τείχους ᾖ (τὰ ἅρματα). Deinde laudo verba Thuc. V. 26. ἀμφοτέροις ἁμαρτήματα (ἁμαρτίαι) ἐγένοντο, qui pluralis in 15. codd. est, et Lucian. Dial. Mort. XIII. Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο, i. e. ὅμοιοι λόγοι ἐλέγοντο, quæ usitatissima est formula. Ita fortassis etiam in Thucydide scripturam πολλὰ λόγια ἐλέγοντο explices, nisi et notio λογίων, non λόγων requiratur, et maneat inconcinnitas, quam in vulgata inesse diximus. Probanda igitur lectio πολλὰ μὲν λόγια (i. e. χρησμοὶ) ἔλεγον, πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ᾖδον (multa ab oraculis dicebantur, multa vero etiam a vatibus canebantur). Noli autem contra regulam, de qua diximus, uti verbis his III. 114. Τὰ νῦν ἀνακείμενα ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ἱεροῖς σκῦλα Δημοσθένει ἐξῃρέθησαν τριακόσιαι πανοπλίαι. Ibi enim verbum non subjecto, sed prædicato accommodatum est, ut IV. 102. ubi cum codicibus et Benedicto legendum, Τὸ χωρίον τοῦτο, ὅπερ πρότερον Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλοῦντο. Cf. Dorv. ad Char. p. 565. Reliqua verbi pluralis cum neutro plurali conjuncti exempla, quæ his rationibus explicari nequeunt, corrupta sunt, ut quod IV. 101. legitur προὐχώρησαν pro προὐχώρησεν.

II. 29. Πείσειν γὰρ Σιτάλκην πέμπειν στρατιὰν Θρᾳκίαν Ἀθηναίοις ἱππέων τε καὶ πελταστῶν. Pro πέμπειν Reg. Aug. Cass. Gr. 6 Pariss. exhibent πέμψειν, quod ideo videntur rejecisse, quia alius loci non meminerunt, in quo πείθειν cum futuri infinitivo conjungatur, unde hoc verbum a Thoma M. in voce Βούλομαι iis annumeratur, quæ nonnisi præsentis et præteriti temporis infinitivum regant.* Quod si omni

---

πλοῖα ταραχὴν παρέξειν, εἴ τ' ἐκπνεύσαι ἐκ τοῦ κόλπου τὸ πνεῦμα,——οὐδένα χρόνον ἡσυχάσειν αὐτούς pro παρέξειν in optimis codd. Reg. Aug. Cass. vett. edd. est παρέχειν, et paulo post pro ἡσυχάσειν in Gr. et Chr. ἡσυχάζειν. Atque III. 46. in Τίνα οἴεσθε ἥντινα (πόλιν) οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσεσθαι, πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον, pro παρασκευάσεσθαι in Reg. Aug. Cass. Gr. ed. Ald. legitur παρασκευάσασθαι. Sed quum verba I. II. etiam alia ex parte non sint a dubitationibus vacua, formæ autem ασασθαι et ασεσθαι ubique fluctuent, certiora exempla adhuc desidero. Video tamen eodem ducere scripturam τρέψασθαι IV. 120.

* Non repugnant huic regulæ verba III. 75. Οἱ τοῦ δήμου προστάται πείθουσιν αὐτόν, πέντε μὲν ναῦς τῶν αὐτοῦ σφίσι καταλιπεῖν,

ex parte verum esset, certe scribendum erat πέμψαι, præsertim quum in Cl. sit πέμψαι. Cf. III. 86. Πείθουσι τοὺς Ἀθηναίους πέμψαι σφίσι ναῦς. Verum quum πείθειν ipsum in futuro sit positum, ejusdem temporis infinitivus ei addi potest. "Usitatum est enim Græcis, ubi in principali verbo futuri significatio inest, etiam infinitivum futuri adjungere." Herm. de præceptt. quibusdd. Atticistt. p. XIV. Exemplum e Sophocle petitum ibidem paulo ante laudatum est. Verum nescio an usus futuri infinitivorum cum iis verbis, quibuscum eos Thomas non vult conjungi, etiam latius pateat. Nam etiam I. 27. in Ἐδεήθησαν δὲ καὶ τῶν Μεγαρέων ναυσὶ σφᾶς ξυμπροπέμψαι, εἰ ἄρα κωλύοιντο ὑπὸ Κερκυραίων, si præstantissimos codices audiendos esse putamus, scribendum est ξυμπροπέμψειν, quod est in Reg. (Par. G.) H. Aug. Cass. Cl. Gr. Par. A, F. Denique III. 28. in omnibus libris legitur ἀποκωλύσειν δυνατοὶ ὄντες, de quo infinitivo copiosus est Neophytus Ducas, sed ex ejus nota non multum disces. Ab his futuri infinitivis diversi sunt ii, quos III. 66. legimus, Τὰ ὅμοια οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν, μήτε νεωτερίσειν ἔργῳ, λόγῳ δὲ πείσειν ὥστε ἐξελθεῖν. Ubi in vett. edd. accedentibus libris mss. invenitur νεωτερίσαι, quod non in νεωτερίσειν, pro quo Thucydides dixisset νεωτεριεῖν, sed πείσειν in πεῖσαι mutandum erat; nam futurum tempus ibi vanum est.

II. 68. Οἱ Ἀμφίλοχοι, γενομένου τούτου, διδόασιν ἑαυτοὺς Ἀκαρνᾶσι, καὶ προσεκαλέσαντο ἀμφότεροι Ἀθηναίους, οἳ αὐτοῖς Φορμίωνά τε στρατηγὸν ἔπεμψαν, καὶ ναῦς τριάκοντα. ἀφικομένου δὲ τοῦ Φορμίωνος, αἱροῦσι κατὰ κράτος Ἄργος. Scriptura προσεκαλέσαντο e correctione fluxit. Plerique libri habent προσπαρακαλέσαντες, pauciores προσκαλέσαντες, unde scholiasta dicit ἀναπόδοτον, μᾶλλον δὲ καιναπόδοτον. τοῦτο, εἰ οὕτω χρὴ φάναι. Participio recepto Benedictus καί voluit significare etiam. Sed præterquam quod hæc particula ab ea voce, ad quam pertineret, nimis remota esset, Athenienses prius ab Amphilochis et Acarnanibus in subsidium vocati esse dicerentur, quam Amphilochi Acarnanibus se dedidissent, quod non est verisimile. Locum egregie illustrat similis periodus apud Herodot. I. 8. Τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο ὁ Κανδαύλης, καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπερεπαινέων. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος, ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε. Participium igitur pro verbo finito positum est (Herm. ad Vig. p. 770.) cui rei fortassis confusio duarum loquendi rationum (προσπαρακαλοῦσιν. ἀφικομένου δὲ τοῦ Φορμ. αἱροῦσι et προσπαρακαλεσάντων μὲν ἀμφοτέρων, ἀφικομένου δὲ τοῦ Φ. αἱροῦσι) ansam dedit.

III. 59. Οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δόξης, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τάδε, οὔτε ἐς τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα καὶ ἐς τοὺς προγόνους ἁμαρτάνειν, οὔτε ἡμᾶς τοὺς εὐεργέτας ἀλλοτρίας ἕνεκα ἔχθρας, μὴ αὐτοὺς ἀδικηθέντας διαφθεῖραι, φείσασθαι δὲ καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ, οἶκτον σώφρονα λαβόντας. Pro οἶκτον σώφρονα λαβόντας Reg. (Par. G.) H. Aug. Cass. B. Vind. vett. edd. οἴκτῳ σώφρονι λαβόντας. Valla: "ut modesta capiamini misericordia." Sed hanc interpretationem, quam Portus etiam et Baverus, qui λαβόντας pro εἰλημμένους dictum esse commentus est, amplexi sunt, jure reprehendit Abreschius, qui ad λαβόντας potius αὐτόν suppleri vult. Cui hæc opposuit Gottleberus: "Quo referatur αὐτόν, non assequor, nisi οἶκτον voluit intelligi. Sed et hoc nihil: οἴκτῳ σώφρονι, λαβόντας τὸν οἶκτον." Unde ei apparet ignotum fuisse, Græcos pro φείσασθαι οἴκτῳ vel φείσασθαι οἶκτον λαβόντας dicere posse φείσασθαι οἴκτῳ λαβόντας. Soph. Electr.* v. 47. Ἄγγελλε ὅρκῳ προστιθείς. Cf. Erfurdt. ad Antig. v. 23. ed. min. Plat. Criton. 14. Οὐδ' ἐπιθυμία σε ἄλλης πόλεως οὐδ' ἄλλων νόμων ἔλαβεν εἰδέναι. Thuc. V. 15. Ἐπιθυμίᾳ τῶν ἀνδρῶν κομίσασθαι. Non igitur cum Benedicto p. 78. ad λαβόντας supplendum ἡμᾶς, quod et nimis remotum, neque ad sensum satis commodum est.

IV. 98. Εἰ μὲν ἐπιπλέον δυνηθεῖεν τῆς ἐκείνων κρατῆσαι, τοῦτ' ἂν ἔχειν. Pro δυνηθεῖεν Reg. Aug. Cass. Cl. Gr. Par. C. E. F. δυνηθῆναι, quod a Wassio mendosum dictum, a reliquis tacite damnatum, verissimum est. Nam ut ὅτε et aliæ particulæ temporales (v. nos supra p. 95.) in oratione ob-

---

ἴσας δὲ αὐτοὶ πληρώσαντες ἐκ σφῶν αὐτῶν, ξυμπέμψειν. Ibi enim ad ξυμπέμψειν non persuadendi, sed nonnisi dicendi notio repetenda est.

* [De Sophoclis Electræ loco copiosius disseruit Wunderlich. l. l. p. 84. sq. *Ex Addend.*]

liqua cum infinitivo conjunguntur, ita etiam εἰ hanc structuram adsciscere docuit Hermannus ad Vig. p. 832.*

Denique in ea, quam diplomaticam diximus, criseos parte colenda etiam in hoc vitium sæpissime inciderunt editores, ut plerorumque librorum lectiones nunc parum curarent, nunc ibi etiam religiose retinerent, ubi interna argumenta eas abjiciendas esse docent. Ne nimis longi simus, nonnisi ex illo genere unum afferamus nobilissimum locum, qui editorum socordia fere omnem faciem suam mutavit. Loquor autem de versibus, quos ex Homeri hymno in Apollinem laudavit Thucydides III. 104. qui vulgo ita scripti leguntur.

Ἀλλὰ σὺ Δήλῳ Φοῖβε μάλιστ᾽ ἐπιτέρπεαι ἦτορ,
Ἔνθα τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται
Αὐτοῖς σὺν παίδεσσι καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν.
Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν στήσωνται ἀγῶνα.

In his versibus duplex exsistit quæstio, primum quomodo a Thucydide lecti sint, deinde an hic scriptor veram poetæ manum servaverit. Quarum quæstionum altera magis ad editorem Thucydidis, altera ad editorem hymni spectat. Nam etiamsi demonstratum fuerit, hos versus tales, quales a Thucydide laudantur, ne potuisse quidem a poeta scribi, tamen editori Thucydidis non licet eos aliter exhibere, quam ab historico propositi sunt. Videamus igitur primum, quales fuerint versus, quos legit Thucydides. Vulgatam enim eorum scripturam patet ex nostris hymni exemplaribus ductam esse, quum Thucydidis codices longe alia præbeant. In primo enim versu vulgata Ἀλλὰ σὺ Δήλῳ Φοῖβε μάλιστ᾽ ἐπιτέρπεαι ἦτορ fortassis in nullo Thucydidis libro legitur. Etenim Reg. Aug. Bas. Cass. Gr. Hudsoni codd. Vind. Mosqu. Dan. 7 Pariss. scribunt Ἄλλοτε Δήλῳ Φοῖβε μάλιστά γε θυμὸν ἐτέρφθης. In tertio versu ad vulg. scripturam Αὐτοῖς σὺν παίδεσσι καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν solus Cl. quodammodo accedit, exhibens Αὐτοῖς σὺν τεκέεσσι γυναιξί τε αἰδοίῃσιν. Vind. habet Σὺν σφοῖσιν τεκέεσσι γυναιξί τε σὴν ἐς ἀγυιάν. Atque ad hanc scripturam omnes reliqui codices, Basiliensi quodammodo excepto, ita ducunt, ut nonnisi in una alterave litera discrepent. In Reg. enim, Aug. Cass. Mosqu. C. D. E. invenitur prorsus eadem lectio, nisi quod pro σφοῖσιν reperitur σφίσιν, ita tamen ut in Reg. ο sub linea adscriptum sit. Ar. Chr. Gr. habent σφοῖσιν et reliqua, nec nisi pro σὴν ἐς ex usitatissimo errore scribunt σὺν εἰς. In Par. H. invenimus Σὺν σφοῖσίν τε τεκέεσσι γυναιξί τε τὴν ἐς ἀγ. denique in I. Σὺν σφίσι τε τεκ. γυν. τε σὴν ἐς ἀγ. Valla:

Tunc tibi magnopere in Delo meus gestit Apollo,
Cum natis quoties cum conjugibusque frequentes
Iones in fluxa celebrant tua compita veste.

In quarto versu pro οἳ δέ σε sedecim codd. ἔνθα σε, nisi quod unus Mosqu. per errorem pro σέ exhibet τέ. Ibidem libri fluctuant in voce ὀρχηθμῷ, quam Reg. (?) Cass. Cl. Gr. Dan. retinent, sed major codd. numerus, Aug. Bas. Vind. Mosqu. Par. C. D. E. F. G. (?) H. I. cum ὀρχηστυῖ commutant. Denique τέ post πυγμαχίῃ a multis libris non agnoscitur. In quinto autem versu pro στήσωνται unde-

---

* Quum hactenus de rebus grammaticis disseruerimus, aliam eodem pertinentem observationem subjungimus, non ut editores notemus, sed ut, qualis usus sit Thucydidis in quibusdam grammaticæ partibus vel illustrandis vel accuratius constituendis, declaremus. Etenim inde ab Dawesio (Miscc. critt. p. 227. 459.) vulgo tradunt, ὅπως μή (non simplex ὅπως, quod invito Dawesio dixit Matth. p. 738.) nonnisi cum conjunctivo aoristi primi passivi et aoristi secundi, non autem cum activi aut medii aoristi primi conjunctivo conjungi. Quæ regula ut rationi repugnat, quum libenter audiverim, cur in aoristi pr. passivi et aoristo sec. id liceat, quod in activi et medii aoristo pr. fieri posse negant, et cur ὅπως μή aliam structuram requirat quam quæ est in ὅπως sine negatione; ita usu damnatur. In Thucydide enim conjunctivus aoristi pr. activi est in his locis. I. 82. Ὅπως μὴ πράξωμεν, ubi tamen πράξομεν invenitur Lib. de synt. p. 162. Anecd. Bekk. II. 67. Ὅπως μὴ βλάψωσι. IV. 66. Ὅπως μὴ ἐπιβοηθήσωσι. IV. 76. Ὅπως μὴ ξυμβοηθήσωσι. Medii autem aoristi pr. conjunctivus est I. 73. in Ὅπως μὴ βουλεύσησθε et III. 56. Ὅπως μὴ οὐκ ἀποδέξωνται. Quæ et alia plura exempla, in quibus omnibus ne unus quidem codex futurum præbet, in scriptore, cujus tot tamque egregios habemus libros, corrigere qui vellet, maxime temerarius esset.

cim codd. καθέσωσιν, unus Mosqu. καθιστῶσιν, Vind. καὶ θέσωσιν, quæ ex illo orta sunt. Ita igitur hæc codicum scriptura efficitur:

Ἄλλοτε Δήλῳ Φοῖβε μάλιστά γε θυμὸν ἐτέρφθης,
Ἔνθα τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται
Σὺν σφοῖσιν τεκέεσσι γυναιξί τε σὴν ἐς ἀγυιάν·
Ἔνθα σε πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηστυῖ καὶ ἀοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν καθέσωσιν ἀγῶνα.

Jam nihil quidem facilius dictu est quam Thucydidis libros corruptos esse, quod monitum sufficere plerumque visum est hymnorum editoribus ad omnem rem expediendam; sed nemo, qui naturam horum codicum cognoverit, huic opinioni fidem habebit. Qui enim libri per totam hanc historiam Thucydidis manum, quantum fieri poterat, accuratissime servarunt, eos hoc uno in loco tam fœde corruptos esse quis est qui verisimile ducat? Si quid in iis depravatum esset, tantum abest, ut lectionibus, quæ a vulgatis hymnorum exemplaribus mirum quantum recedunt locupletati essent, ut ad ea ipsa essent correcti, quod postea in editionibus Thucydidis factum videmus. Quæ quum ita sint, mihi quidem certissimum est, illos versus certe plerisque in rebus ita a Thucydide lectos esse, ut eos in codd. scriptos videmus. Jam exsistit altera quæstio, utrum ii ita, ut a Thucydide laudantur, an quemadmodum in nostris horum carminum codicibus scripti leguntur, ab antiquo poeta profecti esse existimandi sint. Qua de re mihi non videtur multum disceptari posse. Thucydides enim et longe antiquior est non solum omnibus nostris codicibus, sed etiam plerisque omnibus criticis, ad quorum arbitrium nostri libri sunt conformati, et summam habet auctoritatem, quum non is sit, qui, quæcunque vulgi ore ferrentur, arripuerit, sed, priusquam scriberet, omnia diligenter examinaverit, unde ne in his quidem versibus laudandis temere egisse existimandus est. Sed inde, quod a Thucydide genuinam antiqui poetæ manum servatam esse verisimile est, nondum sequitur, hanc scripturam in nostras hymnorum editiones recipiendam esse. In quibus quum hæc carmina ita legamus, ut serius a grammaticis Alexandrinis constituta sunt, non possumus nisi æquabilitate violata in his paucis versibus ab eorum recensione recedere. Maxime autem miratus sum qui factum sit, ut hymnorum editores, quum Thucydidis lectionem fere ubique rejecissent, eam tamen in duobus versibus receperint. Quod quum effecerit, ut neque rhapsodorum, neque Thucydidis textum integrum legamus, gravissima, quæ ejusmodi inconstantiam suadeant, argumenta adesse oportet, quum ab iis viris non sublata sit, quorum acumen non potuit unquam fugere. Loquor autem de versibus, qui paulo post a Thucydide laudantur, e quibus Ἀλλ' ἄγεθ', ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν, inde a Ruhnkenio in hymnos receptum est, pro eo, quod vett. edd. ibi habent Ἀλλ' ἄγε δὴ Λητὼ μέν, vel quod cod. Mosqu. præbet Ἀλλ' ἄγε Λητὼ μὲν καί, quorum illud maxime defendi potest. Alter versus, in quo Thucydidis scripturam probatam videmus, est hic: Ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἀφ' ἡμέων, ubi tamen ἀφ' ἡμέων corruptum est, unde Ruhnkenius ex Thucydide emendari voluit εὐφήμως. Sed hic adeo incertum est, utrum εὐφήμως, an aliud quid, a Thucydide lectum sit. Vulgata enim apud eum scriptura est ἀφήμως, quæ in plurimis et præstantissimis codicibus reperitur, quum eorum, in quibus εὐφήμως legitur, Dan. Mosqu. Par. H. perquam infirma sit auctoritas, unde vulgatam quodammodo defendere studuit Baverus. In reliquis Thucydides in his postremis versibus cum vulgatis horum carminum editionibus consentit, nisi quod pro ξεῖνος ταλαπείριος ἐλθών aliud quid legit. Omnes enim ejus codices exceptis fere duobus exhibent ταλαπείριος ἄλλος ἐπελθών, quod ita defendas, ut poetam ipsum ταλαπείριον Delum accessisse, jamque ἄλλον, si quis forte eodem perveniat, sibi opponere dicas.

SECTIO ALTERA.

De crisi conjecturali.

Cap. 10.

Esse in Thucydide vitia codicibus nostris antiquiora. Facillimam rationem perturbato verborum sensui solius ingenii ope succurrendi inesse in interpunctione rectius constituenda. Ἀκούσιος num cum dativo conjungatur. Ἐφορμᾶν τινά num dicatur. Δαπάνη μοι γίγνεται. Paticipia pro substantivis posita. Sententiæ, quæ explicationi inserviunt, vocibus, quas illustrant, præmissæ.

Pervenimus ad alteram libelli nostri partem, quæ agit de Thucydidis historia non codicum, sed solius ingenii ope pristinæ integritati restituenda. Nam quum nullus veterum scriptorum ad nos pervenerit, in cujus librum non passim vitia omnibus codicibus nostris antiquiora irrepserint, idem etiam in Thucydide factum esse recte colligitur. Quod autem per se verisimillimum est, id confirmatur et Philemonis apud Porphyrium testimonio, (cf. Villois. Anecdd. Gr. t. II. p. 136.) et iis locis, in quibus codices magno consensu scripturam exhibent, quæ ferri nullo modo potest. Ita IV. 121. Ἀποστᾶσι δ' αὐτοῖς ὁ Βρασίδας διέπλευσε νυκτὸς ἐς τὴν Σκιώνην, τριήρει μὲν φιλίᾳ προπλεούσῃ, αὐτὸς δὲ ἐν κελητίῳ ἄπωθεν ἐφεπόμενος, ὅπως, εἰ μέν τινι τοῦ κέλητος μείζονι πλοίῳ περιτυγχάνοι, ἡ τριήρης ἀμύνοι αὐτῷ· ἀντιπάλου δὲ ἄλλης τριήρους ἐπιγενομένης, οὐ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέψεσθαι (al. τρέψασθαι v. supra p. 150.) ἀλλ' ἐπὶ τὴν ναῦν, καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸν διασώσειν, in libris fere omnibus pro αὐτῷ legitur αὐτῇ, quod tamen neque ita scriptum admitti potest, neque si cum Benedicto (cui quid sit triremis ipsa, non assequor) αὐτή pronuncietur. Unde vel vulgata servanda, ut ῆ in αὐτῇ fortassis pro diversa lectione verbo ἀμύνοι superscripta ($\overset{η}{\text{(ἀμύνοι)}}$) habendum sit. (cf. varr. lectt. et Comment. palæograph. Gregorio subjecta p. 857.) vel pronomen prorsus removendum est. Quare ne III. 14. quidem Benedicto concesserim, in verbis Καὶ μὴ πρόησθε ἡμᾶς, ἴδιον μὲν τὸν κίνδυνον τῶν σωμάτων παραβαλλομένους, κοινὴν δὲ τὴν ἐκ τοῦ κατορθῶσαι ὠφέλειαν ἅπασι διδόντας, pro διδόντας e plerisque libris legendum esse δώσοντας, quod unde ortum sit, docet hoc scholion Ἅπασι διδόντας] δώσοντας. Quemadmodum igitur in his exemplis genuina scriptura in plerisque omnibus libris evanuit, ita alibi ne vestigium quidem ejus superesse statuas. Sed fatendum tamen est, vix in alio ullo scriptore tanta in proponendis conjecturis opus esse cautione, quanta in Thucydide. Nam non solum satis multos, sed etiam præstantissimos ejus habemus codices, ut paucissimi sint loci, in quibus in scriptura, quam unus alterve eorum suppeditet, non acquiescas. Quod autem hæc historia non nimis depravata nobis tradita est, id inde explicandum esse videtur, quod Thucydides ex iis est scriptoribus, qui a paucis et lecti et intellecti sunt. In scholas enim non facile introductus est, quum plerique sermonem ejus, durum scilicet et asperum, reformidarent, ejusque orationes acutissimis sententiis ad rerum publicarum administrationem pertinentibus plenas non eas esse animadverterent, quæ puerorum animos mulcerent. Quod ipsum effecit, ut neque toties, quoties Xenophon aliique hujus generis scriptores, describendus esset; quod non potest non utile videri, quum a quoque librario nova vitia inferantur; neque multa temere in eo corrigerentur, quoniam, quorum sensum percipere vel non studebant vel non poterant, ea ubique accuratissime depingere solebant. (Cf. Mulleri Præfat. ad Schol. in Lycophron. p. XVI. sq.)

Quod tamen non valet de interpunctionis signis, quæ quum omnino recentioris sint originis, ab editoribus ita constitui possunt, ut codices non multum consulantur. Quamobrem ea emendatio, quæ fit interpunctione mutata, omnium lenissima existimanda est. Qua de re omnino non cogitasse videntur editores Thucydidis; vix enim alium ullum novimus scriptorem, qui hodieque tam fœde interpunctus sit. Quod jam obiter notavit Hermannus in diss. De præceptt. quibusd. Atticistt. p. XVI. ubi egregie scribit, plerosque, quum insolenter loqui solere Thucydidem credidissent, quidvis potius tentandum, quam, quod omnium facillimum et lenissimum esset, interpunctionem mutandam esse in animum induxisse. Quid? quod eam emendare vel ibi religio iis fuit, ubi falsam esse ipsi cognoverant. Ut III. 19. in verbis Προσδεόμενοι δὲ οἱ Ἀθηναῖοι χρημάτων ἐς τὴν πολιορκίαν, καὶ αὐτοὶ ἐσενεγκόντες, τότε πρῶτον ἐσφορὰν διακόσια τάλαντα ἐξέπεμψαν, καὶ ἐπὶ τοὺς ξυμμάχους ἀργυρολόγους ναῦς δώδεκα et Duckerus et Neophytus Ducas ita interpungendum esse intellexerunt καὶ αὐτοὶ ἐσενεγκόντες τότε πρῶτον ἐσφορὰν διακόσια τάλαντα, ἐξέπεμψαν καί etc. uterque tamen tam superstitiosi fuerunt, ut quidquam corrigere non auderent. Recentissimis demum temporibus nonnulla hujus generis vitia sublata sunt, maxime a Beckio V. Ill. (quem vide de I. 97. Ἔγραψα δὲ — κατέστη in Novæ recens. Thucyd. libror. specim. p. XVII.) et Benedicto (qui conferri potest de verbis III. 15. Οἱ Λακεδαιμόνιοι — ἀφίκοντο, quanquam in his insunt, de quibus adhuc dubitem, et

IV. 32. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι — πλεῖν.) Sed etiamnum multa supersunt, quæ eandem emendationem requirant. Qua adhibita quantum offensionis removeatur, qua de re generatim, præter alios monuit etiam Schæferus Melett. critt. p. 75. sqq. loco difficillimo III. 31. tractando declarabimus, in quo licebit paulo diutius morari. Verba autem hæc sunt.

Ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀπ' Ἰωνίας φυγάδων καὶ οἱ Λέσβιοι ξυμπλέοντες παρῄνουν, ἐπειδὴ τοῦτον τὸν κίνδυνον φοβεῖται, τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων καταλαβεῖν τινά, ἢ Κύμην τὴν Αἰολίδα. ὅπως ἐκ πόλεως ὁρμώμενοι τὴν Ἰωνίαν ἀποστήσωσιν. ἐλπίδα δ' εἶναι. οὐδὲν γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι· καὶ τὴν πρόσοδον ταύτην μεγίστην οὖσαν Ἀθηναίων ἢν ὑφέλωσι,* καὶ ἅμα, ἢν ἐφορμῶσιν αὐτοὺς σφίσι δαπάνη γίγνηται, πείσειν τε οἴεσθαι καὶ Πισσούθνην, ὥστε ξυμπολεμεῖν. Primum post Αἰολίδα minus plene interpungendum, ut factum jam a Gailio; verba enim cohærent ita, παρῄνουν καταλαβεῖν, ὅπως ἀποστήσωσι. Deinde in οὐδὲν γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι plerique interpretes, Valla, Portus, Abreschius, Gottleberus, Levesquius, ἀφῖχθαι pro ἀφίξεσθαι positum esse putarunt, quod ineptum est. Neque Benedicto nonnisi præsentis notionem in eo invenienti fides haberi potest. Ex iis vero, qui perfecti notionem retinuerunt, Heilmannus ἀκουσίως in ἀκούσιως, vocem omni analogiæ repugnantem, mutari voluit, ut hic sensus inesset: "sperari posse rem esse successuram, propterea quod de adventu eorum nondum quidquam innotuisset." Kistemakerus autem ἀκουσίως interpretatur inconsulto, imprudenter, quæ notio non inest in hac voce. Quod si vulgata sana est, ex loquendi usu non alium potest habere sensum quam hunc: "spem vero esse, fore, ut Ionia ab Atheniensibus deficeret; se enim (Iones) non invitos, non necessitate coactos, sed ultro ad classem Lacedæmoniorum venisse." Quod si Iones sua sponte ad Alcidam se contulerant, hic voluntarius eorum adventus sane Lacedæmoniis argumento esse poterat, spem esse Ioniæ occupandæ. Iones enim sive modo e patria excessisse, sive prius exsilio multatos per aliquod tempus in vicinis urbibus degisse putaveris, pericula belli una cum Lacedæmoniis non fuissent subituri, nisi rem prosperum eventum habituram esse sperassent. Sed fatendum tamen est, et nexum inter ἐλπίδα εἶναι et οὐδὲν γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι ita altius repetitum, et ipsum, quod afferretur, argumentum satis leve esse. Accedit quod Basil. Cl. Gr. Vind. Par. C. F. G. H. marg. Steph. exhibent οὐδενί. Ad quam lectionem ducunt etiam duo alii Parisini. D. enim in textu quidem habet οὐδέν, sed in margine al. m. οὐδενί: E. autem præbet οὐδενί, sed ῑ al. m. scriptum est. Addi etiam potest Valla, qui vertit: "spem vero esse nullis se invitis venturos." Quam scripturam olim probandam censui hoc sensu: "se nemini præter voluntatem s. nullis invitis huc venisse, ideoque omnes Iones exoptasse atque probasse classis Peloponnesiacæ adventum." Eademque lectio et a Gailio recepta est probante Benedicto, et placuit Bœckhio, qui, quanta fuit ejus omnibus in rebus in me Berolini versantem humanitas, suum hoc de loco judicium mecum communicavit. Sed quominus illud οὐδενί etiamnum amplectar, obstat maxime hoc, quod ἀκούσιος et ἀκουσίως, pariterque ἑκούσιος et ἑκουσίως, quum frequentissime in Thucydide legantur, semper absolute ponuntur, neque dativum additum habent, cujus usus ne ex aliis quidem scriptoribus exemplum allatum vidi. Neque hoc mirum est; nam quum ἀκούσιος sit non voluntarius, non magis Græce dici posse videtur ἀκούσιός τινι, quam Latine non voluntarius alicui, pro aliquo invito, ἀέκοντός τινος. Suspicarer igitur legendum esse ἀκουσίῳ (σ enim et ῑ subscriptum sæpe permutantur†) nisi dativus quodammodo offensioni esset. Utrum igitur loquendi usus an planior sententiarum nexus posthabendus

* Cass. ὑφέλωσιν, quod ideo annotamus, ut hunc præstantissimum codicem una cum Aug. non minus probo, ν ephelc. sæpissime etiam ante consonantem interposita distinctione addere moneamus, quanquam ea in re constantiam servatam non videmus.

† Ita III. 59. pro Ἀστάθμητον τὸ τῆς ξυμφορᾶς, ᾧ τινὶ ποτ' ἂν καὶ ἀναξίως ξυμπέσοι in Aug. Cass. et aliis libris legitur ἀναξίῳ, quod cum Heilmanno recipiendum est. Etiam III. 82. Οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελείας αἱ τοιαῦται ξύνοδοι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίᾳ concinnitatis causa, quam in omni hac factionum descriptione sectatur Thucydides, scripserim ὠφελείᾳ.

sit, judicent peritiores; nobis quidem, ne linguæ leges violentur, vulgata servanda videtur. Majoribus etiam dubitationibus obnoxia sunt, quæ proxime sequuntur. Quæ quomodo cum reliquis cohæreant, seu qualis sit totius loci structura, ante omnia videndum est, qua de re variæ vel propositæ sunt vel proponi possunt sententiæ. Nonnulli enim verborum καὶ τὴν πρόσοδον—γίγνηται apodosin in sequentibus quæsiverunt, atque in πείσειν οἴεσθαι καὶ Πισσούθνην ὥστε ξυμπολεμεῖν inesse statuerunt. Ita visum est Heilmanno, cujus hæc exstat versio: "*Und wenn sie einmal den Atheniensern diese Quelle verstopft hätten, die eine der ergiebigsten wäre, und zugleich bei ihrem dortigen Aufenthalt von den daraus zu hebenden Geldern nur etwas daran wenden wollten: so glaubte er, man könne auch den Pissuthnes dahin bringen, ihre Partei zu ergreifen.*" Sed primum Heilmannus in verbis καὶ ἅμα ἦν—γίγνηται et audacior fuit et a linguæ legibus aberravit, ut infra videbimus. Deinde Ioniæ occupatio non recte ita commemoraretur, quasi per se secundaria nec nisi ideo utilis fuisset, quod Pissuthnen ad societatem cum Peloponnesiis ineundam adduxisset. Denique particula τέ post πείσειν in omnibus libris addita docet, verba πείσειν τε οἴεσθαι καὶ Πισσούθνην ὥστε ξυμπολεμεῖν prorsus per se constare. Nam Benedictus quidem, ut hanc particulam removeret, scribi voluit πείσειν γε. Sed non solum omnes libri huic correctioni repugnant, sed illud γέ etiam superfluum est. Quæ quum ita sint, recte a Gailio, suadente etiam Bredovio, post γίγνηται colo interpunctum est. Quamobrem secundo loco in eam delabaris sententiam, ut verba καὶ τὴν πρόσοδον—γίγνηται per se accipienda censeas. Ac primum quidem ita, ut in δαπάνη γίγνηται nihil mutetur. Quam rationem tribus modis exornarunt viri. Kistemakerus enim omnem sententiam per exclamationem pronunciari voluit. "Et si proventum istum (Ioniæ) Atheniensibus eriperent! et simul si ipsis" (Atheniensibus; legit enim αὐτοῖς) "adversus se ingruentibus s. bellum parantibus sumtus fierent!" Verum et nexus sententiarum admissa hac exclamatione pessime disrumpitur, neque particula ἦν ita uti licet. Alii igitur, retenta vulgari hujus voculæ vi, post γίγνηται apodosin a scriptore omissam esse existimarunt. Quod ubi fit, intelligi oportet, quid omissum sit, unde id repetendum sit, denique quænam causa scriptorem impulerit, ut hanc aposiopesin sibi permitteret; quæ omnia non cadunt in hunc locum. Gailius denique apodosin incipit a vv. σφίσι δαπάνη γίγνηται, ut docet hæc ejus versio: "(Ils observent que) si dans cette expédition secrète ils enlevoient aux Athéniens cette source immense de revenus, et si en même tems les Athéniens venoient à avoir un camp de mer en opposition à eux, cette position les entraîn roit dans une grande dépense." Quasi vero unquam Græcis ita uti liceat subjunctivo in oratione obliqua! Spretis igitur his tribus explicandi conatibus in δαπάνη γίγνηται vitium inesse suspiceris. Quod a codicibus quodammodo confirmari videtur. In Par. G. enim exstant tenuia quædam vestigia scripturæ γίγνεται, quæ clare legitur in cod. H. perpetuo fere illius assecla. Jam quum præsentis indicativus ferri nequeat, in eo putes latere lectionem Par. D. δαπάνην γίγνεσθαι, ex qua I. habet certe δαπάνην. Etiam duos scholiastas vel γίγνεσθαι vel γίγνεται legisse probabile esse videatur. Sed γίγνεσθαι, ut et natura codicis, ex quo ductum est (v. supra p. 80.) et ipsa hujus lectionis indoles docet, aperte correctoribus debetur, neque dubitari potest, quin vulgata non sit sollicitanda. Nihil igitur restat, quam ut verba καὶ—γίγνηται ad præcedentia pertineant, et minore interpunctione ante καί collocata cum οὐδὲν γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι jungantur. Quod primus, quantum equidem scio, suasit Bredovius, qui locum ita interpretatur: "*Sie (die redenden Jonier und Lesbier) seyen keinesweges zu den Peloponnesiern gekommen, blos weil Noth sie gezwungen habe, ohne Plan und Absicht, wie dies doch wohl deutlich sey, wenn sie theils den Wunsch hätten die Einnahme aus den Jonischen Pflanzstädten, diese Hauptquelle des Athenischen Reichthums, den Athenern zu entziehen, und wenn zie andrerseits bereit wären, dass ihnen selbst (σφίσι, den Redenden) beim Angriff auf jene (αὐτούς, die Athener) der dabei nöthige Aufwand zufallen sollte.*" In qua versione quæ falsa sint, ex iis, quæ infra disputabuntur, apparebit. Sed ne quis eo offendatur, quod Bredovius inter οὐδὲν γὰρ ἀκουσίως ἀφῖχθαι et καὶ τὴν πρόσοδον—γίγνηται nonnulla inseruit, monendum est, hoc supplemento per se ne opus quidem esse, licet perspicuitatis causa recte addatur. Particula καί autem ante τὴν πρόσοδον re-

spondet alteri καί ante ἅμα, nec quidquam est in his verbis quod displiceat, nisi forte quod prius ἦν non statim ante τὴν πρόσοδον positum est, quod tamen ferri et potest et oportet, quum alia loci struendi ratio admitti nequeat. Sed nondum finem imponere licet huic disputationi. Accedendum potius est ad sensum verborum καὶ ἅμα ἦν ἐφορμῶσιν αὐτοὺς σφίσι δαπάνη γίγνηται constituendum, quæ res, nisi difficilior, certe non minus difficilis est, quam eæ, de quibus hactenus diximus. Nonnulla tamen certissima sunt, quæ incerta esse viri docti opinati sunt. Ita dubitari posse putarunt, ἐφορμῶσιν utrum ab ἐφορμᾶν an ab ἐφορμεῖν derivandum sit. Quam dubitationem qui proposuerunt, eos ἐφορμῶσι pro conjunctivo habuisse necesse est, nisi grammaticam non minus negligerent, quam factum est ab Heilmanno, qui ἐφορμῶσι, quasi esset ἐφορμοῦσιν, etiam pro dativo participii verbi ἐφορμεῖν haberi posse existimavit. Quodsi ἐφορμῶσιν esset conjunctivus pendens ex eo ἦν, quod proxime ante hoc verbum legitur, γίγνηται cum illo ἦν, quod ante ὑφέλωσι reperitur, adhuc cohærere statuendum esset. Ita vero media in sententia, quæ ἦν præfixum haberet, alia per eandem particulam connexa inserta esset, quod probari nullo modo potest. Licet igitur Thucydides verbo ἐφορμεῖν frequenter utatur, ἐφορμᾶν autem minus ei in usu sit, non possumus tamen non commate post ἅμα deleto ἐφορμῶσι pro participio verbi ἐφορμᾶν habere. Quod si est, αὐτούς ferri amplius vix potest. Quem accusativum ab Abreschio Dilucc. Thucc. p. 297. inepte ad ὑφέλωσι relatum qui cum ἐφορμᾶν conjunxit Bredovius, is velim exempla attulisset, in quibus ἐφορμᾶν τινά dicitur, quum hoc verbum, pariter ac ἐπιέναι et similia, alibi cum dativo struatur.* Scribendum potius est αὐτοῖς, quæ lectio etiam propter codicum auctoritatem alteri præferenda est. Nam αὐτοῖς legitur in Reg. Bas. Cl. Gr. Ar. Chr. Dan. Par. C. D. F. H. I. marg. Steph. et in scholiis, αὐτούς autem nonnisi e Cass. Par. E. et vett. edd. enotatum est. Sed recepta scriptura αὐτοῖς rursus oritur quæstio, αὐτοῖς σφίσιν utrum conjungenda, an disjungenda sint, ita ut alterum ad δαπάνη γίγνηται pertineat, alterum autem ex ἐφορμῶσι pendeat. Posterior ratio cum uno scholiastarum placuit plerisque recentioribus. Quam si inimus, σφίσι quum ab αὐτοῖς discernatur, ex linguæ legibus ad primarium subjectum, igitur hoc loco ad Iones atque Lesbios, referendum est, ut Gailius pessime de Atheniensibus cogitaverit, qui per αὐτοῖς designarentur.†

---

* Duo quidem afferas Thucydidis locos, e quibus ἐπιέναι cum accusativo conjungi posse probes. IV. 96. Ἐπῄεσαν τούς τε ἄλλους ταύτῃ καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς Θεσπιέας. Sed ibi vel sensu postulante e codicibus reponendum esse ἐπίεσαν (a πιέζω) jam alii intellexerunt. I. 86. Ἐπίωμεν ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας, ubi alii, et quidem optimi, libri πρός, (cf. IV. 92.) alii κατά præbent, ex qua discrepantia Thucydidem nonnisi ἐπίωμεν τοὺς ἀδικοῦντας scripsisse suspiceris. Sed hoc nimis ambiguum est, quanquam hujus generis verba cum accusativo strui posse certo non negaverim. Nam quum recte dicatur ἐπιστρατεύειν τινά, IV. 92. quæ structura etiam IV. 60. e Cass. et Aug. revocanda est, (quum vulgo τοῖς μὴ ἐπικαλουμένοις ἐπιστρατεύουσι legatur, quod sensu ab altero differre perperam, v. I. 107. III. 54. ibi statuit Kistemakerus) et ἰέναι ἐπί τινα adeo frequentissimum sit, feras etiam ἐπιέναι τινά, ἐφορμᾶν τινά, quod est certe in optimo codice Casselano, sed suspectum manebit, donec alia hujus structuræ exempla allata fuerint.

† Propter horum pronominum discrimen accuratissime a Thucydide servatum non possumus non recedere a judicio quamvis gravissimo Viri Venerandi, qui nuper I. 91. e non paucis quidem sed minus bonis codicibus edidit Ὁ Θεμιστοκλῆς, ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν, ὅτι ἡ μὲν πόλις αὐτῶν τετείχισται ἤδη. Pro quo, si recte judicamus, necessario requiritur vulgatum σφῶν, quum de Atheniensium urbe sermo sit, qui etiam statim post ubique per σφᾶς et ἑαυτούς designantur. Ab eodem Viro Venerando etiam in nonnullis aliis levioribus rebus dissentimus, quod non ægre feret is, cujus insignem humanitatem esse novimus. Ex his reliqua omittimus, quod nonnisi ex iis pendent, quæ de codicum familiis atque rationibus nos exposuimus. Unum commemoramus ἐσκήνησαν I. 89. quod vel ideo in ἐσκήνουν non mutemus cum deterioribus codd. quia eo, de quo ibi sermo est, tempore Persæ

Sed ex hac observatione nondum multum lucramur, quum vel ita verba ambigua maneant, quoniam duplici modo construi possunt. Primum enim hic eorum ordo institui potest, καὶ ἣν σφίσι δαπάνη γίγνηται ἐφορμῶσιν αὐτοῖς. Quæ ratio probata est Bredovio, qui tamen facilius ita statuere potuit, quum αὐτούς retineri juberet. Ab eo igitur hæc verba vernacule ita expressa vidimus: " *wenn sie bereit wären, dass ihnen selbst (den redenden Ioniern und Lesbiern) beim Angriff auf jene (die Athener) der dabei nöthige Aufwand zufallen sollte.*" Sed vernaculis verbis " *beim Angriff auf jene*" quodammodo occultavit id, quod huic explicationi opponi potest. In Græcis enim non generatim dicitur " quum Athenienses invaderentur," sed " quum ipsi impetum facerent in Athenienses," σφίσιν ἐφορμῶσιν αὐτοῖς. Quibus σφίσι quum Iones et Lesbios denotari velit Bredovius, hi se nonnisi eos sumtus, qui sibi ipsis, non etiam eos, qui Lacedæmoniis Ioniam invasuris faciendi essent, toleraturos esse pollicerentur. Sed etiamsi hoc non urgeamus, verum promissum hoc etiam ad Lacedæmonios spectare concedamus, hi ne ita quidem ad Ioniam adoriendam satis excitari potuisse videntur. Nam quum classis eorum jam usque ad ora hujus regionis delata esset, exiguis profecto sumtibus opus erat ad regionem ipsam adoriendam. Quamobrem Iones, si ejus, quod exoptabant, compotes fieri volebant, omnis hujus maritimæ expeditionis potius, quam invasionis in Ioniam impensas suscipere oportebat. His igitur dubitationibus quum una ex duabus, quas diximus, verba conjungendi rationibus obnoxia sit, videamus, an forte alter, qui institui potest, verborum ordo minoribus difficultatibus prematur. Est autem hic, ἣν αὐτοῖς δαπάνη γίγνηται ἐφορμῶσι σφίσιν, i. e. ubi Atheniensibus sumtus fierent ad se, Iones, recuperandos. Sed primum ita pro ἐφορμῶσι potius ἐφορμήσουσιν exspectes; deinde verba nimis essent trajecta. Omnino autem, quod contra utramque interpretationem modo propositam valet, si scriptura ἣν ἐφορμῶσιν αὐτοῖς σφίσι δαπάνη γίγνηται probetur, Thucydidi cogitari non potest hoc fuisse consilium, ut voces αὐτοῖς σφίσι divellantur. Quamvis enim interdum a scriptoribus duo, imo tria nomina, quorum diversa est ratio, juxta ponantur, id tamen ibi, ubi ambiguitas inde oriatur, non recte fit; ubi autem illæ voces ita comparatæ sunt, ut in unam notionem conjungi et possint, et adeo soleant, prorsus absonum est. Jam quum frequentissimum sit σφίσιν αὐτοῖς, et pro eo sæpe etiam αὐτοῖς σφίσι dicatur (quemadmodum αὐτοὶ ἡμεῖς legitur II. 36. quod ex plerisque libris etiam II. 11. restituendum est), quis a bono scriptore has voces putet alteram post alteram positas esse, si diversam utriusque esse voluisset rationem? Imo hoc si sibi propositum habuisset, haud dubie scripsisset ἣν ἐφορμῶσιν αὐτοῖς δαπάνη σφίσι γίγνηται, ut legitur in Cass. Bas. Gr. Chr. Dan. Par. C. E. Quæ scriptura quanquam propter horum librorum auctoritatem non prorsus improbanda esse videatur, præsertim quum ei, quam mox proponemus, horum verborum interpretationi non repugnet, correctionis tamen ad sensum explanandum factæ simillima est. Unde nos vulgatum verborum ordinem retinendum censemus, et conjungimus αὐτοῖς σφίσι. Quod etiam a veteribus nonnullis factum esse inde colligi potest, quod in Par. D. et I. atque marg. Steph. ex aperta correctione legitur σφίσιν αὐτοῖς, quanquam vel in hac scriptura unus e scholiastis post σφίσιν interpungi jubet. Quæ scholiastæ nota, cui nimiam sæpe in interpretando vim concesserunt viri docti, una cum depravata lectione αὐτούς, in causa fuit, ut Thucydidi id a plerisque obtruderetur, quod vix in ullo non contemnendo scriptore invenias. Sed verborum structura jam satis constituta, reliquum est, ut etiam de sensu exponamus. Qui optimus esse videatur, si per oppositionis leges hæc ita intelligamus: " ubi et Atheniensibus hos maximos reditus (ex Ionia) eriperent, et sibi ipsis (Ionibus atque Lesbiis; de Peloponnesiis enim minus recte cogitabitur, quum ἀφῖχθαι de illis alteris accipiendum esse senserimus, ideoque in ἀποστήσωσιν, ὑφέλωσιν et pronomine σφίσιν eosdem inesse necesse sit) terra occupata opes pararent, quas in bellum impenderent." Jam duo quidem statim in promtu sunt, quæ huic interpretationi opponantur. Primum enim dicas, δαπάνην non esse opes, sed potius sumtus. Atque hoc maxime erat, quod ab

---

in servatis Athenarum ædificiis non habitabant, sed habitaverant, quæ nota est aoristi significatio. Ad vulgatam præter Suidam etiam Photius p. 20. respexisse videtur.

hac explicatione diu nos deterreret. Sed Bœckhio, cui ea sola placuit, formula δαπάνη μοι γίγνεται etiam hunc sensum habere posse videbatur, " suppeditat mihi sumtus, est mihi, quo sumtui satisfaciam," quod ipsum est quod desideramus. Quam significationem Bœckhius communicato nobiscum Harpocrationis loco confirmavit, eandemque in illa formula jam invenit is scholiasta, cujus hæc est interpretatio, Ταύτην τὴν πρόσοδον τὴν ἀπὸ τῶν Ἰώνων ὑπάρχουσαν τοῖς Ἀθηναίοις ἐὰν ἀφέλωνται, καὶ χειρώσωνται αὐτοὶ τὴν Ἰωνίαν, μέλλουσιν ἔχειν καὶ τὰ ἀπὸ τῶν Ἰώνων ἀεὶ χρήματα, καὶ τὴν ἐκεῖθεν Ἀθηναίων παρασκευήν. Deinde pro ἐφορμῶσιν exspectes ἐφορμήσασιν; etenim non dum aggrediuntur Ioniam, sed postquam eam aggressi sunt, atque in ditionem suam redegerunt, fit, ut belli sumtibus satisfaciant. Attamen præsentis participium defendi potest, si substantive accipiatur, " sibi aggressoribus." Quod si fit, Græci tempus minus solent curare. Ita satis constat, φεύγοντας sæpissime eos dici, qui in exsilium ejecti sunt. Eodem modo Thucydides III. 4. scribit Πέμπουσιν ἐς τὰς Ἀθήνας οἱ Μιτυληναῖοι τῶν διαβαλλόντων ἕνα, ᾧ μετέμελεν ἤδη, ubi non est, cur cum Reiskio pro διαβαλλόντων e conjectura scribas διαβαλόντων, quum οἱ διαβάλλοντες sint accusatores. Add. II. 2. Θέμενοι ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα, τοῖς ἐπαγομένοις οὐκ ἐπείθοντο, ubi non accurata est Stephani nota, et II. 5. Εὐρύμαχος, πρὸς ὃν ἔπραξαν οἱ προδιδόντες. Cf. Lobeck. ad Ajac. p. 277. Quibus perpensis eam, quæ modo proposita est, explicationem non quidem tanquam ab omnibus dubitationibus vacuam, sed tamen tanquam maxime probabilem amplectimur. Vix autem commemoratu digna est Heilmanni et Corayi conjectura αὐτοῦ pro αὐτοῖς legentium. Hoc enim et librorum atque scholiastæ auctoritate nititur, neque posthabendum est conjecturæ, quæ nihil facit ad tenebras loci illustrandas.

Jam tempus est, ut ab hoc loco, in quo fortassis nonnullis nimis diu hæsisse videbimur, ad alium accedamus, qui et ipse interpunctione mutanda rectius constituendus est. IV. 132. Περιτειχιζομένης δὲ τῆς Σκιώνης, Περδίκκας, τοῖς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῖς ἐπικηρυκευσάμενος, ὁμολογίαν ποιεῖται πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, διὰ τὴν τοῦ Βρασίδου ἔχθραν περὶ τῆς ἐκ τῆς Λύγκου ἀναχωρήσεως, εὐθὺς τότε ἀρξάμενος πράσσειν. καὶ ἐτύγχανε γὰρ τότε Ἰσχαγόρας ὁ Λακεδαιμόνιος στρατιὰν μέλλων πεζῇ πορεύσειν ὡς Βρασίδαν. ὁ δὲ Περδίκκας, ἅμα μὲν κελεύοντος τοῦ Νικίου, ἐπειδὴ ξυνεβεβήκει, ἔνδηλόν τι ποιεῖν τοῖς Ἀθηναίοις βεβαιότητος πέρι, ἅμα δ' αὐτὸς οὐκέτι βουλόμενος Πελοποννησίους ἐς τὴν αὐτοῦ ἀφικνεῖσθαι, παρασκευάσας τοὺς ἐν Θεσσαλίᾳ ξένους, χρώμενος ἀεὶ τοῖς πρώτοις, διεκώλυσε τὸ στράτευμα καὶ τὴν παρασκευήν, ὥστε μηδὲ πειρᾶσθαι Θεσσαλῶν. In his verba καὶ ἐτύγχανε γὰρ—ὡς Βρασίδαν, si sensum spectamus, nexum sententiarum male interrumpunt, neque idoneam explicationem admittunt; sin usum particularum καὶ γάρ consideramus, magnam offensionem habent eo, quod γάρ a καί alia voce interposita separatum est. Quod Hudsonus frustra excusare studet laudato Aristophanis loco Ἀλλὰ ποῖ γὰρ οἴχεται; Nam quod in ἀλλὰ γάρ frequentissimum est, atque idoneam habet rationem e natura sententiarum, quibus hæ particulæ præfiguntur, repetendam; id in καὶ γάρ, quæ voces arctissime cohærent, nunquam* sibi permisit Thucydides. Quodsi particula δέ in ὁ δὲ Περδίκκας abesset, nemo, qui scriptoris nostri loquendi usum perspectum haberet, dubitaret, quin verbis ἐτύγχανε γὰρ—Βρασίδαν in parenthesin redactis conjungenda essent hæc καὶ ὁ Περδίκκας διεκώλυσε τὸ στράτευμα. Ita enim hic locus similis esset ei, qui IV. 67. legitur, Καὶ πρῶτον μὲν οἱ περὶ τὸν Δημοσθένην Πλαταιεῖς τε καὶ περίπολοι ἐσέδραμον, οὗ νῦν τὸ τροπαῖόν ἐστι, καὶ εὐθὺς ἐντὸς τῶν πυλῶν (ᾔσθοντο γὰρ οἱ ἐγγύτατα Πελοποννήσιοι) μαχόμενοι τοὺς προσβοηθοῦντας οἱ Πλαταιεῖς ἐκράτησαν, et sexcentis aliis, in quibus, quum Græci omnino, tum Herodotus et Thucydides sententiam explicativam per γάρ connexam ei vocabulo, quod explicant, præmittunt. Cf. I. 31. 104. 135. 137. III. 70. (ubi verba ἦν γὰρ—προειστήκει lineolis vel parentheseos signis distinguenda erant) al. et Matth. Gr. Gr. p. 906. Ad eandem, dico, normam ἐτύγχανε γὰρ—Βρασίδαν illustraret nomen στράτευμα, et Perdiccas, quamvis ad ὁμολογίαν ποιεῖται jam nominatus, propter interpositum Ischagoræ nomen denuo commemoratus esset, ut Platæenses in exemplo e c. 67. laudato. Jam addita quidem particula δέ hanc rationem labefactare vide-

* Noli enim contra nos abuti verbis καὶ ἐλασσούμενοι γάρ I. 77. ubi καί non cum γάρ conjungendum est, sed ad aliud καί refertur.

tur; sed videtur tantum, non vere subvertit. Rem enim conficit locus III. 107. Ἡμέρας μὲν πέντε ἡσύχαζον, τῇ δ' ἕκτῃ ἐτάσσοντο ἀμφότεροι ὡς ἐς μάχην. καὶ (μεῖζον γὰρ ἐγένετο, καὶ περιέσχε τὸ τῶν Πελοποννησίων στρατόπεδον) ὁ δὲ Δημοσθένης, δείσας, μὴ κυκλωθῇ, λοχίζει etc. Ubi δέ quum in optimis codicibus desit, a Bavero deletum est. Eadem igitur medela etiam ad nostrum locum transferri potest, nisi in utroque δέ ita defendas, ut hanc particulam, quemadmodum alibi οὖν, (cf. III. 95. cum Duck. not.) nonnunquam ibi, ubi scriptor ad structuram parenthesi interruptam revertatur, ideo adjici dicas, ut alterum subjectum alteri disertius opponatur. Recte saltem Valla in versione verba ἐτύγχανε γὰρ —Βρασίδαν post πράσσειν omisit, atque cum διεκώλυσε τὸ στράτευμα arcte conjunxit.

In his difficilioribus locis facile ignoscas editoribus, quod veram distinctionem non intellexerunt. Sed infinitus est eorum locorum numerus, in quibus hac medela utendum esse quum ita in aperto esse videatur, ut id a quovis tirone primo statim adspectu animadvertendum esse putes, perversa interpunctio ab antiquioribus editionibus ad recentissimas usque propagata est. Ita IV. 75. in Καὶ οὐ πολὺ ὕστερον ἐς τὸν Πόντον ἐσπλεύσας] Λάμαχος, ἐν τῇ Ἡρακλειώτιδι ὁρμήσας (pro vulg. ὁρμίσας, quod non dicitur pro ὁρμισάμενος), ἀπόλλυσι τὰς ναῦς, post ὕστερον virgula interpungendum est; Lamachus enim non paulo post in Pontum navigavit, sed jam antea hoc fecerat, ut modo legimus in verbis Λάμαχος ἐς τὸν Πόντον ἐσεπεπλεύκει.* Eodem libro c. 79. Ἐκ γὰρ τῆς Πελοποννήσου, ὡς τὰ τῶν Ἀθηναίων εὐτύχει, δείσαντες οἵ τε ἐπὶ Θρᾴκης ἀφεστῶτες Ἀθηναίων καὶ Περδίκκας ἐξήγαγον τὸν στρατόν. οἱ μὲν Χαλκιδεῖς, νομίζοντες ἐπὶ σφᾶς πρῶτον ὁρμήσειν τοὺς Ἀθηναίους, καὶ ἅμα αἱ πλησιόχωροι πόλεις αὐτῶν, αἱ οὐκ ἀφεστηκυῖαι, ξυνεπῆγον κρύφα. Περδίκκας δέ, πολέμιος μὲν οὐκ ὢν ἐκ τοῦ φανεροῦ, φαβούμενος δὲ καὶ αὐτὸς τὰ παλαιὰ διάφορα τῶν Ἀθηναίων, post στρατόν et κρύφα minus plene interpungendum, quum per partes explicentur verba οἵ τε ἐπὶ Θρᾴκης ἀφεστῶτες Ἀθηναίων καὶ Περδίκκας; quæ autem ab καὶ ἅμα—κρύφα leguntur, in parenthesi dicta existimanda sunt. C. 126. Οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινὰ χώραν βιαζόμενοι. ἥ τε φυγὴ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτῶν, ἴσην ἔχουσα δόξαν τοῦ καλοῦ, ἀνεξέλεγκτον καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἔχει, quum τέ præcedenti οὔτε respondeat, post βιαζόμενοι comma ponendum est.

Sed ne ejusmodi minutiis fastidium creemus lectoribus, hujus generis plura afferre nolumus.

[* Falsa in Thucydidis exemplaribus interpunctio etiam Diodorum in errorem induxit, qui l. XII. c. 72. p. 528. scribat, Μετὰ δὲ ταῦτα (τὴν Ἀντάνδρου ἅλωσιν) Λάμαχος ὁ στρατηγὸς ἔχων δέκα τριήρεις ἔπλευσεν εἰς τὸν Πόντον, καὶ καθορμισθεὶς (quod et ipsum falsam esse arguit vulgatam in Thucydidis editionibus lectionem ὁρμίσας) εἰς Ἡράκλειαν, περὶ τὸν ποταμὸν τὸν ὀνομαζόμενον Κάχητα (f. Κάλητα) πάσας τὰς ναῦς ἀπέβαλε. *Ex Addend.*]

———

CAP. 11.

De conjecturis. Codicum scriptura contra virorum doctorum mutandi conatus defenditur. Παράδειγμα τόδε, τεκμήριον τόδε, sequente γάρ. Μετανίστασθαι, μετοικίζεσθαι, ἀποικίζεσθαι. Lipsiensis editionis operarum errores a Gailio et Seebodio repetiti. Ὅτι omissum. Ea structura, quæ est per ὅτι, et ea, quæ continetur accusativo cum infinitivo, inter se confusæ. Ἐπάγεσθαι. Mutatio subjecti pronomine non addito. Οὐ μέντοι — γε.

Interpunctione considerata accedimus ad eos locos, in quibus conjecturis opus esse visum est. Quarum quum magna copia proposita sit, plerisque facile possumus supersedere. Quam in rem aliquot insignia exempla afferamus, et primum quidem verba, quæ ipsi olim correctione indigere putavimus, I. 2. Καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι, διὰ τὰς μετοικίας ἐς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι· ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες, παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὄν, ἀνεχώρουν· καὶ πολῖται γιγνόμενοι, εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ μείζω ἔτι ἐποίησαν πλήθει ἀνθρώπων τὴν πόλιν· ὥστε καὶ ἐς Ἰωνίαν ὕστερον, ὡς οὐχ ἱκανῆς οὔσης τῆς Ἀττικῆς, ἀποικίας ἐξέπεμψαν. Quæ verba quum et ipsa vexatissima sint, et in proximo capite sequantur, quæ non minus dubitationibus obnoxia fuerunt, de fine capitis secundi et capite tertio paulo fusius dicemus.

Thucydides demonstraturus id, quod in fine primi capitis dixit, quæ ante bellum

Peloponnesiacum gesta essent, ea haud magna fuisse, hujus sententiæ primum argumentum affert hoc, quod Græci olim non firmas sedes habuerint, sed ex alia regione in aliam migraverint (φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη — πλειόνων.) Cujus rei postquam causas exposuit (τῆς γὰρ ἐμπορίας — οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο) concludit, Græcos non valuisse οὔτε μεγέθει πόλεων οὔτε τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. Unde eum apparet in incrementis civitatum duo maxime spectare, et incolarum frequentiam, et apparatus bellici (τῆς παρασκευῆς) copiam. Quod de hoc singulatim loquitur, mirum videri non potest, quum summum ejus consilium hoc sit, ut bellum Peloponnesiacum præ superioribus eminuisse demonstret. Quod consilium ut exsequatur, probare studet, civitates olim ne potuisse quidem magna moliri, quum neque civibus abundassent, et apparatu bellico destitutæ fuissent. Mox accuratius indicaturus, quænam potissimum regiones migrationibus obnoxiæ fuerint, proponit primum generalem sententiam, soli ubertatem præcipue incolarum permutationibus ansam dedisse, quam sententiam deinde duobus modis illustrat. Primum enim commemorat et regiones, quæ maxime hanc sortem passæ sint, et causas, cur ex agrorum fertilitate hoc incommodum prodierit; nam et dissidia inter cives ipsos propter opulentiam, quæ nonnullis contigisset, orta esse, et exteras gentes fertilibus regionibus potiri studuisse. Deinde e contrario Atticam propter soli tenuitatem (τὸ λεπτόγεων) a seditionibus liberam fuisse, et ab iisdem semper habitatam esse dicit. Unde si colligendum est, quænam hujus regionis fuerit fortuna, consideremus, quid per rei naturam sequi possit. De Attica autem in sequentibus sermonem esse apertum est, quum neque aliud subjectum præcedat, quod ad αὐξηθῆναι referatur, qua de re infra fusius agetur, et finis capitis idem declaret. Quamnam igitur ex iis, quæ a Thucydide præmissa sunt, putes fuisse Atticæ sortem? Quum ab Atheniensibus ea causa abfuerit, quæ reliquas nationes, quo minus incrementa caperent, impedivit, facile statuas, Atticam et hominibus et apparatu bellico auctam esse. Verumtamen ea dici etiam possit vel in utroque, vel certe in alterutro non profecisse, si modo causa adjiciatur, quæ apud Athenienses id effecerit, quod in aliis civitatibus e migrationibus ortum est. Jam vero Thucydidem non hoc sibi velle, Atticam omnino incrementa non cepisse, sed potius incolarum frequentiam huic regioni concedere, clare intelligitur ex verbis μείζω ἐποίησαν πλήθει ἀνθρώπων τὴν πόλιν. Ibi vero quum Attica nonnisi πλήθει ἀνθρώπων aucta esse perhibeatur, non commemorato apparatu, eam hoc destitutam a Thucydide cogitari facile suspiceris. Quod si sumimus, difficultas quædam inde exsistit, quod nulla usquam causa affertur, cur apparatus bellicus Atheniensium non item fuerit auctus. Μετοικίαι enim tantum abest ut pro argumento hujus rei habeantur, ut immigrationes in Atticam factas etiam ad apparatum augendum fecisse putes, quum, qui immigrarent, et variarum rerum huc pertinentium periti essent, et ipsi arma, equos atque hujus generis alia secum adducerent. Quæ tamen difficultas evanescat, si Thucydidem statuamus non omnino negare, Atticæ per immigrationes etiam majorem apparatum contigisse, sed verbis ἐς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως nonnisi hoc significare, eam cæteris rebus non tantopere auctam esse quantopere incolis (*"es habe in anderer Hinsicht nicht in einem so hohen Grade gewonnen, als in Hinsicht auf Bevölkerang."*) Quod non male dictum videtur, quum, qui immigrarent, propterea quod antea huc illuc circumvagati erant, nondum vel ingenio vel divitiis admodum pollerent. Totius igitur loci sensum hunc esse putaverim: "Attica quum propter soli asperitatem ex vetustissimis temporibus a seditionibus libera esset, ab iisdem semper habitata est. Unde contendimus, eam propter immigrationes et cæteris rebus, quamvis his multo minus, et inprimis civium numero auctam esse. Quam sententiam hoc non levissimo argumento probamus. Qui ex reliqua Græcia bello aut seditione exciderant, eorum potentissimi ad Athenienses confugiebant, ubi cives facti hominum frequentiam, jam per se" (propter quietem, qua regio fruebatur,) "satis magnam," (quæ notio latet in comparativo,) "statim ab antiquis temporibus adeo auxerunt, ut postea, quum Attica omnes capere posse non videretur, coloniæ in Ioniam emitterentur."

Ita totius loci sensu explicato opus est, ut singula nonnulla expendamus, quo facto veram esse hanc interpretationem clarius, spero, apparebit. Et primum quidem

quæri potest, quomodo Atticæ incolæ semper iidem fuisse tradantur, quum tamen continuo peregrini iis se admiscerent. Sed bene respondit Wyttenbachius (Ecll. hist. p. 539.), eatenus Atticam ab iisdem semper dici habitatam esse, quatenus veteres incolæ in alienas regiones non emigrassent, quod ab aliis factum est. Cæterum hæc frequens est, apud oratores maxime, laus Atheniensium, eos fuisse αὐτόχθονας. Cf. Thuc. II. 36. Plat. Menex. 6. ibique Gottl. Deinde verba παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι, διὰ τὰς μετοικίας ἐς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι, quæ ambigua visa sunt, nonnisi unam admittunt interpretationem. Τόδε enim non potest ad præcedd. pertinere, ut sit τὸ τὴν Ἀττικὴν ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἀεὶ οἰκεῖσθαι, partim quod loquendi usus pronomen demonstrativum in ejusmodi formulis ad sequentia referri jubet, partim quod illa, quæ præcedit, sententia ita comparata est, ut minus alii documento esse possit, quam ipsa stabilienda sit. Neque verba παράδειγμα τόδε per διὰ τὰς μετοικίας — αὐξηθῆναι explicari possunt; nam παράδειγμα τόδε αὐξηθῆναι pro παράδειγμα τόδε ὅτι ηὐξήθη vel παράδειγμα τὸ αὐξηθῆναι nullus unquam Græcorum vel dixit, vel dicere potuit. Nihil igitur restat, quam ut παράδειγμα τόδε per ἐκ γάρ etc. illustrari putemus, quod prorsus est ex more Græcorum, qui ubi formulis τεκμήριον τόδε, παράδειγμα τόδε et hujus generis aliis usi sunt, sententiam per γάρ connexam ita subjungere solent. Cf. Matth. Gr. Gr. p. 905. Quamobrem post αὐξηθῆναι non puncto, sed colo interpungendum est. Verba autem διὰ τὰς μετοικίας — αὐξηθῆναι quum ad παράδειγμα τόδε pertinere nequeant, non possunt nisi cum τοῦ λόγου conjungi, ut verborum structura hæc sit: καὶ τοῦ λόγου διὰ τὰς μετοικίας — αὐξηθῆναι παράδειγμα οὐκ ἐλάχιστον τόδε ἐστίν. Ita nostri simillimus est locus Platonis Menexeni c. 7. Μέγα δὲ τεκμήριον τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅτι ἥδε ἔτεκεν ἡ γῆ τοὺς τῶνδέ τε καὶ ἡμετέρους προγόνους· πᾶν γὰρ τὸ τεκὸν τροφὴν ἔχει ἐπιτηδείαν ᾧ ἂν τέκῃ. Ubi, ut omnis nexus docet, verba ὅτι — προγόνους non pertinent ad τεκμήριον, ut ex interpunctione in Gottleberi editione colligas, sed ad λόγῳ, prorsus ut apud Thucydidem infinitivus. Porro quæsitum est, quodnam sit v. αὐξηθῆναι subjectum. Et nonnulli quidem suppleverunt τὴν Ἑλλάδα; sed hæc vox in iis, quæ proxime antecedunt, nusquam legitur. Reiskius vero αὐξηθῆναι impersonaliter capit, postrema verba ita vertens: "propter transitiones in alias regiones non similiter, quam si nullæ factæ essent, incrementa capta esse." Sed neque αὐξηθῆναι impersonaliter usurpatum alibi invenitur, et, etiamsi hunc usum paulisper concedamus, vel ita remanet quæstio, a quonam incrementa non sint capta. Nihil aliud igitur superest, quam ut vel τὴν Ἀττικὴν ex antecedentibus repetamus, vel ad correctionem confugiamus. Quorum illud quum commodum sensum præbere olim mihi non videretur, particulam ἐς ante τὰ ἄλλα, utpote ex terminatione vocis μετοικίας ortam, delendam conjeci, ut sensus hic esset: "Et ejus rei, de qua dico, propter migrationes reliquas civitates non similiter (quam Atticam) crevisse, haud minimum argumentum hoc est, quod etc." Quam conjecturam deinde vidi Levesquio etiam et Eversio in mentem venisse, eademque Hermanno probata est. Sed duo erant, quæ mihi eam statim ab initio suspectam redderent. Primum enim illud ἐς ab omnibus libris agnoscitur. Frustra etiam Levesquius, ut ejus omissionem stabiliret, ad scholiastam provocavit, quem, licet pro ἐς utatur præpositione κατά, tamen re vera ἐς invenisse inde patet, quod ad αὐξηθῆναι supplet τὴν Ἑλλάδα; quod profecto non fecisset, si Thucydides scripsisset διὰ τὰς μετοικίας τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι. Deinde formula ἐς τὰ ἄλλα adeo delectatur Thucydides, ut eam mutatam nolis. V. I. 1. 6. 36. al. Duo alia illi conjecturæ opposuit Fr. Aug. Wolfii, cui eam proposueram, insignis doctrina. Τὰ ἄλλα enim ex loquendi usu non tam esse cæteras civitates, quæ notio hic requireretur, quam cætera oppida, τὰ ἄλλα χωρία. Cf. I. 59. Deinde, quod gravissimum est, μετοικίας non idem denotare posse quod μεταναστάσεις. Μετανίστασθαι enim, μετοικίζεσθαι et ἀποικίζεσθαι sic differunt, ut illud generatim sit emigrare in aliam regionem, sedes suas permutare; μετοικίζεσθαι emigrare in ejusmodi regionem, quæ jam ab aliis est inhabitata, et eo quidem consilio, ut tanquam inquilinus ibi vivas; ἀποικίζεσθαι denique emigrare in regionem incolis vacuam, ut ibi colonus sis.* Neque

* Quodammodo huc etiam pertinet discrimen inter ἄποικοι et ἔποικοι, de quo præter scholiastam Thucyd. ad II. 27. et

repugnant discrimini, quod constituimus, verba c. 12. Ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ μετῳκίζετο; ibi enim ex optimis codicibus, Reg. Aug. Cass. Bas. Cl. quibuscum sex Parisini consentiunt, scribendum κατῳκίζετο (cf. Benedict.), quod melius convenit iis, quæ in hoc capite narrantur. Maxime vero eos inquilinos, qui Athenis degerent, μετοίκων nomine insignitos fuisse constat. Cf. Vocc. rhetorr. in Bekker. Anecd. I. p. 281. Schol. Ruhnk. p. 232. all. Jam quum hic statim commemorentur exsules, qui ad Athenienses confugerint, et discernantur ἀποικίαι ex Attica emissæ; μετοικίαι nihil aliud esse possunt quam immigrationes peregrinorum in Atticam advenientium, quam interpretationem proposuerint Wyttenbachius et Gailius. Hanc autem vocis μετοικίαι potestatem si tenemus, minus etiam placere potest illa, cujus mentio facta est, conjectura, quum, nisi αὐξηθῆναι ad Atticam spectet, verba διὰ τὰς μετοικίας nimis nude dicta videantur. Neque pro μετοικίας probari potest vel ἀποικίας, quod et ad sensum minus quadrat, et paucorum eorumque deteriorum codicum est, vel ἐποικίας, quod nonnisi in marg. Steph. legitur. Pergimus ad verba ἐς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως, quorum sensus nunc certo poterit constitui. Nam quum reliqui Græci dicantur οὔτε μεγέθει πόλεων ἰσχῦσαι, οὔτε τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ, Athenienses autem αὐξηθῆναι ἐς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως, sed μείζονος πλήθει ἀνθρώπων τυχεῖν τῆς πόλεως: ἐς τὰ ἄλλα non potest esse nisi quod antea dictum est τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ, sive, ut loquitur scholiasta, κατὰ τὰ ἄλλα πράγματα, οἷον πλοῦτόν τε καὶ ὅπλα καὶ τἄλλα, atque ad ὁμοίως supplendum est ἢ πλήθει ἀνθρώπων; quod Thucydides omisit, quoniam ex opposito membro ei repeti posse videbatur. Paulo post in ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες quum in Lips. edit. ante πολέμῳ operarum errore excidisset articulus οἱ, hoc vitium neque a Gailio neque a Seebodio sublatum est. Qualis horum editorum incuria sæpius taxanda est. Ita Gailius II. 12. pro ἀναχωρήσαντας repetiit ἀναχωρήσαντες, quod solœcum est, quum participium non ad βούλωνται, sed ad πρεσβεύεσθαι pertineat, atque ad Lacedæmonios spectet. Magis etiam mireris a Gailio repetitum καθέστη III. 11. Sed ἡμεῖς δή I. 74. ab eo correctum est, quod tamen non animadvertit Seebodii negligentia. Quod restat, I. 2. ad quem locum revertimur, οἱ πολέμῳ ἐκπίπτοντες οἱ δυνατώτατοι idem est quod τῶν ἐκπιπτόντων οἱ δυνατώτατοι. V. Gregor. Cor. p. 83. sqq. Priscian. l. XVII. Matth. Gr. Gr. p. 483.

Capite tertio Thucydides alterum argumentum affert, quo veterum imbecillitatem probet. Est autem in eo positum, quod Græci ante bellum Trojanum nihil conjunctis viribus gesserint. Quum in Par. G. vocabulum ἀσθένειαν s. l. al. m. scriptum sit, Gailius id delendum censuit, τῶν παλαιῶν ad τόδε referens, et verba ita vertens: "ceci des anciens tems prouve encore en faveur de mon assertion." Perperam; nam et ἀσθένειαν primarium est vocabulum et τὸ πρᾶγμα ad δηλοῖ suppleri nequit. Sed, pergit scriptor, non modo quidquam conjunctis viribus gesserunt, sed ne nomen quidem Ἑλλάδος omnium commune erat. Quæ hac de re dicit, ita vertenda sunt: "Sed ne nomen quidem hoc universa adhuc habuisse videtur, sed partim ante Hellenem, Deucalionis filium, omnino ne fuisse quidem hoc nomen, sed singulæ gentes, quum aliæ tum Pelasgica longissime (per longissimum Græciæ tractum,) a se ipsis (regionibus, in quibus degebant) nomen præbuisse: partim quum Hellen et filii ejus in Phthiotide potentes facti essent, et in reliquas civitates ad auxilium ferendum arcesserentur, singuli quidem jam propter consuetudinem Hellenes dicti esse videntur; non tamen per longum certe tempus omnibus inveterascere poterat (ut Hellenes vocarentur)." Jam singula quædam videamus. Et facile quisque animadvertit, post δοκεῖ duplicem vel triplicem hic admissam esse verborum structuram. Primum enim legimus δοκεῖ οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασά πω εἶχε, plane ut nos dicimus "*es scheint es hatte noch nicht einmal diesen Namen gemeinschaftlich*," qualia vulgo interpretantur suppleta particula ὅτι. Plat. Protag. p. 325. ed. Steph. Οἴεσθαί γε χρή, ἐκ παίδων σμικρῶν ἀρξάμενοι, μέχρις οὗπερ ἂν ζῶσι, καὶ διδάσκουσι καὶ νουθετοῦσι. Æsch. Eum. 598. Πέποιθ', ἀρωγὰς δ' ἐκ τάφου πέμπει πατήρ, ubi δέ delerem, nisi

---

Thomam Mag. p. 361. docte egisse Schæferum ad. Apoll. Rhod. t. II. p. 339. monuit nos idem amicus, quem in verbi generum apud tragicos permutationem inquisivisse supra diximus.

aliter judicaret Hermannus. V. Schæf. ad Œd. Col. 995. Abresch. Dilucc. Thucydd. p. 5. Deinde mutata repente structura inferuntur infinitivi, ut alibi post verba dicendi et similia e structura cum ὅτι non raro in accusativum cum infinit. et vicissim transeunt scriptores. Cf. Matth. Gram. Gr. p. 775. Adde Thuc. III. 3. Ἐσηγγέλθη αὐτοῖς, ὡς εἴη ἑορτή,—καὶ ἐλπίδα εἶναι. 25. Ἔλεγε, ὅτι ἐσβολή τε ἅμα ἐς τὴν Ἀττικὴν ἔσται, καὶ αἱ τεσσαράκοντα νῆες παρέσονται ἃς ἔδει βοηθῆσαι αὐτοῖς, προαποπεμφθῆναί τε αὐτὸς τούτων ἕνεκα.* Sed mirum videri potest, quod, quum initio nominativus cum infinitivo ponatur, εἶναι ἡ ἐπίκλησις αὕτη, in fine rursus mutata structura substituitur accusativus cum infinitivo, καλεῖσθαι Ἕλληνας. Neque tamen invitis libris omnibus Ἕλληνας in Ἕλληνες mutandum, quum ratio indicari possit, cur Thucydides accusativo, non nominativo ibi usus sit; respexit enim non ad sensum, sed ad formam vocabulorum καθ' ἑκάστους, et eorum causa accusativum subjecit. Structuræ post verbum δοκεῖν mutatæ insigne exemplum exstat etiam IV. 62. ubi in Hermocratis oratione vulgo hæc legimus. Τὴν δὲ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι εἰρήνην πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ποιήσασθαι; ἢ δοκεῖτε, εἴ τῳ τί ἐστιν ἀγαθόν, ἢ εἴ τῳ τὰ ἐναντία, οὐχ ἡσυχία μᾶλλον, ἢ πόλεμος, τὸ μὲν παῦσαι ἂν ἑκατέρῳ, τὸ δὲ ξυνδιασῶσαι, καὶ τὰς τιμὰς καὶ λαμπρότητας ἀκινδυνοτέρας (quam formam pro ἀκινδυνωτέρας reponendam esse supra vidimus) ἔχειν τὴν εἰρήνην ἄλλα τε, ὅσα ἐν μήκει λόγων ἄν τις διέλθοι, ὥσπερ περὶ τοῦ πολεμεῖν; Quæ solœca esse quisque intelligit. Ne quid dicamus de Reiskii et Gottleberi commentis, quæ satis refutavit Baverus, vel de ipsius Baveri tentaminibus, duplex ratio iniri potest, qua loco fere sine ulla mutatione succurras. Aut enim cum Kistemakero, quem Benedictus sequitur, scribendum ἢ δοκεῖτε, ut τέ respondeat particulæ καί ante τὰς τιμάς, (non, ut Benedictus vult, particulæ τέ post ἄλλα, quæ non novum membrum incipit, sed ἄλλα τε cum τὰς τιμὰς καὶ λαμπρότητας conjungit) et a nominativo ad accusativum cum infinit. transitus fiat; aut παῦσαι et ξυνδιασῶσαι in παύσαι et ξυνδιασώσαι mutanda, ita tamen ut ὅτι non librariorum errore excidisse, quod Heilmanno in mentem venit, sed ab ipso scriptore omissum esse dicamus. Id enim etiam ibi fieri, ubi optativus usurpatus est, in altero vero membro infinitivus reperitur, docuit Matth. Gr. Gr. p. 755. 3. Quæ altera in his verbis inest, difficultas, quod interrogatio in priori membro negat (" num putatis, pacem non magis, quam bellum a malis liberare?" i. e. num tale quid credere potestis? non decet vos ita judicare,) in altero autem affirmat (" an putatis, pacem habere honores a periculo remotiores?" i. e. haud dubie ita statuitis, oportet vos ita existimare); ea sane offensioni est, neque tamen efficere potest, ut cum Bavero μή, quod ad ἔχειν referatur, excidisse dicamus. Thucydides enim in altero membro ita loquitur, quasi negationem οὐ non cum μᾶλλον, sed cum primario verbo δοκεῖτε conjunxerit, qualem negligentiam etiam alibi deprehendimus. Ut. I. 71. Ταύτης μέντοι τοιαύτης ἀντικαθεστηκυίας πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, διαμέλλετε, καὶ οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπιπλεῖστον ἀρκεῖν, οἳ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι, τῇ δὲ γνώμῃ, ἢν ἀδικῶνται, δῆλοι ὦσι μὴ ἐπιτρέψοντες· ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ λυπεῖν τε [τοὺς] ἄλλους, καὶ αὐτοὶ ἀμυνόμενοι μὴ βλάπτεσθαι, τὸ ἴσον νέμετε. Ubi proprie scribendum erat ἀλλ' οἳ ἂν—νέμωσι, pro quo dixit ἀλλὰ νέμετε, tanquam in præcedentibus negatione ad primarium verbum relata exhibuisset καὶ οὐκ οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν τούτοις ἀρκεῖν. Male igitur Æm. Portus adverbium οὐ tollendum censuit, pejus etiam Benedictus conjecit διάμελλετε καὶ οἴεσθαι, " vos adhuc credere cunctamini," quæ conjectura et particulam καί superfluam reddit, et totius loci sensum perturbat, qui hic est. " Quies iis potissimum contingit, qui neminem quidem injuria afficiant, sed quos tamen constet, si lædantur, injuriam esse ulturos. Vos vero injuriam non modo infertis, sed ne defenditis quidem a vobis, si metuendum sit, ne detrimentum inde capiatis." Sed redimus ad cap. 3. Ubi

* Inutilis igitur est conjectura νομίζοι Xen. Cyr. I. 3. 13. Ἡ δὲ ἀπεκρίνατο ὅτι βούλοιτο μὲν ἂν ἅπαντα τῷ πατρὶ χαρίζεσθαι, ἄκοντα μέντοι τὸν παῖδα χαλεπὸν νομίζειν εἶναι καταλιπεῖν, ubi optativum vel a Schæfero receptum esse nolim. Ex eadem re explicandum, quod ipsas particulas ὅτι et ὡς interdum sequitur infinitivus cf. Heind. ad Plat. Phædon. c. 8. et 58. Herm. ad Vig. p. 900. atque adeo participium, quod infinitivi vice fungitur, ut Thuc. IV. 37. Γνοὺς ὁ Κλέων καὶ ὁ Δημοσθένης ὅτι διαφθαρησομένους αὐτοὺς ὑπὸ τῆς σφετέρας στρατιᾶς.

quum Cass. pro κατὰ ἔθνη præbeat καὶ τὰ ἔθνη, hæc scriptura Salmasio probata est. Male; partim enim omnes reliqui codd. repugnant, partim ita facilior lectio substitueretur difficiliori. Subjectum enim, quod hic desiderarunt, inest in ipsis verbis κατὰ ἔθνη, non quidem quod ad formam, sed quod ad significationem attinet. Similiter mox dicitur καθ' ἑκάστους. Addendus locus Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 5. a Matth. Gr. Gr. p. 414. laudatus. Sensus autem omnino hic est: Nomen Ἑλλάδος ante Hellenem non exstitit, neque ullum fuit nomen, quod omnem regionem, quæ postea Ἑλλάς vocata est, complecteretur, sed singulæ ejus partes a singulis nationibus, quæ in iis habitabant, maxime a Pelasgis, qui latissime diffusi erant, dictæ sunt. Quemadmodum igitur, si neque Germanorum nomen exstaret, neque alia esset appellatio, quæ singulas nationes, in quas patria nostra divisa est, complecteretur, nonnisi de Austria, Borussia, Saxonia, Bavaria sermo esse posset; ita olim alia Græciæ pars Pelasgia, alia aliter appellata est, neque adfuit nomen omnium harum partium commune. Paulo post in καὶ ἐπαγομένων αὐτούς scholiasta interpretes in errorem induxit, incertum esse dicens, quo spectet αὐτούς. Sed ei, qui Græci sermonis peritus est, hæc verba ambigua videri nequeunt. Quodsi Thucydides hunc sensum exprimere voluisset, "quum Hellenis filii eos (Phthiotidis incolas, qui e voce Φθιῶτις, ut sæpe, repetendi essent) in reliquas civitates adducerent," eum pro ἐπαγομένων activo uti oportebat. Medium enim ubique significat aliquem sibi adducere, arcessere, quo significatu frequentissime in Thucydidis libris legitur. Cf. exempla a Neophyto Duca ad h. l. adscripta, quibus alia multa addi possunt, ut III. 82.* Hinc dubitari non potest, quin ἐπαγομένων impersonaliter intelligendum, seu, ut vulgo loquuntur, ἀνθρώπων supplendum sit, αὐτούς autem ad filios Hellenis spectet. Nam ἐπαγομένων ἑαυτούς s. αὑτούς, quod Salmasio et Reiskio in mentem venit, ne Græcum quidem est. Cf. Abresch. Dilucc. Thucydd. p. 7. Quod autem subito mutatum est subjectum pronomine non addito, in eo apud Thucydidem nihil est offensionis. I. 13. Ἐπειδὴ οἱ Ἕλληνες μᾶλλον ἐπλωΐζοντο, τὰς ναῦς κτησάμενοι, τὸ λῃστικὸν ἀφῄρουν, ubi ἀφῄρουν non de Græcis universis, sed de Corinthiis, de quibus in antecedd. sermo fuit, intelligendum est, quod nolim adeo offensioni fuisset Eversio, ut οἱ Ἕλληνες ejici juberet. I. 51. Οἱ Κερκυραῖοι ἐφοβήθησαν, μὴ πολέμιαι ὦσιν (αἱ νῆες,) ἔπειτα δὲ ἔγνωσαν, καὶ ὡρμίσαντο (αἱ νῆες,) ubi male Portus "postea illas agnoverunt, et in suas sedes receperunt," quod non esset ὡρμίσαντο, sed ὥρμισαν, quam scripturam noli contra omnium librorum auctoritatem Thucydidi obtrudere. II. 3. Φυλάξαντες ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον (οἱ Πλαταιεῖς) ἐχώρουν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπ' αὐτοὺς (τοὺς Θηβαίους,) ὅπως μὴ κατὰ φῶς θαρσαλεωτέροις οὖσι προσφέρωνται, καὶ σφίσιν ἐκ τοῦ ἴσου γίγνωνται (οἱ Θηβαῖοι.) II. 79. Οἱ ἐκ τῆς Σπαρτώλου ψιλοὶ — ἐπιτίθενται αὖθις μετὰ τῶν Χαλκιδέων ἱππέων καὶ τῶν προσβοηθησάντων τοῖς Ἀθηναίοις. καὶ ἀναχωροῦσιν (οἱ Ἀθηναῖοι) πρὸς τὰς δύο τάξεις, ἃς κατέλιπον παρὰ τοῖς σκευοφόροις. Ubi quidem de hoc usu dubitarunt Kistemakerus et Bredovius, quorum hic minore interpunctione post Ἀθηναίοις posita ἀναχωροῦσιν ad οἱ ἐκ τῆς Σπαρτώλου referri voluit, qui modo Athenienses adorti essent, modo denuo se recepissent. Sed hoc in sequentibus demum dicitur, neque ullo modo cogitari potest, duos ordines ad impedimenta relictos esse τῶν ἐκ τῆς Σπαρτώλου, qui quum ex urbe obsessa eruptionem facerent, si impedimenta in campum portari quam in urbe servari maluissent, stultissimi fuissent. Alia certa exempla qui desiderat, adeat III. 16. init. III. 52. init. IV. 47. init.— In iis, quæ deinde sequuntur, Thucydides discernit atque sibi opponit καθ' ἑκάστους et ἅπαντας, quod probe animadvertendum est, quum etiam infra hoc discrimine opus sit. Hoc igitur sibi vult. Quum Hellenis filii et Thessali iis subjecti, qui primi Hellenes dicti sunt, cum reliquis populis se permiscuissent, factum est, ut hi quoque propter hanc ipsam consociationem atque

* Etiam III. 63. pro ὑπάγεσθαι restituendum videtur ἐπάγεσθαι, quum illud non ita dicatur. De confusione præpositionum ἐπί et ὑπό in compositis v. Schæf. Melett. critt. p. 104. sq. Exquisitior neque satis clara est significatio, qua ἐπάγεσθαι legitur III. 10. Ἐπειδὴ ἑωρῶμεν αὐτοὺς τὴν μὲν τοῦ Μήδου ἔχθραν ἀνιέντας, τὴν δὲ τῶν ξυμμάχων δούλωσιν ἐπαγομένους, ubi nescio quo jure velint esse σφίγγοντας, συσπῶντας. Notatne suscipientes, sibi proponentes?

consuetudinem magis magisque Hellenes dicerentur. Sed per longum tempus non omnes simul hoc nomine appellati sunt, non fuit hoc generale et publicum omnium Græcorum nomen, sed nonnisi singuli populi ita dicti sunt, ita ut reliquis idem nomen non tribuerent, neque cum iis se unum quasi corpus efficere existimarent. Post Ἕλληνας non puncto, sed colo interpungendum. Particularum οὐ μέντοι — γε conjunctione non solum poetæ delectantur, ut Baverus ad I. 127. statuit, sed eadem frequens est in Thucydide. I. 111. Οὐ μέντοι εἷλόν γε, ἀλλ' ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, ubi in marg. male scribitur οὐ μέντοι γε εἷλον.* 142. Οὐ μέντοι ἱκανόν γε ἔσται ἐπιτειχίζειν. II. 11. Οὐ μέντοι ἐπὶ κακῷ γε τῆς πόλεως γίγνοιτο. Cf. II. 47. 56. 65. III. 11. IV. 72. 78. al. Neque tamen probandum, quod Gottleberus I. 127. in Οὐ μέντοι τοσοῦτόν γ' ἤλπιζον παθεῖν ἂν αὐτὸν τοῦτο, ὅσον διαβολὴν οἴσειν αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν particulam γέ vel contra codices addidit. Ut enim per se non intelligitur, quænam ejus adjiciendæ necessitas sit, ita eam in quinto libro alicubi deesse vidimus. Præterea ea subjecta Thucydidem verisimile est verba ita collocaturum fuisse, οὐ μέντοι παθεῖν γ' ἂν αὐτὸν τοῦτο τοσοῦτον ἤλπιζον. In verbo ἐκνικῆσαι argutatur Baverus. Usurpatur de iis, quæ in consuetudinem veniunt, et pro eo, quod usitatius dixisset, οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου καὶ ἅπαντας καλεῖσθαι Ἕλληνας ἠδύνατο ἐκνικῆσαι, scripsit ἠδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι sc. καλεῖσθαι Ἕλληνας ("*es konnte jedoch, wenigstens lange Zeit hindurch, nicht auch für alle zugleich üblich werden, Hellenen zu heissen.*") Jam Thucydides provocat ad Homeri testimonium verbis τεκμηριοῖ δὲ — ἀποκεκρίσθαι, quæ nullam habent difficultatem. Nonnisi hoc moneo, pro ὕστερος scribendum esse ὕστερον, quod et plurimi codices prius collati et novem Parisini exhibent, e quibus jam a Gailio, probante Benedicto, receptum est. Vulgatam e correctione ortam esse docent ea, quæ in scholiis leguntur. Nihil igitur curo, quod I. 14. scribitur ταῦτα πολλαῖς γενεαῖς ὕστερα γενόμενα τῶν Τρωϊκῶν. Inde a verbis οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες Thucydides redit ad id, unde ineunte capite profectus erat, Græcos ante Trojanum bellum nihil conjunctis viribus gessisse. Simul vero, ut transitum sibi paret, breviter repetit, quæ, antequam Homeri testimonium laudaret, exposuit. Verba igitur οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες, κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν, καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες ex superioribus explicanda sunt. Apertum est enim, quod discrimen supra erat inter καθ' ἑκάστους et ἅπαντας, id etiam hic teneri. Qui enim ibi dicti sunt ἅπαντες, ii nunc vocantur ξύμπαντες, nec nisi de eo dubitari potest utrum verbis καθ' ἑκάστους respondeant hæc ὡς ἕκαστοι, ut κατὰ πόλεις τε nonnisi explicationis causa ad ὡς ἕκαστοι adjectum sit, an potius κατὰ πόλεις; quod si est, formula ὡς ἕκαστοι per se constat, ut sæpe apud Thucydidem, qua de re confer exempla a Gailio congesta. Utram rationem præferamus, non multum refert; sed quum particula τέ, ubi καί sequitur, huic respondere soleat, ideoque minus facile κατὰ πόλεις cum ὡς ἕκαστοι conjungat, posteriorem interpretationem veriorem esse existimaverim. Cf. I. 122. Νῦν δὲ πρὸς ξύμπαντάς τε ἡμᾶς Ἀθηναῖοι δυνατοί, καὶ κατὰ πόλιν ἔτι δυνατώτεροι. Hoc certe ex omni nexu clarum est, non tres, ut Gailius voluit, hic commemorari hominum classes, sed Græciæ nationes singulatim spectatas, ita ut quæque per se constet, opponi Græciæ populis conjunctim consideratis et unam tantum rempublicam efficientibus. Quamobrem commate post τέ posito verba sic verto: "Illi vero pro se quisque Hellenes, et oppidatim, quotquot mutuo se intelligebant, et omnes una postea vocati, ante Trojana tempora nihil conjunctis viribus gesserunt." Sensus hic est: "*Anfangs wurden nur einzelne für sich bestehende und unter einander nicht zusammenhangende Staaten, so viel einander verstanden, Hellenen genannt. Nachher aber wurde dieser Name ein Gattungsname, so dass er jene Staaten in ihrer Vereinigung, wiefern sie ein geschlossenes Ganze, einen*

---

* Οὐ μέντοι γε alia voce non interposita dici posse alicubi negat Porsonus ad Euripidem. Nihil tamen obstat, quo minus quibusdam in locis hic verborum ordo inveniatur, quanquam in Thucydide nos tale quid legere non meminimus. Scribitur tamen ita apud Dionys. Halic. de Thucyd. histor. judic. p. 924. l. 12. et apud Xenoph. Anab. II. 4. 14. Eodem modo μέντοι γε non præcedente negatione legitur Cyrop. I. 6. 8. et Anab. I. 9. 14. De quarum particularum sensu cf. Herm. ad Vig. p. 842.

Staatskörper ausmachten, bezeichnete. Und bevor nun jene nähere Verbindung der einzelnen Hellenischen Stämme unter einander eintrat, konnten sie keine gemeinsame Unternehmungen ausführen, daher denn der Trojanische Krieg das erste Beispiel dieser Art ist." Neque obstat huic explicationi, quod Baverus monuit, Græcos non eadem quidem dialecto usos esse, sed tamen omnes mutuo se intellexisse. Nam unde tandem cognitum habuit vir doctus, antiquos Græciæ incolas, Pelasgos, ab Hellenibus vel devictos vel expulsos eadem cum iis lingua usos esse? Quidni potuerunt certe dialecto ita discrepare, ut qui Saxoniam superiorem et qui inferiorem habitant? Confirmatur hoc Herodoti auctoritate, quem vide I. 57. Non opus est igitur, ut verba ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν prorsus solœce cum Bavero et Kistemakero vertamus q u i c u n q u e i n t e r s e e s s e n t c o n g r e s s i, quasi ξυνίημι idem sit quod ξύνειμι. In quem turpem errorem nuper etiam incidit Benedictus, qui verba de hostili congressu intelligi voluit, hac proposita interpretatione: "Quicunque inter se bella gesserunt." Neque etiam in lectione quidquam mutamus, quæ firmissima est. Quæ enim in codd. reperiuntur discrepantiæ, eæ tantum abest ut de vulgatæ auctoritate detrahant, ut eam etiam confirment. Nam ὁμόφωνοι ἦσαν, quod in depravatis codd. Ar. Chr. et Mosqu. in quo ὁμόφωνοι in ὁμοφώνων transiit, additum legitur, nihil aliud est quam interpretamentum vv. ἀλλήλων ξυνίεσαν. Ὁμόφρονοι ἦσαν autem, quod e Dan. affertur, vel ex ὁμόφωνοι corruptum est; quod ei, qui arctissimum horum codicum nexum perspexerit, verisimillimum videbitur; vel etiam in ὁμόφρονες mutari potest, quasi illud ἀλλήλων ξυνίεσαν improprie, ut nostrum "*sich unter einander verstehen,*" explicandum sit, quod tamen in Græco sermone fieri non potest. Quod denique tres codd. Pariss. habent ξυνήεσαν, id non e ξυνήεσαν, sed e ξυνίεσαν depravatum esse vel inde patet, quod iidem codices, ut omnes omnino libri exceptis duobus, qui interpretamentis prius commemoratis contaminati sunt, tuentur genitivum ἀλλήλων, qui cum ξυνήεσαν in dativum mutandus esset, nisi quis Baveri stultitiam imitari velit, dativum hic pro genitivo poni posse existimantis.

Cap. 12.

Argumenti in præcedente capite tractati continuatio. Καθ' ἑκάστους et καθ' ἑαυτούς quomodo differant. Nominativi absoluti. Anacolutha. Duæ loquendi rationes confusæ. Ineptos esse eos, qui οὐκ ἄκοντες poni posse dicant pro οὐχ ἑκόντες etc.

Ita examinato libri primi capite secundo et tertio addemus nonnullos alios locos conjecturis temere vexatos. Quibus tamen præmittimus unum, in quo non multum abest, quin ipsi, incognitum quendam virum doctum secuti, a librorum scriptura recedamus. De quibus verbis hic disputare placet, quoniam quæstio maximam partem pendet e sensu formulæ καθ' ἑκάστους, quæ modo adfuit. Loquimur autem de verbis his II. 39. Οὔτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι καθ' ἑκάστους, μετὰ πάντων δ' ἐς (vel δέ, ἐς, ut voce melius subsistas) τὴν γῆν ἡμῶν στρατεύουσι· τήν τε τῶν πέλας αὐτοὶ ἐπελθόντες, οὐ χαλεπῶς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ τοὺς περὶ τῶν οἰκείων ἀμυνομένους μαχόμενοι τὰπλείω κρατοῦμεν. ἀθρόᾳ τε τῇ δυνάμει ἡμῶν οὐδείς πω πολέμιος ἐνέτυχε, διὰ τὴν τοῦ ναυτικοῦ τε ἅμα ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν ἐν τῇ γῇ ἐπὶ πολλὰ ἡμῶν αὐτῶν ἐπίπεμψιν. Primum membrum volunt significare: "Lacedæmonii non per se s. soli, sed cum omnibus auxiliis agrum nostrum invadunt." Sed καθ' ἑκάστους nunquam est s o l i, verum ubique s i n g u l i. Ita gens e pluribus populis composita, ut Græcorum vel Germanorum, dici potest στρατεύειν καθ' ἑκάστους, si q u æ q u e n a t i o p e r s e expeditionem facit. Sed unus populus, ut Lacedæmonii, si omnino recte dicatur καθ' ἑκάστους στρατεύειν, quod non memini me legere, id certe non valet s o l u m expeditionem suscipere. Quæ tamen notio hic requiri videtur, quum Athenienses, Lacedæmoniis oppositi, statim prædicentur, αὐτοί, s o l i, Peloponnesum invasisse. Quæ difficultas non omnino fugit Neophytum Ducam, qui quum scripsisset Καθ' ἑκάστους] ἀντὶ τοῦ μόνοι, addit deinde ἢ τὸ Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ τοῦ Πελοποννήσιοι· ἵν' ᾖ, οὔτε οἱ Πελοποννήσιοι καθ' ἑκάστους. Sed Thucydides si de Peloponnesiis loqui voluisset, cur pro iis Lacedæmonios nominaret, causa non erat. Verum de Peloponnensibus ne potest quidem sermo esse, quum in omni hoc loco instituta atque mores Atheniensium cum Lacedæmoniis

solis, non autem cum universis Peloponnensibus comparentur. Acutissime igitur Beckius, Vir a nobis plurimum colendus, quum hanc orationem in Seminario philolog. Lipsiensi aliquando explicarem, difficultatem minorem videri monuit, si post κρατοῦμεν minus plene interpungatur. Ita enim animadvertimus, Athenienses et solos, sine sociis (τήν τε τῶν πέλας αὐτοὶ ἐπελθόντες — κρατοῦμεν,) neque cum omnibus copiis suis (ἀθρόᾳ τε τῇ δυνάμει — ἐπίπεμψιν) cum hostibus pugnasse perhiberi. Lacedæmonii igitur iis oppositi neque soli neque cum parte militum suorum, sed cum toto suo exercitu, sibi adjunctis præterea sociis, in Atticam irrupisse dicendi erant. Quorum membrorum alterum Thucydides omisisse videatur, cum qua dictione quodammodo compares II. 35. Ὅ, τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους ἀκροατὴς τάχ᾽ ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε καὶ ἐπίσταται νομίσειε δηλοῦσθαι· ὅ, τε ἄπειρος ἔστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι, διὰ φθόνον, εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι, ubi plene dicendum erat ὅ, τε ἄπειρος καὶ μὴ εὔνους — δι᾽ ἀπειρίαν καὶ φθόνον. Atque ad hunc modum verba intellexit Reiskius, cujus p. 87. hæc est versio: "*Die Lacedämonier getrauen sich nicht mit einzelnen Rotten oder Völkerschaften, oder auch für sich allein, uns in unser Land zu fallen, sondern sie kommen mit der ganzen Macht ihrer eigenen Leute und ihrer Bundsgenossen aus dem Peloponnes angezogen.*" Sed vereor, ut hæc ratio, quamvis ingeniosa, omnibus satisfaciat. Ne dicam male scripsisse Thucydicem, si propius, quam remotius membrum oppositione carere maluisset, primum illa ipsa notio formulæ καθ᾽ ἑκάστους, ut sit quodque agmen per se, *in einzelnen Abtheilungen*, exemplis confirmanda est. Alibi enim, ubi similiter dicitur, vel de gente, cujus singuli populi, vel de populo, cujus singuli cives aliquid agunt, usurpatur. Illius generis exemplum est, quod I. 3. legimus Καθ᾽ ἑκάστους μὲν ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας, οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. Add. II. 64. Πολεμοις μεγίστοις ἀντέσχομεν πρός τε ξύμπαντας καὶ καθ᾽ ἑκάστους. IV. 64. Καθ᾽ ἑκάστους βλαπτόμενοι, ξύμπαντες κινδυνεύομεν. Aliud exemplum suppeditat Neophytus Ducas t. X. p. 116. s. v. ἕκαστος. In quibus omnibus locis formulæ καθ᾽ ἑκάστους opponitur ἅπαντες s. ξύμπαντες, idque optime, quippe quibus vocibus complexus omnium in unum clarius quam simplici πάντες significetur, quod proprie ad ἕκαστος refertur, ut ἅπαντες atque ξύμπαντες ad καθ᾽ ἑκάστους. Ne tamen hanc constantem esse dicendi rationem putes, ideoque II. 39. pro μετὰ πάντων necessario μεθ᾽ ἁπάντων requiri existimes, quod nonnisi in tribus depravatis codicibus, Ar. Chr. Vind. reperitur, obstant verba II. 41. Τήν τε πᾶσαν πόλιν τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν εἶναι, καὶ καθ᾽ ἕκαστον δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ᾽ ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ᾽ ἂν εἴδη——τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι, quæ alterum, quem significavimus, dictionis καθ᾽ ἑκάστους usum confirmant. De quo conferri etiam potest II. 60. Sed populum, cujus singula agmina bellum gerant, dici καθ᾽ ἑκάστους πολεμεῖν non memini. Deinde, ut justa esset oppositio, non tam μετὰ πάντων, quam πάντες scribendum erat, quum Lacedæmonii ipsi essent ii, qui omnes in bellum proficisci perhiberentur. Quas difficultates si considero, probaverim scripturam, quam docta manus margini Flor. Vin. appinxit, καθ᾽ ἑαυτούς, soli. Cf. III. 39. Vig. p. 633. Matth. Gr. Gr. p. 852.

Sed supervacanea judicamus ea, quæ viri docti conjecerunt in locis his. II. 40. Διαφερόντως δὲ καὶ τόδε ἔχομεν, ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα, καὶ περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν, ἐκλογίζεσθαι· ὃ τοῖς ἄλλοις ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Ibi hallucinati sunt interpretes, quorum commenta cognoscere qui cupiat, eos ipse adeat. Lineola post ἄλλοις posita omnia plana sunt, ὃ τοῖς ἄλλοις—ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. Thucydides enim initio scribere voluit ὃ (τὸ ἐκλογίζεσθαι) τοῖς ἄλλοις ὄκνον φέρει, sed explicandi causa contrarium in medio inseruit, ἀμαθία μὲν θράσος, et deinde, quo oratio concinnior esset, λογισμός addidit. Quæ ne mira atque inaudita dicas, vernaculo sermone imiteris, nosque eodem modo loqui posse animadvertes. Præterea compara nominativos absolutos ad eandem prorsus rationem conformatos, qui leguntur in exemplis his. III. 34. Ὁ δὲ (Πάχης) προκαλεσάμενος (vulgo προσκαλ. sed v. Bened.) ἐς λόγους Ἱππίαν, ὥστε, ἢν μηδὲν ἀρέσκον λέγῃ, πάλιν αὐτὸν καταστήσειν ἐς τὸ τεῖχος σῶν καὶ ὑγιᾶ—ὁ μὲν ἐξῆλθε παρ᾽ αὐτόν, ὁ δ᾽ ἐκεῖνον ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχε (pro Πάχης προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν, ἐξελθόντα αὐτὸν ἐν φυλακῇ εἶχε). IV. 80. Καὶ προκρίναντες (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἐς δισχιλίους (Εἵλωτας)—οἱ μὲν ἐστεφανώσαντό τε καὶ τὰ

ἱερὰ περιῆλθον, οἱ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ἠφάνισαν αὐτούς (pro προκρίναντες ἐς δισχιλίους, στεφανωθέντας καὶ τὰ ἱερὰ περιελθόντας αὐτοὺς ἠφάνισαν). Ubi qui προκρίναντες de Helotibus, qui se ipsi separassent, intellexit Benedictus, hunc usum activi προκρίνειν ante omnia debebat demonstrare exemplis, non ratiocinationibus. Cf. Diod. p. 525. Neque multum abhorrent verba IV. 36. Καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι, βαλλόμενοί τε ἀμφοτέρωθεν ἤδη, καὶ γενόμενοι ἐν τῷ αὐτῷ ξυμπτώματι, ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι, τῷ ἐν Θερμοπύλαις—ἐκεῖνοί τε γὰρ τῇ ἀτραπῷ περιελθόντων τῶν Περσῶν διεφθάρησαν, οὗτοί τε ἀμφίβολοι ἤδη ὄντες, οὐκέτ' ἀντεῖχον, ἀλλὰ πολλοῖς τε ὀλίγοι μαχόμενοι, καὶ ἀσθενείᾳ σωμάτων, διὰ τὴν σιτοδείαν, ὑπεχώρουν· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκράτουν ἤδη τῶν ἐφόδων (ubi scriptor initio dicere voluit οἱ Λακεδαιμόνιοι γενόμενοι ἐν τῷ αὐτῷ ξυμπτώματι τοῖς ἐν Θερμοπ. περιελθόντων τῶν Περσῶν διαφθαρεῖσιν, οὐκέτι ἀντεῖχον). Cf. etiam III. 53. fin. ubi proprie scribendum erat, Ἀλλὰ μή, ἄλλοις χάριν φέροντες, ἐπὶ διεγνωσμένην κρίσιν ἡμᾶς καθιστῆτε. Ab his si paullo longius ad alia anacoluthi exempla in Thucydide obvia progrediamur, nos non graviter taxatum iri speramus. Locum igitur IV. 73. Οἱ γὰρ Μεγαρεῖς, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι etc. qui quum ab aliis multum vexatus tum a Benedicto nuper perverse constitutus est, rectissime explicuit Heilmannus, quum orationem interjectis sententiis interruptam in verbis Οὕτω δὴ——οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρεῖς——ἀνοίγουσι τὰς πύλας continuari diceret. Eo magis mirum est, quod idem Heilmannus in loco sane memorabili III. 68. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δικασταί, νομίζοντες τὸ ἐρώτημα σφίσιν ὀρθῶς ἕξειν, εἴ τι ἐν τῷ πολέμῳ ὑπ' αὐτῶν ἀγαθὸν * πεπόνθασι, διότι τόν τε ἄλλον χρόνον ἠξίουν δῆθεν αὐτοὺς κατὰ τὰς παλαιὰς Παυσανίου μετὰ τὸν Μῆδον σπονδὰς ἡσυχάζειν, καὶ ὅτε ὕστερον, ἃ πρὸ τοῦ περιτειχίζεσθαι προΐσχοντο αὐτοῖς, κοινοὺς εἶναι κατ' ἐκεῖνα· ὡς οὐκ ἐδέξαντο, ἡγούμενοι τῇ ἑαυτῶν δικαίᾳ βουλήσει ἔκσπονδοι ἤδη ὑπ' αὐτῶν κακῶς πεπονθέναι· αὖθις τὸ αὐτὸ * ἕνα ἕκαστον παραγαγόντες (al. παράγοντες) καὶ ἐρωτῶντες, εἴ τι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἀγαθὸν ἐν τῷ πολέμῳ δεδρακότες εἰσίν, ὁπότε μὴ φαῖεν, ἀπάγοντες ἀπέκτεινον, ne verba καὶ ὅτε ὕστερον suspensa sint, tres conjecturas proposuit, quibus quarta Kistemakeri ἃ pro ἅτε nempe soloece accipientis addi potest, e quibus nescis quamnam Græco sermoni magis contrariam ducas. In plerisque ibi recte judicavit Bredovius, sive ἠξίουν Thucydidi etiam infra obversatum, sive προΐσχοντο αὐτοῖς bis cogitandum est. Denique genitivi nexu destituti exemplum est I. 72. Τῶν δὲ Ἀθηναίων—ἔτυχε γὰρ πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι περὶ ἄλλων παροῦσα, καὶ ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι. Ubi editores multa nugantur, et verba ἔτυχε γὰρ—παροῦσα parentheseos signis incluserunt, quasi τῶν Ἀθηναίων καὶ ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων posset cohærere. Sermonis filum in his prorsus interruptum est, nec nisi verbis προσελθόντες οὖν τοῖς Λακεδαιμονίοις denuo, sed alia ratione, annectitur. Ab hoc loco aliquantum diversus est alius I. 115. Τῶν δὲ Σαμίων—ἦσαν γάρ τινες οἳ οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' ἔφυγον ἐς τὴν ἤπειρον—ξυνθέμενοι τῶν ἐν τῇ πόλει τοῖς δυνατωτάτοις καὶ Πισσούθνῃ τῷ Ὑστάσπου ξυμμαχίαν, ὃς εἶχε Σάρδεις τότε, ἐπικούρους τε ξυλλέξαντες ὡς ἑπτακοσίους, διέβησαν ὑπὸ νύκτα ἐς τὴν Σάμον. Ubi quum non addita sit post ἤπειρον copula καί, quam in præcedente exemplo post παροῦσα deprehendimus, scriptorem apparet omnino ita pergere, ac si dixisset τῶν Σαμίων τινές, quod tamen τινές latet in parenthesi. Hujus igitur generis anacolutha II. 40. in subsidium vocanda erant ab editoribus, non verba, quæ III. 12. inveniuntur, Ὅ, τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα εὔνοια (utrum ἡ εὔνοια, ut mox ὁ φόβος?) πίστιν βεβαιοῖ, ἡμῖν τοῦτο ὁ φόβος ἐχυρὸν παρεῖχε. Ibi enim ὅ, ut apparet ex τοῦτο, quod ei respondet, non potest pro nominativo haberi, sed est accusativus. Unde vel

---

* Post ἀγαθόν, plerisque omnibus codicibus obsecuti, delevimus voculam τί. Nam c. 52. legimus quidem Εἴ τι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐν τῷ πολέμῳ [τῷ καθεστῶτι] ἀγαθόν τι εἰργασμένοι εἰσίν. Sed c. 54. scribitur Εἴ τι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐν τῷ πολέμῳ τῷδε ἀγαθὸν πεποιήκαμεν, et. c. 68. Εἴ τι Λακεδαιμονίους κ. τ. ξ. ἀγαθὸν ἐν τῷ πολέμῳ δεδρακότες εἰσίν, unde in his codicum auctoritati obtemperandum esse recte monuit Benedictus.

* Hoc pronomen pendet a remotiori verbo ἐρωτῶντες, a qua dictione non multum differunt, quæ ab Heindorf. ad Plat. Phædon. c. 43. de verbis τὰ μὲν ἀπειλοῦσα, τὰ δὲ νουθετοῦσα ταῖς ἐπιθυμίαις disputata sunt.

πίστιν βέβαιοῖ quasi pro uno verbo habendum est, qualia tragici maxime frequentant (ut Æsch. Agam. 173. Ζῆνα ἐπινίκια κλάζων, i. e. celebrans, et Soph. Electr. 123. Τάκεις οἰμωγὰν Ἀγαμέμνονα, i. e. deploras Agamemnonem,) vel duplex confusa est structura, ὅ, τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα εὔνοια βεβαιοῖ, ἡμῖν τοῦτο ὁ φόβος ἐχυρὸν παρεῖχεν, atque εἴ τε τοῖς ἄλλοις μαλ. εὐν. πίστιν βεβαιοῖ, ἡμῖν ταύτην ὁ φόβος ἐχυρὰν παρεῖχε. Qualis duarum loquendi rationum confusio sæpe deprehenditur in Thucydide. Usitatissimum est quod I. 22. exstat, Ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον, ἢ μέλλοντες πολεμήσειν, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν. (Cf. IV. 126. Καὶ γὰρ ὅσα μὲν—τοὺς ἀμυνομένους). Rarius est quod II. 11. reperitur, Πᾶσι γὰρ, ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ὁρᾷν πάσχοντάς τι ἀήθες, ὀργὴ προσπίπτει, ubi non tam accusativus πάσχοντας, qui etiam præcedente dativo cum infinitivo ὁρᾷν recte conjungi poterat, quam hic ipse infinitivus offensioni est, quum proprie non dicas πᾶσιν ὀργὴ προσπίπτει ὁρᾷν, sed ὁρῶσι vel ἐν τῷ ὁρᾷν, pro quibus Thucydides nudo infinitivo usus est, quum in ὀργὴ προσπίπτει lateat φθονερόν ἐστι vel simile quid. Illustrissimum autem confusarum loquendi rationum exemplum habes II. 49. Τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκαίετο (al. ἐκάετο; sed v. c. 52. cl. Dorv. ad Char. p. 374.) ὥστε ἥδιστα ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν. καὶ πολλοὶ τοῦτο τῶν ἠμελημένων ἀνθρώπων καὶ ἔδρασαν ἐς φρέατα, ubi vel ἐς φρέατα omittendum, vel pro τοῦτο καὶ ἔδρασαν substituendum erat, quod ad sensum in eo inest, καὶ ἔρριψαν ἑαυτούς. Quod restat, III. 12. noli ad correctionem confugere. Nam quod Duckerus conjecit πιστόν, pleonasmum inferret inusitatum. Multo minus autem cum depravatis libris, Ar. Chr. Gr. scribi potest ὅτε, quod voluit Benedictus. Nam primum ita desideraretur copula, unde certe cum Reiskio exhibendum esset ὅτε τε, quod tamen librorum auctoritate destituitur. Deinde neutrum τοῦτο non præcedente ὅ intelligi omnino non potest.

III. 11. Ἅμα μὲν γὰρ μαρτυρίῳ ἐχρῶντο, μὴ ἄν τούς γε ἰσοψήφους ἄκοντας, εἰ μή τι ἠδίκουν οἷς ἐπῄεσαν, ξυστρατεύειν. Exponitur, quomodo Athenienses speciosis verbis (εὐπρεπείᾳ λόγου) imperium sibi comparaverint. Sed hæc expositio ita fit, ut primo adspectu non tam speciosa, quam inepta proferri putes. Verba enim nihil aliud significare videntur, quam hoc, Athenienses dixisse, nisi, quos aggrederentur, delinquerent, socios sibi n o n i n v i t o s opem laturos esse. Concedere igitur videntur Athenienses, se a sociis non ultro adjuvari, quod prorsus est contra loci nexum. Quamobrem certatim viri docti ἄκοντας mutari jusserunt in ἑκόντας. Ita altero scholiasta præeunte statuerunt Stephanus et Æm. Portus, neque displicuit hæc correctio Bavero, Kistemakero, Levesquio. Valla vocem, cujus sensum non perspexit, omnino non expressit. Gottleberus autem, Abreschium (Lectionn. Aristæn. p. 296. sq. et Dilucc. Thucc. p. 281.) ut solet, secutus, horrendum dictu protulit, μὴ ἂν s. οὐκ ἂν ἄκοντας poni pro οὐχ ἑκόντας. Quales ineptias frustra defendas Hesychii auctoritate, qui t. II. p. 807. scribit Οὐκ ἄκοντες, οὐχ ἑκόντες. Quæ interpretatio fortassis ex hoc ipso loco ducta est; nam quo minus apud Hesychium negationem ante ἑκόντες deleas, quod voluerunt ejus interpretes, nonnihil obstat, quod non solum Schowius scripturæ diversitatem non annotavit, sed eadem etiam a Phavor. p. 559. repetuntur. Sed quod per se cogitari non potest, et, quocunque sermone exprimatur, absurdum est, ei rei grammaticorum testimonia auctoritatem conciliare non possunt. Nihilominus viri docti Thucydidi etiam alibi tale quid obtrudere studuerunt. Ut quum Brasidas Acanthiis IV. 86. dicit, Οὐ γὰρ ξυστασιάσων ἥκω, οὐδὲ ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιφέρειν, εἰ, τὸ πάτριον παρείς, τὸ πλέον τοῖς ὀλίγοις, ἢ τὸ ἔλασσον τοῖς πᾶσι δουλώσαιμι, Abreschius, et, qui eum tanquam Apollinem colit, Gottleberus, οὐκ ἀσαφῆ idem voluerunt esse quod οὐ σαφῆ. Quemadmodum hoc futile, ita quæ aliis placuit scriptura ἀσφαλῆ, spernenda est. Nam primum eam e correctione fluxisse luce clarius est, quippe quæ nonnisi in veteribus editionibus, quarum levissimam esse vidimus auctoritatem, et in margine codicum nonnullorum exstet, atque ab eo ipso scholiasta, qui ita legi monuit, fortassis excogitata sit. Deinde, si sensum spectamus, Brasidas non firmam et stabilem, sed veram atque hoc nomine dignam libertatem, oppositam τῇ ἀδίκῳ ἐλευθερίᾳ c. 85. Acanthiis a se afferri toto hoc loco demonstrare studet. Denique deest particula ἄν, quæ necessaria est, quum infinitivo in orationem rectam mutato scribendum sit οὐκ ἂν ἐπιφέροιμι, εἰ δουλώσαιμι. Jam facilis quidem est correctio

a Bavero excogitata οὐδ' ἂν σαφῆ (pro quo Wassius minus bene conjecit οὐδ' αὖ σαφῆ;) sed ne ea quidem in ejusmodi locum contra librorum auctoritatem inferenda est. Veram enim explicationem, Heilmanno jam quodammodo præeunte, dedit Kistemakerus, hac exhibita versione: "Neque mentis sum, ambiguam vobis libertatem afferre, quod fieret, si etc." Insignis enim hic est brevitas pro οὐδὲ ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιφέρειν, ἐπιφέροιμι δ' ἂν (ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν), εἰ etc. Atque ita comparari potest cum hoc loco is, quem supra p. 142. e Platone laudavimus. Vulgatam etiam Tib. Hemsterhusius ad Lucian. Necyom. c. 7. (t. I. p. 465.) probam existimat, non addita tamen ulla ejus interpretatione. Nunc etiam facilius concedemus, III. 11. a quo loco ad hanc disputationem progressi sumus, constantem omnium librorum scripturam non esse sollicitandam. Bene enim animadvertendum, Thucydidem non generatim dixisse τοὺς ξυμμάχους, sed τοὺς ἰσοψήφους, quod sensum valde mutat. Quorum notionem si tenemus, et illud ἄκοντας nonnisi cum ξυστρατεύειν conjungimus, verbis εἰ μή τι ἠδίκουν οἷς ἐπῄεσαν magis per se spectatis, Mitylenæos, qui ibi loquuntur, intelligimus hoc dicere. "Athenienses libertatem nobis concesserunt, non alia de causa, quam quod speciosis verbis sibi opus esse putabant ad imperium consequendum. Nobis enim documento utebantur, dicentes, (etiamsi alii coacti se adjuvare perhiberentur,) eos certe, qui idem jus suffragii ferendi haberent (plena libertate fruerentur,) invitos sibi auxilium laturos non esse, (neque omnino id facturos,) nisi ipsa causæ æquitate permoverentur, ut participes bellorum fierent."—Quem sensum Thucydidis brevitate haud indignum esse judicamus. Post ξυστρατεύειν autem non punctum, sed colon collocandum; nam ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ respondet præcedenti ἅμα μέν, et ut inde ab ἅμα μὲν—ξυστρατεύειν describebatur λόγου εὐπρέπεια, ita verba ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ—ἔμελλον ἕξειν illustrant γνώμης ἔφοδον. Ἅμα μὲν—ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ similiter legas IV. 73. ubi punctum, quod vulgo post ἄρξαι legitur, cum commate commutandum.

III. 26. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους οἱ Πελοποννήσιοι ἐπειδὴ τὰς ἐς τὴν (articulum enim addunt plerique codices) Μιτυλήνην δύο καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέστειλαν ἔχοντα Ἀλκίδαν, ὃς ἦν αὐτοῖς ναύαρχος, προστάξαντες, αὐτοὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐσέβαλον. Duo insunt in his verbis, quæ offensioni esse possint; primum quod duæ et quadraginta naves commemorantur, quum supra c. 16. et 25. atque infra c. 29. et 69. nonnisi quadraginta navium mentio facta sit; deinde, quod dicitur ναῦς ἀπέστειλαν ἔχοντα Ἀλκίδαν προστάξαντες, quum alterutrum, vel ἔχοντα, vel προστάξαντες, sufficiat. Ar. et Dan. pro ἔχοντα exhibent ἔχοντας, quod in Par. E. correctum est in ἐχούσας. Sed e Græcorum loquendi usu non naves cum duce (νῆες ἔχουσαι ναύαρχον,) sed dux cum navibus (ναύαρχος ἔχων ναῦς) emittitur. Bredovius ut utramque difficultatem tolleret, scribendum conjecit ἔχοντα β' Ἀλκίδαν προστάξαντες, quæ interpretatur: "Alcida, qui duas naves seorsum habebat, classi præfecto." Sed neque ἔχειν, in tali potissimum loco, potest esse seorsum habere, atque omnis sententia satis mira esset. Deterior etiam est Benedicti conjectura διώκειν (pro δύο καί), qua admissa verba ita vult conjungi, ἐπειδὴ ἀπέστειλαν Ἀλκίδαν ἔχοντα τὰς τεσσαράκοντα ναῦς ἐς τὴν Μιτυλήνην διώκειν προστάξαντες, ut διώκειν pendeat e προστάξαντες. Sed quis, quæso, unquam audivit, articulum proxime ante ἐς Μιτυλήνην positum ab his verbis posse sejungi, ut τὰς ἐς Μιτυλήνην διώκειν τεσσαράκοντα ναῦς idem sit quod τὰς τεσσαράκοντα ναῦς διώκειν ἐς Μιτυλ. quasi verbum interponi liceat inter substantivum et ejus articulum? Quis porro audivit, verbo transitivo accusativos, quos cum eo cohærere nolis, et præmitti et subjungi, si illud verbum alio loco collocari non solum potest, verum etiam debet? Qui enim legat τὰς ἐς Μιτυλ. διώκειν τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέστειλαν Ἀλκίδαν, hæc verba non aliter intelliget quam Alcidam esse missum, ut naves Mitylenen petentes persequeretur; priusquam edoctus fuerit, διώκειν cogitatione hinc esse removendum et ad προστάξαντες referendum. Denique διώκειν ἔς τινα τόπον absolute positum et de classe dictum (ut fere sit celeriter navigare,) si forte alii scriptores usurpaverint, apud Thucydidem certe me invenisse non memini. Post Benedictum silentio non prætereundus est Stephanus, qui pro ἔχοντα scribendum suspicatur ἄρχοντα, quod probum esset, si verba ὃς ἦν αὐτοῖς ναύαρχος deessent (nam formulam ἄρχοντα προστάξαι exemplis satis stabilivit Abresch. Dilucc. Thucc. p. 293.); sed ἄρχοντα Ἀλκί-

δαν, ὃς ἦν αὐτοῖς ναύαρχος, προστάξαντες non minus pleonastice dictum est, quam quod vulgo legitur, præsertim si comparantur verba c. 16. quæ inferius laudabuntur. Nam dicas quidem, ναύαρχον apud Lacedæmonios omnino rei navalis curam gessisse, neque necessario unius certæ classis imperium habuisse. Unde Lacedæmonios recte narrari τὸν ναύαρχον προστάξαι ἄρχοντα τῶν δυοῖν καὶ τεσσαράκοντα νεῶν, s. eum, qui navarchi munere fungebatur, præfecisse duabus et quadraginta navibus Mitylenen profecturis. Sed hoc argutius quam verius est, et jam inest in verbis ὃς ἔμελλεν ἐπιπλεύσεσθαι c. 16. Equidem igitur nihil muto. Quod enim alibi quadraginta naves commemorantur, inde explicandum videtur, quod scriptor numero rotundo uti maluerit, quum numerus harum navium accurate cognitus fuisse omnino non videatur; Diodorus enim l. XII. c. 55. quinque et quadraginta naves fuisse scribit. Nam ubi quadraginta naves commemorantur, de iis, quæ imperatæ, ubi autem duæ et quadraginta, de iis, quæ vere paratæ sint, dici, capite 29. et 69. non confirmatur. Quod autem ad omnem structuram attinet, in ea sane pleonasmum quendam deprehendimus. Nam ne quis προστάξαντες cum Porto explicet naves sociis imperantes (quod Thucydidi esset potius ἐπιτάξαντες cf. II. 7. et Abresch. l. l. p. 294. unde Thomas M. p. 356. ἐπιτάσσειν elegantius esse dicit quam προστάσσειν, quanquam hoc Xenophonti, Diodoro aliisque scriptoribus eodem sensu usitatissimum est) vel cum Kistemakero mandata dantes, monendum est, præterquam quod hoc participium ita nimis nude positum sit, verba cap. 16. Κατὰ πόλεις ἐπήγγελλον τεσσαράκοντα νεῶν πλῆθος, καὶ ναύαρχον προσέταξαν Ἀλκίδαν, huic interpretationi obstare. Pleonasmos autem Thucydides, quamvis brevitatis studiosissimus, tamen in quibusdam dictionibus ad aliorum Græcorum scriptorum exemplum non fugit. Nihil dicimus de formulis, quæ temporis notionem bis exprimunt, ut τότε δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον I. 58. II. 84. ἔπειτα ὕστερον II. 9. μετὰ τὴν μάχην ὕστερον III. 5. πρὸ τῶν Τρωϊκῶν πρότερον I. 3. προπέμπειν πρότερον I. 29. προγράφειν πρῶτον, quod I. 25. restituendum est, ubi alia hujus generis attulit Stephanus. Facilius cum iis verbis, de quibus hic nobis sermo est, compares exempla hæc. I. 138. Themistocles prædicatur fuisse τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής. III. 68. Platææ narrantur eversæ esse ἐς ἔδαφος ἐκ τῶν θεμελίων. II. 48. Τὰς αἰτίας, ἅστινας νομίζει τοσαύτης μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι δύναμιν ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν, ubi viri docti quum postrema deleri juberent, vehementer falsi sunt, ut vidit etiam Bredovius. Nam non μεταβαλεῖν per μεταστῆσαι explicatur, sed potius vicissim, ut poterant ex annotatione scholiastæ ad hæc verba adscripta discere, μεταστῆσαι] μεταβαλεῖν, ex qua eum δύναμιν ἐς τὸ μεταστῆσαι σχεῖν in exemplari suo patet invenisse. Si quid igitur interpretamenti hic lateret, potius in τοσαύτης μεταβολῆς ἱκανὰς εἶναι inesset, quæ verba vel omnia vel ex parte e scholio orta essent. Sed quum hæc suspicio libris non confirmetur, nescio an vulgata servanda sit. Integrum membrum deesse poterat III. 11. Ὑποχειρίους ἔχοντες τοὺς πλείους, ἡμῖν δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλοῦντες, χαλεπώτερον εἰκότως ἔμελλον οἴσειν, καὶ πρὸς τὸ πλεῖον ἤδη εἶκον τοῦ ἡμετέρου ἔτι μόνου ἀντισουμένου. A quibus verbis ut pleonasmum removeas, pro εἶκον facillima mutatione scribendum esse suspiceris ἧκον, cui conjecturæ quodammodo favet Vallæ versio: "Jamque admodum processerunt, quum solis nos jam secum ex æquo versemur."

III. 49. Ῥηθεισῶν τῶν γνωμῶν τούτων μάλιστα ἀντιπάλων πρὸς ἀλλήλας, οἱ Ἀθηναῖοι ἦλθον μὲν ἐς ἀγῶνα ὅμως τῆς δόξης, καὶ ἐγένοντο ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλοι· ἐκράτησε δὲ ἡ τοῦ Διοδότου. Offensioni est particula ὅμως. "Nam" ita scribit Baverus "quod certasse dicuntur sententiis, non contrarium est ei, quod præcesserit" (dicendum erat præcessit) "sed plane consentaneum." Qua de causa alii conjecerunt ὁμῶς, quod ab oratione pedestri alienum est; alii ὅμως vel post ἐκράτησε δέ transponi vel mutari voluerunt, quæ audaciora sunt, quum vulgata in omnibus libris atque etiam apud Vallam legatur. In qua vulgari scriptura non hærebimus, si Thucydidem ὅμως nonnunquam ita usurpare intellexerimus, ut sententiam, cui illa particula opposita est, supprimat, quippe ex omni nexu supplendam. III. 28. Οἱ δὲ πράξαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους μάλιστα τῶν Μιτυληναίων, περιδεεῖς ὄντες, ὡς ἡ στρατιὰ ἐσῆλθεν, οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ὅμως καθίζουσιν, ubi Baverus recte subaudiri jubet: "etsi fides data erat ab

Atheniensibus incolumitatis, donec legati redissent." Cf. III. 80. Καί τινας αὐτῶν ἔπεισαν ἐς τὰς ναῦς ἐσβῆναι· ἐπλήρωσαν γὰρ ὅμως τριάκοντα, cum vulg. vers. IV. 96. Τῇ ὑστεραίᾳ οἵ τε ἐκ τοῦ Ὠρωποῦ καὶ οἱ ἐκ τοῦ Δηλίου, φυλακὴν ἐγκαταλιπόντες, (εἶχον γὰρ αὐτὸ ὅμως ἔτι,) ἀπεκομίσθησαν κατὰ θάλασσαν ἐπ' οἴκου, cum Porti nota. Eodem igitur modo III. 49. omissa est sententia: "etsi eos decreti prius dati jam dudum pœnituerat," qua de re non dubitabit, qui hoc caput cum cap. 36. arctissime cohærere animadverterit, et quæ ibi scripta sunt perpenderit.

CAP. 13.

Benedicti conjecturæ refutantur. Λέγω ad nomina substantiva ubi subaudiri possit. Verbum idem vel etiam aliud cognatæ significationis ex antecedentibus repetendum. Participia pro verbis finitis. Conjecturæ in vulgata Thucydidis exemplaria receptæ ex iis maximam partem expelluntur.

Non possumus non his addere refutationem aliquot conjecturarum, quas Benedictus nuper proposuit.

I. 10. Λακεδαιμονίων εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν τῆς δυνάμεως, προελθόντος πολλοῦ χρόνου, τοῖς ἔπειτα πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν εἶναι· καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο [μοίρας. Cf. p. 118.] νέμονται, τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται, καὶ τῶν ἔξω ξυμμάχων πολλῶν· ὅμως δέ, οὔτε ξυνοικισθείσης τῆς (v. supra p. 137.) πόλεως, οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης, κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθείσης, φαίνοιτ' ἂν ὑποδεεστέρα. Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων, διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως τῆς πόλεως, ἢ ἔστιν. Benedictus: "Ille infinitivus (εἰκάζεσθαι) h. l. non bene imperativi loco videbitur collocatus esse. Antecesserat optativus in verbis εἰ— ἐρημωθείη, λειφθείη δέ. Forte igitur etiam nostro loco excidit optativus εἴη, ut jam legatur τὴν δύναμιν εἴη εἰκάζεσθαι, conjicere possis." Quibus verbis se hanc periodum prorsus non intellexisse significavit. Quod enim in superiori membro est εἰ ἐρημωθείη, λειφθείη δέ, in altero membro designatur verbis τῶν Ἀθηναίων τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων, i. e. εἰ οἱ Ἀθηναῖοι — πάθοιεν, unde non est quod optativum desideres, multo minus in apodosi addas. Εἰκάζεσθαι enim, quem infinitivum qui tam ineptus fuerit ut pro imperativo usurpatum putaret, quidem fateor me nescire, pendet ex οἶμαι, et colo post ὑποδεεστέρα posito atque verbis καίτοι — ὑποδεεστέρα in parenthesi acceptis primariæ periodi sententiæ hac sunt: Λακεδαιμονίων εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν — εἶναι· Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων, διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι.

I. 36. Βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον τῷδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε· τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικά, τὸ παρ' ὑμῖν, καὶ τὸ ἡμέτερον, καὶ τὸ Κορινθίων. τούτων δ' εἰ περιόψεσθε τὰ δύο ἐς ταὐτὸν (ita enim exhibent optimi libri pro τὸ αὐτό) ἐλθεῖν, καὶ Κορίνθιοι ἡμᾶς προκαταλήψονται, Κερκυραίοις τε καὶ Πελοποννησίοις ἅμα ναυμαχήσετε. Benedictus: "Virorum doctorum interpretationes nimis duræ et contortæ mihi esse videntur. Omnia intellectu faciliora erunt, si litera ῳ in ο mutata legerimus, τόδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε, "hoc, nos non esse deserendos, intelligetis." Non assequor, quid sibi voluerit Vir Doctus, quum hæc scriberet. Difficultas enim non est in τῷδε, quod prorsus ex more Græcorum positum est, quum τόδε langueret, sed in dativo τοῖς ξύμπασιν et participio ὄντα. Dativum scholiasta suppleto λέγομεν explicari voluit. Quod verbum ubi ita omittitur, ut substantivum inde regatur, quod non fit nisi apud poetas vel in oratione concitatiori, nomen in accusativo enunciatur, idque duobus modis; aut in compellatione, ubi pronomen σέ cum vocabulis ei adhærentibus ex omisso λέγω interdum pendet (cf. Schæf. ad Lamb. Bos. p. 628. Matth. Gr. Gr. p. 588.); aut in appositione ad alium casum, si verbum et cum hoc et cum accusativo conjungi potest (ut Soph. Antig. 851. ed. Erf. min. Ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας, πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον, ubi vide quæ ab Hermanno et Erfurdtio disputata sunt), vel etiam nomen in appositione positum ad aliam vocem relatum est, quam cui explicando proprie inservit (ut Æsch. Agam. init. Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων, φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ubi μῆκος poeta dixit inductus accusativo

ἀπαλλαγήν.) Quæ omnia quum a Thucydidis verbis aliena sint, dativos pro genitivis usurpatos sive per nostrum *für* explicandos esse statuendum est. Add. Matth. Gr. Gr. p. 525. sqq. Majorem dubitationem facit participium ὄντα verbo finito destitutum. Hoc ut explicarent, Portus, Gailius (Observv. in Thuc. p. 42.) et, qui cum eo facit, Benedictus commate post Κορινθίων posito verba τρία ὄντα ναυτικά pro accusativis absolutis haberi voluerunt, cui rationi, ut alia taceam, jam satis obstat particula δέ post τούτων. Alii igitur ἂν μάθοιτε e præcedentibus repeti voluerunt, quod sæpe faciendum est. Plat. Apol. 32. Ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἐμαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων, ὡς ἐγῷμαι, οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη· καὶ δὴ καὶ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα, ὥσπερ τοὺς ἐνταῦθα, διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστι, καὶ τίς οἴεται μέν, ἔστι δ' οὔ (sc. οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη). Interdum id vel ibi fit, ubi multa inserta sunt. Thuc. I. 35. Τῶνδε οὐχ ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων καὶ ἐπιόντων γενήσεσθε, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθε, ἣν οὐ δίκαιον, ἀλλ' ἢ κἀκείνων κωλύειν τοὺς ἐκ τῆς ὑμετέρας μισθοφόρους, ἢ καὶ ἡμῖν πέμπειν, καθ' ὅ, τι ἂν πεισθῆτε, ὠφέλειαν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς δεξαμένους, βοηθεῖν. πολλὰ δέ, ὥσπερ ἐν ἀρχῇ ὑπείπομεν, τὰ ξυμφέροντα ἀποδείκνυμεν, καὶ μέγιστον, ὅτι οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ἡμῖν (quod pro ὑμῖν e libris revocandum est. cf. Bened.) ἦσαν, ὅπερ σαφεστάτη πίστις, καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς, ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι· καὶ ναυτικῆς καὶ οὐκ ἠπειρώτιδος τῆς ξυμμαχίας διδομένης, οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις. ἀλλὰ μάλιστα μέν, εἰ δύνασθε, μηδένα ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς· εἰ δὲ μή, ὅστις ἐχυρώτατος, τοῦτον φίλον ἔχειν. Ubi verba πολλὰ δὲ — ἀλλοτρίωσις non possunt parentheseos notis includi, ut factum est in Lipsiensi editione, repugnante particula ἀλλά ante μάλιστα, quæ opposita est negationi in οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις. Neque infinitivos ἐᾶν et ἔχειν pro imperativis usurpatos esse dixerim, qui nimis abrupte inferrentur, sed δίκαιον Thucydidis menti diutius obversatum esse arbitror. Cf. I. 10. quem locum modo tractavimus, II. 24. ubi χρῆσθαι pendet ex remoto verbo ἔδοξεν, et Plat. Symp. 5. Οὐ δεινὸν — ἠμέληται τοσοῦτος θεός, de quibus verbis vid. Wolf. Jam quominus I. 36. hanc explicationem admittas, obstare quidem videtur participium ὄντα, pro quo post προέσθαι infinitivum exspectes. Sed modo μανθάνειν non discendi, sed cognoscendi notione in altero membro subaudias, (cf. Matth. Gr. Gr. p. 758.) vel etiam aliud verbum, in quo hæc significatio insit, ex eo repetas, et in participio non hærendum esse intelliges. A quibus qui dissentiat, eum ὄντα pro verbo finito accipere necesse est, quod in verbi substantivi participio minus feram, quanquam in aliis non inusitatum est. Cf. I. 25. Κορίνθιοι — — ὑπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν — — μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν, ὄντες ἄποικοι. οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα, οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι. Ubi particula γάρ ceteras, quas tentarunt, interpretationes falsas esse arguit. II. 29. Τήρης οὔτε τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχων, βασιλεύς τε πρῶτος ἐν κράτει Ὀδρυσῶν ἐγένετο. Ab his diversum Thucydidis locum una cum Herodoti verbis quibusdam jam supra p. 153. sq. attulimus. Herodotus sæpius participiis ita utitur, idemque usus Atticis poetis frequens est. Cf. Æsch. Eum. 68. 144. all. Herm. ad Vig. p. 770. et, qui de ἔχων loquitur, Heind. ad Plat. Phædon. c. 49. In verbis I. 36. restat denique, ut pauca dicamus de scriptura τούτων δ' ἓν εἰ περιόψεσθε, quæ est in deterioribus libris. Illud ἓν Stephanus et Abreschius ferri posse omnino negarunt, Gottleberus et Baverus inepta ratione defenderunt. Quodsi a Thucydide profectum esset, verba τὰ δύο ἐς ταὐτὸν ἐλθεῖν explicative accipienda essent, quod vulgo ita exprimunt, supplendum esse ὥστε. Sed vulgata scriptura loquendi usui longe convenientior est.

I. 50. Ναυμαχία αὕτη Ἕλλησι πρὸς Ἕλληνας νεῶν πλήθει μεγίστη δὴ τῶν πρὸ αὐτῆς γεγένηται. Benedictus: „Omnes fere codices legunt πρὸ ἑαυτῆς. Sed neque hæc codicum lectio neque recepta est ferenda. Nam illud ἑαυτῆς posset admitti, si deesset τῶν πρό, quæ verba tamen ad hujus loci sensum sunt aptissima, et vulgatum αὐτῆς non quadrat, quia non αὐτή, sed αὕτη antecessit. Quare ex codicum vestigiis" (quibusnam?) „emendo μεγίστη δὴ τῶν πρὸ ταύτης γεγένηται." Hæc profecto recondita est doctrina, quæ captum nostrum superat. I. 10. Νομίζειν (εἰκὸς) τὴν στρατείαν (vulgo στρατιάν) ἐκείνην μεγίστην γενέσθαι τῶν πρὸ αὐτῆς.

Ib. 69. Καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι τό, τε πρῶτον ἐάσαντες αὐτοὺς τὴν πόλιν μετὰ τὰ

Μηδικὰ κρατῦναι, καὶ ὕστερον τὰ μακρὰ στῆσαι τείχη, ἐς τόδε τε ἀεὶ ἀποστεροῦντες οὐ μόνον τοὺς ὑπ' ἐκείνων δεδουλωμένους ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἡμετέρους (nam ita libri pro ὑμετ.) ἤδη ξυμμάχους. οὐ γὰρ ὁ δουλωσάμενος, ἀλλ' ὁ δυνάμενος μὲν παῦσαι, περιορῶν δέ, ἀληθέστερον αὐτὸ δρᾷ, εἴπερ καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεται. Hic ne quid de eo dicamus, quod rursus nobis obtrudit suum τότε, deleta post τόδε particula τέ legi jubet ἀποστεροῦντας. "Nemo enim negabit" ita argumentatur "inepte hæc verba ad Lacedæmonios referri, qui statim in sequentibus a Corinthiis Græciæ liberatores laudantur." De ineptiis queritur, quod ne e longinquo quidem vidit, quid sibi velit Thucydides. Corinthii enim non dicunt Lacedæmonios vere esse Græciæ liberatores, sed hunc titulum præ se ferre, quamvis eam potius in servitutem redigere existimandi sint. Quod quomodo de iis prædicari possit, verbis οὐ γὰρ ὁ δουλωσάμενος — αὐτὸ δρᾷ significatur, quæ e Benedicti lectione sensu destituuntur. — Etiam quas præter hanc conjecturam in hoc capite protulit alias, prorsus inutiles sunt, ut quum pro Καίτοι ἐλέγεσθε ἀσφαλεῖς εἶναι, ὧν ἄρα ὁ λόγος τοῦ ἔργου ἐκράτει, scribi voluit ἐλέγετε propter verba ὧν ὁ λόγος, quasi genitivus passivo sive objectivo sensu, quem jam vulg. interpres expressit, non posset intelligi.

Ib. 82. Εἰ ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες τεμοῦμεν αὐτήν. Benedictus conjicit ἐπαχθέντες, quod interpretatur "inducti (criminibus)." Sed ἐπάγεσθαί τινι significare posse impelli s. sollicitari aliqua re non demonstravit. Si quid mutandum esset, scriberem ἐπαρθέντες, cl. c. 93. Μὴ τοῖς τῶν ξυμμάχων λόγοις ἐπαιρώμεθα. Verum vulgatam satis defendunt verba c. 80. Πῶς χρὴ πρὸς τούτους ῥαδίως πόλεμον ἄρασθαι, καὶ τίνι πιστεύσαντας, ἀπαρασκεύους ἐπειχθῆναι; Dativus igitur τοῖς ἐγκλήμασιν explicandus per propter. Cf. Matth. l. l. p. 545.

Ib. 135. Τοῦ δὲ Μηδισμοῦ τοῦ Παυσανίου Λακεδαιμόνιοι, πρέσβεις πέμψαντες παρὰ τοὺς Ἀθηναίους, ξυνεπῃτιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, ὡς εὕρισκον ἐκ τῶν περὶ Παυσανίαν ἐλέγχων· ἠξίουν τε τοῖς αὐτοῖς κολάζεσθαι αὐτόν. Pro ἠξίουν τε cur maluerit ἀξιοῦντες, dicat Phœbus Apollo. Fortassis tamen Vir Doctus hic quoque hæsit in particula τέ copulativa.

II. 13. Προηγόρευε τοῖς Ἀθηναίοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὅτι Ἀρχίδαμος μέν οἱ ξένος εἴη, οὐ μέντοι ἐπὶ κακῷ γε τῆς πόλεως γένοιτο. Benedictus: "Hæc verba mihi non satis inter se connexa esse videntur. Forte" (dicere voluit fortasse) "Thucydides scripserat, ὅτι Ἀρχ. ὅς μέν οἱ ξένος εἴη." Non intelligo, quid vexaverit Virum Doctum. Quis enim nexum desideret, si quem Latine ita loquentem audiat: "Dixit, Archidamum quidem sibi hospitem esse, neque tamen detrimento civitatis (talem) fore."

Quum ad omnia hujus generis commenta refellenda et tempus et animus deficiat, accedimus statim ad IV. 8. Καὶ διέβησαν μὲν καὶ ἄλλοι πρότερον κατὰ διαδοχήν· οἱ δὲ τελευταῖοι καὶ ἐγκαταληφθέντες (pro quo vulgo e confusione etiam c. 39. et alibi sæpissime v. Dorv. ad. Char. 544. facta legitur ἐγκαταλειφθέντες, cui alterum ex duobus præstantissimis libris, Cass. et Aug. substituimus, quum relicti in insula, certe per aliquod tempus, etiam alii sint, sed capti ii soli, qui postremi transierant) εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι ἦσαν. Benedictus vulgatam ferri non posse judicans scribit προτέρων, "diversi a prioribus." Sed cur tandem id tolerari posse negat, in quo nihil est offensionis, quum, qui postremis priores in insulam trajecerint, ii quidni rectissime dicantur πρότερον διαβῆναι, omnino ignoremus? Sed ἄλλοι προτέρων vel ob defectum articuli τῶν falsum esset.

Ib. 27. Γνοὺς ὅτι ἀναγκασθήσεται ἢ ταὐτὰ λέγειν οἷς διέβαλλεν, ἤ, τἀναντία εἰπών, ψευδὴς φανήσεσθαι. Verisimile ducit Benedictus Thucydidem scripsisse φανήσεται. Sed si φανήσεσθαι cum ἀναγκασθήσεται conjungi nequeat, quod non omnino negaverim (v. p. 442.) scriptor noster a structura per ὅτι ad infinitivum transiisse existimandus est. Cf. p. 456.

Ib. 80. Καὶ ἅμα τῶν Εἱλώτων βουλομένοις ἦν ἐπὶ προφάσει ἐκπέμψαι, μή τι πρὸς τὰ παρόντα, τῆς Πύλου ἐχομένης, νεωτερίσωσι. Benedictus conjecit βουλομένους, hac addita interpretatione: "poterant eos Helotarum, quos vellent, sub quodam emittere prætextu." Conjectura et supervacanea, quum in usitatissima formula ἐμοὶ βουλομένῳ ἐστί (Cf. II. 3. Kœn. ad Greg. p. 376. Dorv. ad Char. p. 467. Matth. l. l. p. 524.) non sit quod reprehendas, et falsissima. Nam qui "eos Helotarum, qui vellent" Græce τῶν Εἱλώτων τοὺς βου-

λομένους dicendum esse ne e sexcentis quidem, in quibus ita ὁ βουλόμενος apud ipsum Thucydidem legitur, locis didicerit, is melius fecisset, si ab hoc scriptore manum prorsus abstinuisset.

Ib. 83. Ἐπεὶ δὲ ἐγένετο (Περδίκκας) τῷ στρατῷ μετὰ τοῦ Βρασίδου ἐπὶ τῇ ἐσβολῇ τῆς Λύγκου. Benedictus: "Dissident h. l. interpretes de explicatione verborum ἐγένετο τῷ στρατῷ. Neque mirum est, quia Græci non ita loqui solent. Haud dubie Thucydides scripserat, ἐπεὶ δὲ ἐγένετο στρατὸς μ. τ. Β." Qualis temeritas, qualis tristissimæ rei ignoratio! Qui commentarios criticos in Thucydidem conscripsit, eum nescire, quod fere in quavis pagina hujus scriptoris legitur, στρατῷ, ναυτικῷ, στόλῳ et similia pro cum exercitu, cum classe dici! Ἐγένετο igitur jungendum cum ἐπὶ τῇ ἐσβολῇ, et τῷ στρατῷ μετὰ τοῦ Βρασίδου idem est quod paulo ante Βρασίδαν καὶ τὴν στρατιὰν λαβών.—In eodem capite Benedictus quum jure prætulerit scripturam μὴ ὑπεξελεῖν (pro ὑπεξελθεῖν, quæ formæ sæpe permutantur. Cf. Gail. edit. IV. 122.) τῷ Περδίκκᾳ τὰ δεινά, retinet vulgatam interpretationem "in Perdiccæ gratiam pericula subire." Sed ὑπεξαιρεῖν τινὶ τὰ δεινά, s. κινδύνους idem significare posse quod ὑφίστασθαι s. ὑπομένειν, præter Benedictum credet nemo. Ne in vulgato quidem ὑπεξέρχεσθαι hæc notio inest. Et quomodo Chalcidenses sperare poterant, Perdiccam alacriorem fore ad ipsorum res adjuvandas, si Brasidas pro eo pericula non subiisset? Ὑπεξελεῖν τὰ δεινά quid sit, docuerunt Abresch. p. 450. et Heilm. in not. ad vers. h. l.

Idem Benedictus cognitum non habuit frequentissimum usum nominativorum vel accusativorum absolutorum in verbis impersonalibus, ἐξόν, παρόν, προσῆκον (v. supra p. 27.) quum IV. 95. in verbis Παραστῇ δὲ μηδενὶ ὑμῶν, ὡς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ οὐ προσῆκον τοσόνδε κίνδυνον ἀναῤῥίπτουμεν pro προσῆκον conjiceret προσηκόντως. Neque refutatione egent ea, quæ c. 96. de verbis Τὸ δὲ ἄλλο καρτερᾷ μάχῃ καὶ ὠθισμῷ ἀσπίδων ξυνεστήκει, quæ sanissima sunt, disputavit.

Hæc sufficiant contra Benedictum, quæ non ideo protulimus, ut virum læderemus, quem fortassis vel muneris scholastici negotia vel aliæ rationes prohibuerunt, quominus hodie aliam esse intelligeret Græcæ linguæ cognitionem, quam quæ erat, antequam exstitissent Hermannus, Schæferus aliique, qui Græcarum literarum studia ad altissimum perfectionis gradum adduxerunt. Sed Benedicti commentarios silentio prætermittere non potuimus, ne eos ignorare videamur, neve interpretibus grammaticæ parum peritis, quorum magnum in Thucydide habemus numerum, etiam critici se adjungant, qui, quæcunque sibi e sensu quodam non satis subtili displiceant, mutanda ducant.

Quo magis autem gravati sumus Benedictum toties taxare, eo magis lætamur, quod ibi, ubi virorum doctorum conjecturæ in vulgata Thucydidis exemplaria receptæ sunt, in plerisque ei possumus assentiri, nisi quod paulo alia argumentatione sæpe opus esse existimamus. Illæ autem conjecturæ fere omnes ex editionibus rursus expellendæ sunt, quod tractandis uno excepto omnibus hujus generis locis, qui l. I.—III. reperiuntur,* declarabimus.

I. 30. a Gottlebero Reiskii conjectura περιϊόντι τῷ θέρει pro περιόντι τῷ θέρει recepta est: quod quamvis ideo minus improbandum, quia verba εἶναι et ἰέναι sæpissime permutantur (v. Schæf. Melett. critt. p. 63.); tamen præter necessitatem factum esse, quum Corinthii ejusdem anni æstatis reliqua parte novam classem atque exercitum socios defensum misisse recte cogitentur, jam monuit Baverus, qui frustra hæret in loco, quem occupat articulus. I. 36. Πρὸς ἰσχύοντας τοὺς ἐχθρούς. I. 40. Μετὰ προσηκόντων τῶν τοῦ δικαίου κεφαλαίων, ubi τῶν nonnisi in depravatis libris desideratur. I. 74. Ἀπὸ οἰκουμένων τῶν πόλεων. Qui librorum scripturam et ipse revocari voluit Benedictus, eum mirati sumus de sensu ejus multa disputasse, qui ambiguus esse non potest.

I. 33. Καὶ σκέψασθε, τίς εὐπραξία σπανιωτέρα, ἢ τίς τοῖς πολεμίοις λυπηροτέρα, ἢ εἰ, ἣν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι, αὕτη πάρεστιν αὐτεπάγγελτος, ἄνευ κινδύ-

---

* L. IV. nusquam, quantum recordamur, conjecturæ in vulgatas editiones transierunt. Locus autem, quem ex tribus primis libris omisimus, legitur II. 22. ubi pro Παράλιοι in omnibus codd. vett. edd. et scholiis non mutatis exstat Παράσιοι, nisi quod hæc vox etiam per duplex ρ scribitur. De hac quæstione geographica nos nondum judicare audere ingenue fatemur.

νου· καὶ δαπάνης διδοῦσα ἑαυτήν, καὶ προσέτι φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλούς, ἀρετήν, οἷς δὲ ἐπαμυνεῖτε, χάριν, ὑμῖν δ' αὐτοῖς ἰσχύν· ἃ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγοις δὴ ἅμα πάντα ξυνέβη. Ἢ εἰ in nullo libro reperitur, sed plerique omnes habent εἰ sine ἤ, F. ἢ solum.* Et hanc ob causam et quod tria vocabula monosyllaba per cognatas vocales incipientia auribus ingrata sunt, librorum scripturam defendere studuerunt. Quod a Bavero, Levesquio, Gailio, Benedicto ita factum est, ut omisso ἢ retinerent εἰ. Nisi codex F. corruptissimus esset, posses etiam lectionem ἢ ἣν quodammodo tueri. Ita enim totius loci natura hæc esset, ut, quum proprie Thucydidi dicendum esset, ἤ, ἣν ὑμεῖς ἂν—ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι, ταύτην παρεῖναι αὐτεπάγγελτον, in fine mutata structura orationi indirectæ substituta esset directa oratio. "Considerate, quænam prosperitas rarior, quæve hostibus tristior sit, quam hæc—quam vos multis divitiis et gratiæ anteposuissetis potentiam, ea sua sponte adest." Similiter verba interpretatus est Valla, nisi quod oratione indirecta usus est. Sed quum hæc omnia duriora sint, et a me quidem similibus exemplis confirmari nequeant, non multum sane repugno, quin ἢ εἰ retineas, præsertim quum ἤ, quod in librariorum pronunciatione non differebat ab εἰ, facillime excidere potuerit. Quæ præterea de his verbis monenda videantur, ea certiora sunt. Pro προσγενέσθαι enim in marg. Steph. legitur προσγενήσεσθαι, minus recte; nam prætulissent, ut adesset potentia, non ut affutura esset. Scripturam κινδύνου magis Atticam esse dicunt quam κινδύνων, quæ sunt nugæ, quas sæpe jactant. I. 18. Μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι. I. 70. Μετὰ πόνων καὶ κινδύνων μοχθοῦσι. Sic igitur etiam c. 33. κινδύνων est in plurimis et præstantissimis codicibus, κινδύνου autem e correctione fluxit, cui singularis δαπάνης ansam dedit. Denique pro παντί non mali codices παρόντι, quod tamen vim sententiæ minuit, quum, quæ de omni tempore valent, ea in certum quoddam tempus restringat. Ceterum has voces sæpius permutatas videbis, ut IV. 72. ubi pro ἔν γε τῷ παντὶ ἔργῳ E. habet ἔν γε τῷ παρόντι ἔργῳ. De particula γέ I. 127. præter necessitatem addita jam alibi (p. 458.) diximus.

II. 32. Ταῦτα μὲν ἐν τῷ θέρει τούτῳ μετὰ τὴν τῶν Πελοποννησίων ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀναχώρησιν ἐγένετο. Codices et veteres editiones μετὰ τὴν Πελοπ.——ἀναχώρησιν, pro quo in Duckeri exemplari, haud dubie operarum errore, legitur μετὰ τῶν Πελ. Quam librorum scripturam esse ratus, Gottleberus addito τήν edendum curavit μετὰ τὴν τῶν Πελ. Sed revocanda est vetus lectio μετὰ τὴν Πελοποννησίων ἀναχώρησιν, simillima dictionis, quæ I. 93. reperitur μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν.

Ib. 80. contra omnes codices pro Θάρυπος repositum est Θαρύπου, quoniam apud Pausaniam I. 10. ita scribatur, cui argumento non multum tribuo. Primum enim nescio unde cognitum habeamus, Thucydidis, non Pausaniæ libros corruptos esse, quanquam hoc ideo minus facile dixeris, quod apud Pausaniam Θαρύπου ter repetitur. Deinde fieri potuit, ut hic rex ab aliis scriptoribus Θάρυψ, ab aliis Θάρυπος appellaretur. Nam in nominibus propriis minus notis et semibarbaris sæpe nonnisi primariæ consonantes spectandæ sunt, quum vocales et terminationes soleant variare. Cf. Bened. — In eodem capite Ἀγραίας e conjectura male repositum

* Nihil permutatione particularum ἤ et εἰ frequentius est (cf. quos laudat Schæf. Melett. critt. p. 45.) quam uno in loco expendamus. III. 46. Ἐκείνως δέ, τίνα οἴεσθε ἥν τινα (ἀποστᾶσαν πόλιν) οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσεσθαι, πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον, εἰ τὸ αὐτὸ δύναται, σχολῇ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι; ἡμῖν τε πῶς οὐ βλάβη, δαπανᾶν καθημένοις διὰ τὸ ἀξύμβατον, καὶ ἢν ἕλωμεν πόλιν, ἐφθαρμένην παραλαβεῖν, καὶ τῆς προσόδου τολοιπὸν ἀπ' αὐτῆς στέρεσθαι. Ubi pro εἰ in plerisque libris et Valla legitur ἤ, quam scripturam Benedictus præeuntibus aliis ita probavit, ut interrogationis signum poni juberet post τοὔσχατον. Sed si verba ἢ (vel ἢ) τὸ αὐτὸ δύναται—ξυμβῆναι cum antecedentibus arcte cohærerent, ut de urbe, quæ defecisset, intelligenda essent, non an, sed nonne enim dicendum erat. (" Quæque urbs ita obsidionem ad extremum usque perferet; nonne enim, sive cito sive sero compositionem facit, ad unum idémque redit?") Sin cum sequentibus conjungenda essent, ut transitum pararent ad ea, quæ Atheniensibus ex ejusmodi agendi ratione essent eventura, per aliquam particulam, ut per jam vero, nectenda essent. Quapropter equidem vulgatam retinuerim.

esse pro Ἀργείας supra declaravimus p. 111.

Tum II. 86. Ἦν δὲ τοῦτο μὲν τὸ Ῥίον φίλιον τοῖς Ἀθηναίοις· τὸ δ' ἕτερον Ῥίον ἐστὶν ἀντιπέρας, τὸ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ· διειχέτην δὲ ἀπ' ἀλλήλων σταδίους μάλιστα ἑπτὰ τῆς θαλάσσης, quum omnes codices exhibeant διείχετον, facile cuiquam in mentem venit et lenior et melior conjectura διέχετον, nuper etiam a Benedicto proposita, qui bene de ea disputavit. Ne vero quis codicum scripturam διείχετον ita defendat, ut imperfectorum dualis tertiam personam olim etiam in τον terminatam esse dicat, qua de re egit Schæferus ad Apollon. Rhod. II. p. 146. non prætermittendum duximus, hanc observationem non posse ad Atticos pertinere, quorum ætate ejusmodi formis jam certus et immutabilis locus assignatus esset.

Ultimus secundi libri locus, qui huc pertinet, invenitur II. 101. Παρέσχε δὲ λόγον καὶ ἐπὶ τοὺς τῶν Ἀθηναίων πολεμίους Ἕλληνας, μὴ οἱ ὑπ' αὐτῶν ἀγόμενοι κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν καὶ ἐπὶ σφᾶς χωρήσωσι. Sitalces quum in Macedonia et finitimis regionibus versaretur, et aliis populis terrorem injecisse, et inter eos Græcos, qui cum Atheniensibus bellum gerebant, rumori ansam dedisse legitur, metuendum esse, ne ab Atheniensibus ductus contra ipsos proficisceretur. Quod in omnibus libris ita expressum est, μὴ ὑπ' αὐτῶν ἀγόμενοι χωρήσωσι. Stephanus vero quum subjectum desideraret, scribi voluit μὴ οἱ ὑπ' αὐτῶν ἀγόμενοι, quam conjecturam Gottleberus et alii receperunt. Sed hanc emendationem quomodo "optime quadrare" judices, non video; nam mirum esset, si Sitalcis copiæ per οἱ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἀγόμενοι circumscriberentur. Longe convenientior est vulgata, in qua Thucydides, quum modo dixisset, οἱ μέχρι Θερμοπυλῶν Ἕλληνες ἐφοβήθησαν, μὴ καὶ ἐπὶ σφᾶς ὁ στρατὸς χωρήσῃ subjectum ὁ στρατός vel οἱ Θρᾶκες sine omni obscuritate omittere potuit, quippe quod e sententiarum ordine atque nexu facillime suppleas.

Quod ad tertium librum attinet, nonnisi de nomine Spartanorum ducis, qui c. 100. Menedæus vocatur, paucis dicendum. Olim ibi legebatur Μενέδατος, quod Wassius correxit, quum de eodem, qui infra c. 109. bis Menedæus appellaretur, sermonem esse recte intellexisset. Sed quum c. 100. omnes libri scripturam Μενέδατος tueantur, eandemque formam in utroque c. 109. loco Cl. exhibeat, hunc ducem ubique Menedatum quam Menedæum scribi malim.

Cap. 14.

Proponuntur conjecturæ de aliquot locis, in quibus in librorum scriptura non videatur acquiesci posse. Γοῦν et δ' οὖν. Ὡς pro πρός de re animata. Ὡς quam a superlativo interposita præpositione separatum. Ἐφίεσθαι et ἀφίεσθαι, πόλεμος et πολέμιος, Κλάρος et Ἴκαρος all. confusa. De ellipsi nominis ἀγροί. Σκευή, κατασκευή, παρασκευή. Participium per duplicis structuræ confusionem alio casu positum quam substantivum, ad quod refertur.

Quanquam vero in his locis librorum scriptura non sit sollicitanda, sunt tamen alii, in quibus ad conjecturas ut confugias, opus esse videatur. Cujus generis aliquot exempla passim in hoc libello exhibuimus, quibus nunc alia nonnulla addere placet.

I. 41. Φίλον τε γὰρ ἡγοῦνται τὸν ὑπουργοῦντα, ἢν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ᾖ, πολέμιόν τε τὸν ἀντιστάντα, ἢν καὶ τύχῃ φίλος ὤν· ἐπεὶ καὶ τὰ οἰκεῖα χεῖρον τίθενται φιλονεικίας ἕνεκα τῆς αὐτίκα. Malim φιλονικίας; nam præcedunt verba Τῶν ἁπάντων (sive potius πάντων, quod est in optimis libris) ἀπερίοπτοί εἰσι παρὰ τὸ νικᾶν. Fischerum tamen hanc correctionem non probaturum fuisse, intelligo ex iis, quæ ad Xenoph. Cyrop. II. 1. 22. (in Commentario a Kuinœlio edito p. 107.) disputavit.

Ib. 63. Ἐπαναχωρῶν δὲ ὁ Ἀριστεὺς ἀπὸ τῆς διώξεως, ὡς ἑώρα (al. ὁρᾷ) τὸ ἄλλο στράτευμα ἡσσημένον, ἠπόρησε μέν, ὁποτέρωσε διακινδυνεύσει χωρήσας, ἢ ἐπὶ τῆς Ὀλύνθου, ἢ ἐς τὴν Ποτίδαιαν· ἔδοξε γοῦν ξυναγαγόντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον, δρόμῳ βιάσασθαι ἐς τὴν Ποτίδαιαν. Scribo ἔδοξε δ' οὖν; nam γοῦν notat certe quidem (v. I. 2. 10. 20. 38. 74. al.) sed δ' οὖν refertur ad præcedens μέν. Neque raro has particulas permutant librarii. Vid. II. 5. et 34. Præterea in his verbis sine causa de nonnullis dubitarunt viri docti. Ἐς enim temere uncis incluserunt, quum non solum in plerisque libris legatur, sed etiam propter loquendi usum necessarium sit; ὡς enim pro πρός nonnisi de re animata dici

notissimum est.* Cf. præter alios inprimis Kœn. ad Gregor. Cor. p. 78. Ita etiam de eo injuria hæsitarunt, verba ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον utrum cum ξυναγαγόντι (" suis in quam minimum spatium contractis") an cum ἐς τὴν Ποτίδαιαν (" cursu perrumpere Potidæam tanquam in urbem minime remotam, s. quippe quæ proxima esset urbs") jungenda sint. Posterior enim ratio plerisque viris doctis probata præterquam quod verborum ordinem perturbat (nam longe planius est quod apud Platonem exstat Euthyphr. 1. Ἔρχεται κατηγορήσων μου ὥσπερ πρὸς μητέρα πρὸς τὴν πόλιν), vel ideo inepta est, quod ἐλάχιστον χωρίον neque Græco homini neque alii ulli apte et distincte loquenti significare potest χωρίον ἐλαχίστου διαστήματος. Vana etiam sunt, quæ Baverus nostræ interpretationi opposuit, nihil profuisse, si copiæ in angustum contractæ essent, quum statim inde fuisset abeundum. Quasi vero copiæ non ideo potuerint in angustum contrahi, ut conferta acie ideoque cum majori et impetu et celeritate hostes adorirentur! Denique noli hærere in ordine vocabulorum ὡς ἐς ἐλάχιστον χωρίον; nam sæpe ita ὅτι et ὡς a superlativo interposita præpositione separantur. III. 46. Ὅτι ἐν βραχυτάτῳ τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι. Xen. Cyr. I. 6. 26. Ταῦτα πειρώμεθα ὡς ἐν ἐχυρωτάτῳ ποιεῖσθαι.

100. Ἐπὶ Στρυμόνα πέμψαντες (οἱ Ἀθηναῖοι) μυρίους οἰκήτορας αὑτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ὡς οἰκιοῦντες (al. οἰκειοῦντες, quod hoc sensu non usurpat Thucydides) τάς τότε καλουμένας Ἐννέα ὁδούς, νῦν δὲ Ἀμφίπολιν, τῶν μὲν Ἐννέα ὁδῶν αὐτοὶ ἐκράτησαν, ἃς εἶχον Ἠδωνοί· προελθόντες δὲ τῆς Θράκης ἐς μεσόγειαν, διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ἠδωνικῇ ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν ξυμπάντων, οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον αἱ Ἐννέα ὁδοὶ κτιζόμενον. Pro ξυμπάντων, quod quum ad sententiæ vim nihil faciat, Heilmanno et aliis displicuit, conjicias ξύμπαντες propter locum parallelum Diodori XI. 70. p. 458. Αὐτῶν ἀναβάντων εἰς Θρᾴκην, συνέβη πάντας τοὺς εἰσβαλόντας εἰς τὴν χώραν τῶν Θρᾳκῶν ὑπὸ τῶν Ἠδωνῶν καλουμένων διαφθαρῆναι. Sed quum Diodorus orationem ad suum sensum mutare potuisset, huic conjecturæ non multum tribueremus, nisi etiam Vallæ versio accederet, quæ hæc est: " Sed progressi in mediterranea Thraciæ, ab ipsis Thracibus, quibus infestum erat id oppidum, si incoleretur, apud Drabescum Edonicam omnes sunt interemti." E qua versione simul colligas, αἱ Ἐννέα ὁδοί quum a Valla non expressum sit, interpretibus deberi. Ξύμπαντες autem in ξυμπάντων transiisse videtur, quoniam pronomen relativum statim rursus ad Thraces refertur. Nominativum hic etiam Gattererus desiderasse videtur, ut ex iis, quæ in commentatione de Thracia secundum Herodotum et Thucydidem p. 79. edit. Schlichth. leguntur, apparet, quanquam de lectione mutanda ibi nihil diserte monitum est. Quod restat, Thucydides ubi iterum horum Atheniensium meminit IV. 102. simpliciter scribit Ἐφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ ὑπὸ Θρᾳκῶν. Cf. Diod. XII. 68.

133. Τότε (vulgo τόδε) δὴ οἱ Ἔφοροι, δείξαντος αὐτοῦ τὰ γράμματα, μᾶλλον μὲν ἐπίστευσαν, αὐτήκοοι δὲ βουληθέντες ἔτι γενέσθαι αὐτοῦ Παυσανίου τι λέγοντος, ἀπὸ παρασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ Ταίναρον οἰκέτου οἰχομένου, καὶ σκηνησαμένου διπλῆν διαφράγματι καλύβην, ἐς ἣν τῶν τε Ἐφόρων ἐντός τινας ἔκρυψε, καὶ Παυσανίου ὡς αὐτὸν ἐλθόντος, καὶ ἐρωτῶντος τὴν πρόφασιν τῆς ἱκετείας, ᾔσθοντο πάντα

* Semel quidem VIII. 36. invenitur ὡς τὴν Μίλητον, sed ibi cum aliquot Pariss. scribendum videtur ἐς τ. Μ. ne scriptori nostro in hoc uno exemplo id obtrudatur, quod alibi semper reformidavit. Nam quod Thomas Mag. p. 933. ex VIII. 103. affert ὡς Ἄβυδον, depravatos codices, Ar. Chr. Dan. secutus est, quum meliores libri recte servent vulgatum ἐς. Exempla ad hunc locum a Wassio congesta omnia aliena sunt. Pro eo autem quod in Bekkeri Anecdd. p. 400. legitur, Πᾶσα γὰρ ἀνέχει ὡς τὸ Κρητικὸν πέλαγος, Thucydidis libri IV. 53. exhibent consuetum Πᾶσα γὰρ ἀνέχει πρὸς τὸ Σικελικὸν καὶ Κρητικὸν πέλαγος. Denique V. 17. Παρασκευὴ προεπανεσείσθη ἀπὸ Λακεδαιμονίων περιαγγελλομένη κατὰ πόλεις ὡς ἐπιτειχισμόν cum cod. Græv. et fortassis etiam aliis libris facile scripseris ὡς ἐπὶ τειχισμόν. Cf. schol. Vall. et Bened. ad h. l. Quanquam, quum compositum ἐπιτειχισμός loci sententiæ convenientius sit quam simplex τειχισμός, nescio equidem an legendum sit ὡς ἐς ἐπιτειχισμόν. De Xenoph. Cyr. V. 3. 12. ubi olim edebatur ὡς τὸ φρούριον, vid. Schneider. et de tragicis Valcken. et Porson. ad Eur. Phœn. 1415. a quibus injuria recessisse videtur amicissimus Dœderlein Specim. Sophocl. p. 39.

σαφῶς. Verba αὐτήκοοι βουληθέντες γενέσθαι tempore finito carent, neque participium ejus locum tenere existimari potest, quum neque οἰχομένου καὶ σκηνησαμένου satis apte cum βουληθέντες conjungantur, quæque sequuntur, et ipsa impedita sint. Deleverim igitur particulam τέ post τῶν, ut hic sit verborum ordo, αὐτήκοοι δὲ βηληθέντες γενέσθαι, τοῦ ἀνθρώπου οἰχομένου καὶ σκηνησαμένου, καὶ Παυσανίου ἐλθόντος καὶ ἐρωτῶντος, ᾔσθοντο.

II. 42. Τῶνδε δὲ οὔτε πλούτου τις τὴν ἔτι ἀπόλαυσιν προτιμήσας ἐμαλακίσθη, οὔτε πενίας ἐλπίδι, ὡς κἂν ἔτι διαφυγὼν αὐτὴν πλουτήσειεν, ἀναβολὴν τοῦ δεινοῦ ἐποιήσατο· τὴν δὲ τῶν ἐναντίων τιμωρίαν ποθεινοτέραν αὐτῶν λαβόντες, καὶ κινδύνων ἅμα τόνδε κάλλιστον νομίσαντες, ἠβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι, τῶν δὲ ἐφίεσθαι. Primum, ut jam alii monuerunt, recipiendum πλούτῳ ex optimis codicibus prius collatis et septem Parisinis. Respondent enim sibi οὔτε πλούτῳ—οὔτε πενίας ἐλπίδι, et ad ἀπόλαυσιν e πλούτῳ repetendus genitivus αὐτοῦ. Deinde τῶν δέ non potest cum scholiasta ad τῶν ἀρετῶν referri, quæ vox in iis, quæ proxime antecedunt, nusquam legitur, sed spectat ad αὐτά, ideoque ad divitias, quibus aliquis vel diutius fruatur, vel aliquando potiatur. Unde in vulgata scriptura aliquid vitii inesse intelligimus. Qui enim belli pericula eo consilio subierint, ut opes adipiscerentur, quomodo, quasi illas spreverint, laudentur? Qui hostes quidem punire, sed simul etiam facultates appetere voluerint, quomodo illorum ultionem præ his desiderasse dicantur? Scripserim igitur ἀφίεσθαι. "fortunis se abdicare, earum curam abjicere voluerunt." De quo usu dictionis ἀφίεσθαί τινος cf. II. 60. et Sturz. Lexic. Xenoph. t. 1. p. 501. Verba autem ἐφίεσθαι et ἀφίεσθαι facile commutari vix est quod moneamus. In Dionysio Halic. p. 806. legitur quidem ἐφίεσθαι, sed Reg. 2. ibi exhibet certe ἀφίεσθαι. Ibidem μετ' αὐτοῦ omittitur, quo abjecto quum τῶν δέ ad κινδύνων referri posset, hanc scripturam servato ἐφίεσθαι amplecterer, si et, unde μετ' αὐτοῦ ortum esset, intelligerem, neque pro τῶν δέ potius τοῦ δέ (τοῦ καλλίστου κινδύνου) requirerem. —In ejusdem capitis verbis Καὶ γὰρ τοῖς τἄλλα χείροσι, δίκαιον τὴν ἐς τοὺς πολέμους ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀνδραγαθίαν προτίθεσθαι malim πολεμίους, quum τὴν ἐς τοὺς πολέμους ἀνδραγαθίαν satis recte dici haud putaverim. Ita squ. cap. pro ἀτολμοτέραν δὲ μηδὲν ἀξιοῦν τὴν ἐς τοὺς πολεμίους διάνοιαν ἔχειν deteriores codices exhibent πολέμους, neque quidquam horum vocabulorum confusione frequentius est. Cf. nos supra p. 41. et Gottleb. ad verba II. 36. Εἴ τι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα, in quibus tamen vulgata scriptura jure defensa est. V. Schæf. Melett. critt. p. 41.

76. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι αἰσθόμενοι, ἐν ταρσοῖς καλάμου πηλὸν ἐνείλλοντες, ἐσέβαλον ἐς τὸ διῃρημένον, ὅπως μὴ διαχεόμενον, ὥσπερ ἡ γῆ, φοροῖτο. Malim διαχεόμενος; neutrum enim vix potest ad aliud quid pertinere quam ad τὸ διῃρημένον, quod non poterat auferri.

Ejusdem libri cap. 89. Phormion Atheniensibus hæc præcipit. Ἐν τῷ ἔργῳ κόσμον καὶ σιγὴν περὶ πλείστου ἡγεῖσθε· ὥστε τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν ξυμφέρει, καὶ ναυμαχίᾳ οὐχ ἥκιστα. Quæ vertunt: "In prœlio militarem disciplinam et silentium plurimi facite; hæc enim cum multis aliis in rebus bellicis, tum vero præcipue in navalibus conducunt." Sed ὥστε neque enim neque aliud quid notat, quod in hunc locum quadret. Stephanus igitur conjecit ὃ ἐς τε, cui conjecturæ per se facili, quum ὥστε et ἔστε sæpe confundantur (v. Gregor. Cor. p. 530.) duo maxime obstant. Primum enim a Thucydide scriptum esse ἐς τὰ πολλὰ ξυμφέρει non est probabile, quum hæc vulgaris structura haud facile ita obliterata esset, ut ei substitueretur insolentior dicendi ratio, τὰ πολλὰ ξυμφέρει sine præpositione, quæ et in omnibus libris et apud scholiastam desideratur. Deinde hoc habemus scholion: Καὶ ἐν τῷ ἔργῳ κόσμον ἔχετε, ἤτοι ἐν τῷ πολέμῳ κόσμον ἔχετε, καὶ σιγήν, καὶ ξυμφέρον ὂν τοῖς μετιοῦσιν ἐπιπολὺ τὰ πολεμικά, καὶ μάλιστα τοῖς ναυμαχοῦσιν. In quo inest haud obscurum documentum, olim non verbum finitum ξυμφέρει, sed participium hic esse lectum, quo reposito non amplius desiderabimus causalem particulam. Sed ita quæritur, quid de ὥστε faciendum sit. Aliquamdiu equidem scribendum putavi, ὥσπερ τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν, καὶ ξυμφέρον ναυμαχίᾳ οὐχ ἥκιστα. ("Quippe quod, ut in plerisque rebus bellicis, ita etiam in pugna navali non minimum prosit.") Καί enim statim post πολεμικῶν collocant optimi codices, Reg. (G.) H. Aug. Cass. Bas. I. et ὥσπερ præbet Cl. atque marg. Bas. Sed quanquam ὥσπερ et ὥστε sæpe confundan-

tur (cf. I. 120. et Bastii Comment. palæogr. p. 888.) vereor tamen, ne illud in hos duos libros e correctione irrepserit. Quæ quum ita sint, nunc potius voculis τέ et τά, quæ facillime sedem permutare poterant, transpositis scribendum puto, ὡς τά τε πολλὰ τῶν πολεμικῶν, καὶ ξυμφέρον ναυμαχίᾳ οὐχ ἥκιστα. Fortassis tamen hac transpositione probata ὡς, quod non inest in scholiastæ interpretatione, omnino delendum, ut ξυμφέρον ab aliquo per ὡς ξυμφέρει explicatum fuerit, quod interpretamentum genuina scriptoris verba facile poterat extrudere.

II. 101. Ὁ δὲ Σιτάλκης πρός τε τὸν Περδίκκαν λόγους ἐποιεῖτο, ὧν ἕνεκα ἐστράτευσε, καὶ ἐπειδὴ οἱ Ἀθηναῖοι οὐ παρῆσαν ταῖς ναυσίν, ἀπιστοῦντες αὐτὸν μὴ ἥξειν, δῶρά τε καὶ πρέσβεις ἔπεμψαν αὐτῷ, ἔς τε τοὺς Χαλκιδέας καὶ Βοττιαίους μέρος τι τοῦ στρατοῦ πέμπει. καὶ τειχήρεις ποιήσας, ἐδῄου τὴν γῆν. Sitalces expeditionem in Perdiccam atque Chalcidenses suscepit. (C. 95. Ἐστράτευσεν ἐπὶ Περδίκκαν καὶ ἐπὶ Χαλκιδέας, διὰ δύο ὑποσχέσεις, τὴν μὲν βουλόμενος ἀναπρᾶξαι, τὴν δὲ αὐτὸς ἀποδοῦναι, ubi quum διά desit in Aug. Cass. Cl. Gr. Par. C. D. I. non multum absum, quin hanc præpositionem delendam putem, ut Thucydides pro "duo promissa ratu esse volens" omisso hoc generali verbo statim ea intulerit, quæ rationem, qua hæc promissa Sitalces exitum habere voluit, describunt.) Qua in expeditione Athenienses promiserant, se classe atque exercitu Odrysis opem esse laturos. (Ἔδει καὶ τοὺς Ἀθηναίους ναυσί τε καὶ στρατιᾷ ὡς πλείστῃ ἐπὶ τοὺς Χαλκιδέας παραγενέσθαι. l. l.) Jam c. 101. Athenienses leguntur navibus non advenisse, e t dona atque legatos ad Sitalcem misisse. Quis vero has duas enunciationes sibi oppositas per particulam τέ conjunxerit? Aliquid hic turbatum esse quum probe sensisset Stephanus, pro ἔπεμψαν legendum conjecit ἔπεμψεν, quod nescio utrum de Perdicca an de Sitalce intellexerit. Si de illo, quum Perdiccas Atheniensibus opponeretur, necessario scribendum erat ἐκεῖνος δὲ δῶρά τε καὶ πρέσβεις ἔπεμψε; sin de hoc, eum, qui magnam Macedoniæ partem in potestatem suam redegerat, et cui Macedones resistere non audebant (Ἡσύχαζον, οὐ νομίζοντες ἱκανοὶ εἶναι πρὸς τὸ πλέον κινδυνεύειν. c. 100.) ad Perdiccam dona misisse, profecto non est verisimile. Accedit, quod hoc exstat scholion: Ἔπεμψαν αὐτῷ] τῷ Σιτάλκῃ οἱ Ἀθηναῖοι. Equidem τέ in δέ muto, et post πέμπει minus plene interpungo, ut τέ post ἐς ad καί ante τειχήρεις referatur. Sitalces enim quum Atheniensium classis non adesset, id efficere aut non potuit, aut noluit, quod iis spoponderat, se Chalcidico bello finem esse impositurum. Sed quum Athenienses et dona ad eum perferri et legatos eodem proficisci jussissent (unde jam c. 95. legimus Τῶν Ἀθηναίων ἧγε πρέσβεις οἳ ἔτυχον παρόντες τούτων ἕνεκα, ubi tamen πρέσβεις quum desit in Aug. Cass. Cl. ex interpretamento ortum esse suspiceris); aliquid certe faciendum ratus, et partem quandam exercitus in Chalcidenses atque Bottiæos misit, et, quum intra muros eos compulisset, regionem eorum vastavit.

III. 33. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἐφέσου ὁ Ἀλκίδας ἔπλει κατὰ τάχος, καὶ φυγὴν ἐποιεῖτο· ὤφθη γὰρ ὑπὸ τῆς Σαλαμινίας καὶ Παράλου, ἔτι περὶ Κλάρον ὁρμῶν· αἱ δ' ἀπ' Ἀθηνῶν ἔτυχον πλέουσαι. Et paulo post, Αὐτάγγελοι δ' αὐτὸν ἰδοῦσαι ἐν τῇ Κλάρῳ ἥ τε Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία ἔφρασαν. Alcidas Epheso facile quidem Clarum, Ioniæ urbem, prope Colophontem sitam, pervenire poterat; sed duo sunt, quæ hanc scripturam mutari jubeant. Primum enim Alcidas ab Atheniensium navibus conspectus esse legitur, quum a d h u c circa Clarum versaretur, quo ἔτι res aliquo tempore prius, quam Ephesum delatus esset, facta esse innuitur. Deinde c. 29. scribitur, Οἱ ἐν ταῖς τεσσαράκοντα ναυσὶ Πελοποννήσιοι (iidem, quibus præfectus erat Alcidas) τοὺς ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους λανθάνουσι, πρὶν δὴ τῇ Δήλῳ προσέσχον. Unde colligimus, Peloponnesios non multo post relictam Delum ab Atheniensibus ex urbe profectis esse detectos. Jam Delo Alcidas navigavit Icarum atque Myconum, inde in Embatum, porro Myonnesum (c. 32.) atque Ephesum, et tum denique Clarum se conferre potuit. Quod temporis spatium longius est, quam ut, qui Clari demum visi essent, τοὺς ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους nonnisi donec Delum venissent latuisse dicerentur. Sed τοὺς ἐκ τῆς πόλεως Ἀθηναίους eosdem esse cum iis, qui erant in Salaminia et Paralo, inde manifestum est, quod hæ naves forte Athenis prohibentur navigasse. Quæ omnia si consideraveris, non dubitabis mecum reponere Ἴκαρον atque Ἰκάρῳ, quam insulam Alcidas statim postquam Delo profectus erat adiit. c. 29. Confirmatur hæc conjectura eo, quod etiam c. 29. in depravatis libris, Ar. Chr. (marg.) Dan. pro Ἰκάρῳ

reperitur Κλάρῳ; quam quominus cum Kistemakero veram putes scripturam, itineris ratio ibi satis prohibet. De insula Icaro s. Icaria cf. Strab. p. 336. et 439.

34. Προκαλεσάμενος (cf. p. 460.) ἐς λόγους Ἱππίαν τὸν ἐν τῷ διατειχίσματι Ἀρκάδων ἄρχοντα. Malim Hippiam vocari Arcadum ducem, qui erant in loco illo munito, propter verba, quæ paulo ante leguntur, ἐπικούρους Ἀρκάδων ἐπαγόμενοι ἐν διατειχίσματι εἶχον. Scripserim igitur, τὸν τῶν ἐν τῷ διατειχίσματι Ἀρκάδων ἄρχοντα.

40. Τῇ αὐτῇ ζημίᾳ ἀξιώσατε ἀμύνασθαι, καὶ μὴ ἀναλγητότεροι οἱ διαφεύγοντες τῶν ἐπιβουλευσάντων φανῆναι. Lege διαφυγόντες; nam quum Mytilene, quo tempore hæc loquebatur Creon, jam capta esset, Athenienses non evadere, sed evasisse dicendi sunt.

67. Παρηνόμησαν (Matth. Gr. Gr. p. 202.) οὐ προπαθόντες ὑφ' ἡμῶν, μίσει δὲ πλέον ἢ δίκῃ κρίναντες, καὶ οὐκ ἀνταποδόντες νῦν τὴν ἴσην τιμωρίαν· ἔννομα γὰρ πείσονται. Corrige ἀνταποδιδόντες vel ἀνταποδώσοντες; nam propterea quod patientur, pœnas non dederunt, sed dabunt. Depravationi ansam dederunt participia, quæ præcedunt.

98. Μέχρι μὲν οὖν οἱ τοξόται εἶχόν τε τὰ βέλη αὐτοῖς, καὶ οἷοί τε ἦσαν χρῆσθαι, οἵδε ἀντεῖχον· τοξευόμενοι γὰρ οἱ Αἰτωλοί, ἄνθρωποι ψιλοί, ἀνεστέλλοντο. ἐπειδὴ δὲ τοῦ τε τοξάρχου ἀποθανόντος οὗτοι διεσκεδάσθησαν, καὶ αὐτοὶ ἐκεκμήκεσαν, καὶ ἐπιπολὺ τῷ αὐτῷ πόνῳ ξυνεχόμενοι, οἵ τε Αἰτωλοὶ ἐνέκειντο καὶ ἐσηκόντιζον, οὕτω δὴ τραπόμενοι ἔφευγον. Particulam καί ante ἐπιπολύ, quæ facile ex præcedentibus perperam repeti potuit, delendam censemus, assentiente Hermanno. Nam quod hanc voculam etiam explicationi inservire dicunt, id eam vim habere non potest, ut ibi quoque admittatur, ubi prima ejus notio prorsus inepta sit. Paulo post in verbis Πᾶσά τε ἰδέα κατέστη τῆς φυγῆς καὶ τοῦ ὀλέθρου τῶν στρατοπέδων τῶν Ἀθηναίων probamus Benedicti conjecturam τῷ στρατοπέδῳ; nam de uno exercitu sermo est.

114. Ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο ἑκατὸν ἔτη Ἀκαρνᾶνες καὶ Ἀμφίλοχοι πρὸς Ἀμπρακιώτας, ἐπὶ τοῖσδε, ὥστε μήτε Ἀμπρακιώτας μετὰ Ἀκαρνάνων στρατεύειν ἐπὶ Πελοποννησίους, μήτε Ἀκαρνᾶνας μετὰ Ἀμπρακιωτῶν ἐπ' Ἀθηναίους, βοηθεῖν δὲ τῇ ἀλλήλων· καὶ ἀποδοῦναι Ἀμπρακιώτας, ὁπόσα ἢ χωρία, ἢ ὁμόρους Ἀμφιλόχων ἔχουσιν. "Ὁμόρους. Scilicet ἀγρούς." Hudsonus.—Sed hæc ellipsis inusitata est; certe neque me eam legere memini, neque ab iis, qui de ellipsibus scripserunt, simile quid allatum vidi. Præterea si Ambraciotæ vicinos Amphilochorum agros restituere juberentur, hoc nimis vagum esset, qua ratione non loquimur in fœderibus. Scribendum igitur suspicor ὁμήρους, quam conjecturam quodammodo confirmant verba cap. 107. Οἱ πλείους (Ἀμφιλόχων) ὑπὸ Ἀμπρακιωτῶν βίᾳ κατείχοντο.

IV. 30. Οὕτω δή, τούς τε Λακεδαιμονίους μᾶλλον κατιδὼν πλείους ὄντας, ὑπονοῶν πρότερον, ἐλάσσοσι τὸν σῖτον αὐτοῦ ἐσπέμπειν, τότε ὡς ἐπ' ἀξιόχρεων τοὺς Ἀθηναίους μᾶλλον σπουδὴν ποιεῖσθαι, τήν τε νῆσον εὐαποβατωτέραν οὖσαν, τὴν ἐπιχείρησιν παρεσκευάζετο. Verba τότε—ποιεῖσθαι aperte nexu carent. Neque cum Benedicto scribi licet τότε τε, ut hæc cohæreant, τούς τε Λακεδαιμονίους πλείους ὄντας—τότε τε τοὺς Ἀθηναίους σπουδὴν ποιεῖσθαι—τήν τε νῆσον εὐαποβατωτέραν οὖσαν; cui rationi vel infinitivus ποιεῖσθαι cum participio commutandus satis obstat. Sed verba τούς τε Λακεδαιμονίους κατιδὼν πλείους ὄντας, τήν τε νῆσον εὐαποβατωτέραν οὖσαν conjungenda esse, infinitivum autem ποιεῖσθαι, ut paulo ante ἐσπέμπειν, ex ὑπονοῶν sive, quod in eo inest, νομίζων pendere, manifestum est. Quapropter scribo τότε δέ. Αὐτοῦ autem si pro αὐτόσε poni posse neges (nam nugæ sunt reliquæ, quas proposuerunt, explicationes), atque subjectum desideres, quod non videtur commode abesse posse, probaverim Baveri conjecturam αὐτοὺς ἐσπέμπειν. Nam lenior quidem nonnullis videatur medela, si restitueris αὐτοὺς πέμπειν; sed compositum ἐσπέμπειν satis confirmatur c. 16. et 26.

52. Καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια, τάς τε ἄλλας πόλεις, τὰς Ἀκταίας καλουμένας, ἃς πρότερον, Μιτυληναίων νεμομένων, Ἀθηναῖοι εἶχον, ἐλευθεροῦν, καὶ πάντων* μάλιστα τὴν Ἄντανδρον· καὶ κρατυνάμενοι αὐτὴν (ναῦς τε γὰρ εὐπορία ἦν ποιεῖσθαι αὐτόθεν, ξύλων ὑπαρχόντων, καὶ τῆς Ἴδης ἐπικειμένης) καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ ῥᾳδίως ἀπ' αὐτῆς ὁρμώμενοι, τήν τε Λέσβον, ἐγγὺς οὖσαν, κακώσειν, καὶ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ Αἰολικὰ πολίσματα χειρώσεσθαι. Ut verba hic et scripta et interpuncta sunt, τέ post

* Nota illud πάντων, præcedente nomine πόλεις. Hoc neutro utaris ad illustrandam formulam ἐν τοῖς, quæ eodem modo superlativis additur, et de qua a Thucydidis interpretibus nusquam intellecta hodie non est, quod disputes.

ναῦς prorsus non habet, quo referatur, vel quod significet. Et tamen apertum est, sibi respondere ναῦς τε καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ, ita ut duæ causæ afferantur, cur exsules Antandrum sibi commodissimam judicaverint, quippe quæ et navium et reliqui apparatus comparandi facultatem ipsis præberet. Nam cum ὁρμώμενοι κακώσειν conjuncta verba τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ recte intelligi nequeunt. Scribe igitur, καὶ κρατυνάμενοι αὐτήν—ναῦς τε γὰρ εὐπορία ἦν ποιεῖσθαι αὐτόθεν, ξύλων ὑπαρχόντων, καὶ τῆς Ἴδης ἐπικειμένης, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν—ῥᾳδίως, ἀπ' αὐτῆς ὁρμώμενοι, τήν τε Λέσβον, ἐγγὺς οὖσαν, κακώσειν, καί etc. Nam ι subscriptum et ν finale frequenter permutari, inter omnes constat. Sententia autem, quæ causas continet, cur exsules Lesbum facile a se vastatum iri speraverint, ei membro, cujus rationes reddit, præmissa est, qua de re jam supra egimus. Sed ut de ipso nomine παρασκευή disputemus, pro eo noli cum bonis codicibus scribere σκευή, quod nuper suasit Benedictus. Σκευή enim Thucydidi dicitur de habitu s. cultu externo I. 6. 8. unde σκευαὶ Μηδικαί I. 130. sunt vestes Medicæ, et σκευὴ ψιλή III. 94. levis armatura. Κατασκευή autem denotat supellectilem et in singulari I. 89. II. 5. 14. 97. et in plurali II. 16. 38. 65. unde facile vides, quo jure I. 10. in τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη hanc vocem interpretentur ædificia. Quod quam ineptum sit, vel inde patet, quia II. 65. κατασκευαί et οἰκοδομίαι, atque Xenoph. Cyr. 7. 5. 72. κατασκευαί et οἰκίαι sibi opponuntur. Quid? quod ex eversorum Spartæ ædificiorum areis tantum aberat ut hæc urbs minor, quam erat, videri potuisset, ut etiam major judicanda fuisset, quum manente eodem ambitu æque splendida ac magna existimata esset. Sed κατασκευή etiam hic dicitur de omnibus iis, quæ domibus exornandis inserviunt. Horum ἐδάφη quænam sint, discas e Platæarum eversione III. 68. Quæ urbs quum dirueretur, servatum est Junonis templum, et præterea Thebani ὀροφαῖς καὶ θυρώμασι τοῖς τῶν Πλαταιέων ἐχρήσαντο· καὶ τοῖς ἄλλοις, ἃ ἦν ἐν τῷ τείχει ἔπιπλα, χαλκὸς καὶ σίδηρος, κλίνας κατασκευάσαντες, ἀνέθεσαν τῇ Ἥρᾳ. Ex ejusmodi igitur rebus, quæ, si qua urbs devastetur, vel sacrum in usum converti vel alia de causa servari soleant, de Lacedæmone non judicandum esse monet Thucydides. Neque ea, quam rejecimus, notio vocis κατασκευή confirmari potest verbis II. 17. Κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν τειχῶν πολλοί, καὶ ὡς ἕκαστός που ἐδύνατο. Ibi enim neque κατεσκευάσαντο pro κατασκευὰς ἐποιήσαντο positum est, quod nullo modo significare potest domicilia sibi pararunt, neque οἰκήματα omissum est, quod ita omitti non licet; sed notionis origo recte declaratur posteriore parte hujus scholii, quod in cod. Bas. invenitur, Οἰκήματι, ἢ ἀντὶ τοῦ κατέλυσαν τὰ σκεύη, ὧν ἐναντίον τὸ ἀνεσκευάσαντο. Ubi pro οἰκήματι legendum οἰκήματα; nam quod Gottleberus hanc vocem hinc sejungi, et ad sequentis capitis nomen τείχει referri vult, etiamsi non subjungeretur particula ἤ, quæ duas explicationes ab interprete afferri docet, vel ideo ineptum esset, quod propugnaculi murum nemo explicaret per οἴκημα. Ἀνεσκευάσαντο autem, quod scholiasta verbo κατεσκευάσαντο oppositum dicit, hoc sensu legitur I. 18. Οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπιόντων τῶν Μήδων διανοηθέντες ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἀνασκευασάμενοι, ubi vid. schol. Ex his verbis rursus lucem accipiunt quæ IV. 116. reperiuntur, Τὴν Λήκυθον ἀνελὼν καὶ ἀνασκευάσας, τέμενος ἀνῆκεν (an ἀνέθηκεν?) ἅπαν, ubi plerique interpretes, quibus etiam Schneiderus in Lexic. Gr. se adjunxit, hoc verbum repugnante sententia interpretantur, reficere. Add. Sturz. Lex. Xenoph. in ἀνασκευάζεσθαι et κατασκευάζεσθαι. Mirati autem sumus, quomodo Thucydidis editores, ut eum, de quo diximus, verbi κατασκευάζεσθαι usum stabilirent, laudare potuerint exempla IV. 75. Τῆς Ἀντάνδρου ὑπὸ τῶν Μιτυληναίων μελλούσης κατασκευάζεσθαι et VIII. 24. Τὴν χώραν καλῶς κατεσκευασμένην διεπόρθησαν, ubi κατασκευάζεσθαι notat instrui. Quæ exempla Schneiderus adeo in Lexic. Gr. intulit, in quo male scribitur V. 75. pro IV. 75. Sed ut redeamus ad substantivum κατασκευή, id quemadmodum non usurpatur de domiciliis, ita ne de apparatu quidem bellico recte legitur. Sed hæc notio inest in παρασκευή, quod sexcenties ita dicitur, unde hæc scriptura etiam IV. 52. servanda est. Quod autem ibi dictum est κρατυνάμενοι et ὁρμώμενοι in nominativo, etiamsi præcedat ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια, id ideo factum est, quod illa formula ad sensum nihil aliud denotat quam διενοοῦντο, vel ἐνόμιζον sive ἤλπιζον ex ea repeti potest. Quales casuum permutationes in participiis sæpe sibi permisit Thucydides. IV. 23. Τὰ περὶ Πύλον ὑπ' ἀμφοτέρων κατὰ

κράτος ἐπολεμεῖτο (i. e. τὰ περὶ Π. ἀμφότεροι κ. κ. ἐπολέμουν)· Ἀθηναῖοι μὲν δυοῖν νεοῖν ἐναντίαιν ἀεὶ τὴν νῆσον περιπλέοντες τῆς ἡμέρας (τῆς δὲ νυκτὸς καὶ ἅπασαι περιώρμουν, πλὴν τὰ πρὸς τὸ πέλαγος, ὁπότε ἄνεμος εἴη· καὶ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν εἴκοσι νῆες ἀφίκοντο αὐτοῖς ἐς τὴν φυλακήν, ὥστε αἱ πᾶσαι ἑβδομήκοντα ἐγένοντο)· Πελοποννήσιοι δὲ ἔν τε (quæ particula e codd. recipienda) ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι, καὶ προσβολὰς ποιούμενοι τῷ τείχει. Ubi alterum parentheseos signum, quod vulgo ante καὶ ἐκ τῶν Ἀθ. legitur, jam ante τῆς δὲ νυκτός collocavimus, et interpunctionem in nonnullis correximus, quo facilius arctus sententiarum Ἀθηναῖοι μὲν τὴν νῆσον περιπλέοντες—Πελοποννήσιοι δὲ ἐν τῇ ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι nexus perspiciatur. Post accusativum subjicitur nominativus II. 53. Θεῶν δὲ φόβος ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε (i. e. θεῶν φόβῳ ἢ ἀνθρώπων νόμῳ οὐδένι ἀπείργοντο)· τὸ μὲν κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μή, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους· τῶν δὲ ἁμαρτημάτων * οὐδεὶς ἐλπίζων μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι βιοὺς ἂν τὴν τιμωρίαν ἀντιδοῦναι. Cum quibus verbis compares Æsch. Pers. 33. Ἄλλους δ' ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων Νεῖλος ἔπεμψεν· Σουσισκάνης, Πηγασταγὼν Αἰγυπτογενής etc. Post dativum nominativus reperitur VII. 70. Πολλὴ γὰρ δὴ παρακέλευσις καὶ βοὴ ἀφ' ἑτέρων τοῖς κελευσταῖς ἐγίγνετο (i. e. πολλὰ ἑτέρων οἱ κελευσταὶ παρεκελεύοντο)· τοῖς μὲν Ἀθηναίοις βιάζεσθαί τε τὸν ἔκπλουν ἐπιβοῶντες, καὶ περὶ τῆς ἐς τὴν πατρίδα σωτηρίας—προθύμως ἀναλαβέσθαι· τοῖς δὲ Συρακουσίοις, καλὸν εἶναι etc. Similiter III. 36. Ὑπὸ ὀργῆς ἔδοξεν αὐτοῖς (i. e. ἐψηφίσαντο)—ἀποκτεῖναι—, ἐπικαλοῦντες. IV. 108. Καὶ γὰρ καὶ ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῖς, ἐψευσμένοις μὲν τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως ἐπὶ τοσοῦτον, ὅση ὕστερον διεφάνη, τὸ δὲ πλέον βουλήσει κρίνοντες (quasi præcessisset ἄδειαν ἐνόμιζον, ἐψευσμένοι) ἀσαφεῖ ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ· εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι, οὗ μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι, ὃ δὲ μὴ προσίενται, λογισμῷ αὐτοκράτορι διωθεῖσθαι. Ubi magis etiam inusitatus est alter nominativus εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι, pro εἰωθότων τῶν ἀνθρώπων vel ἐπεὶ εἰώθασί γε οἱ ἄνθρωποι. Quod ἄνθρωποι si, ut existimavit Benedictus, etiam cum κρίνοντες conjungi posset, omnia licerent. Quibus locis perpensis Plat. Phædon. 29. Ὑπάρχει αὐτῇ (τῇ ψυχῇ) εὐδαίμονι εἶναι, πλάνης καὶ ἀνοίας καὶ φόβων καὶ ἀγρίων ἐρώτων καὶ τῶν ἄλλων κακῶν τῶν ἀνθρωπείων ἀπηλλαγμένῃ, ὥσπερ δὲ λέγεται κατὰ τῶν μεμνημένων, ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ θεῶν διάγουσα, Heindorfio διαγούσῃ vel contra libros reponendum esse scribenti haudquaquam assentieris. Intelliges etiam facilius, quomodo explicanda sint verba I. 33. Γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας † χρείας. πρῶτον μέν, ὅτι ἀδικουμένοις, καὶ οὐχ ἑτέρους βλάπτουσι, τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε· ἔπειτα, περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύοντας δεξάμενοι, ὡς ἂν μάλιστα μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν κατάθησθε. ναυτικόν τε κεκτήμεθα, πλὴν τοῦ παρ' ὑμῖν, πλεῖστον. De quo loco paulo accuratius dicendum est. Primum autem corrigenda est interpunctio; nam post χρείας, et fortassis etiam post κατάθησθε, non punctum sed colon collocandum, quum verbis πρῶτον μέν—πλεῖστον tres causæ contineantur, cur societas cum Corcyræis inita Atheniensibus καλή, honorifica et utilis, futura sit. Deinde ad verba ἔπειτα—κατάθησθε vulgo cogitatione ex antecedentibus repetunt solam particulam ὅτι, quam jungi voluerunt cum κατάθησθε. At ubi tandem ullus Græcus homo ὅτι conjunxit cum conjunctivo? Pro quo si quis reponat futurum καταθήσεσθε, quod nonnullis in mentem venit, non tantum lectionem inferet, quæ in nullo codice exstat, sed etiam alteram difficultatem relinquet, quæ ex ista interpretatione exsistit. Nam quid tandem ita sibi vult particula ἂν post ὡς? Si ὡς μάλιστα significare potest quam maxime, num inde sequitur, etiam verbis ὡς ἂν μάλιστα eundem sensum inesse posse? Et tamen ἂν per locum, quem occupat, ab ὡς divelli non potest. Spernamus igitur interpretationem loquendi usui plane repug-

---

* Perperam Benedictus legendum proposuit τὸ δέ, ἁμαρτημάτων. Hoc enim nomen articulo carere non potest, et quod præcedit τὸ μέν, omnino non valet partim, sed pendet e σέβειν, et refertur ad τὸ θεῖον, quod inest in θεῶν φόβος. Comma igitur, quod vulgo post μέν legitur, tollendum est.

† Baverus conjecit ὑμετέρας, quod alicui non displiceat, quum τῆς χρείας per verborum collocationem cum κατὰ πολλά potius quam cum ἡ ξυντυχία jungendum esse videatur. Vulgatam tamen omnibus libris et scholiasta nixam retinendam censuimus, ne ξυντυχία minus nude positum sit.

nantem. Structura enim verborum duobus modis explicari potest. Primum ita, ut ex antecedente enunciatione non simplex ὅτι, sed integra sententia ὅτι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε repetatur. Sed quam languide in hac oratione multa paucis verbis comprehendente jungatur τοὺς κινδυνεύοντας δεξάμενοι, τὴν ἐπικουρίαν αὐτοῖς ποιήσεσθε, quum alterutrum sufficiat, facile patet. Præferenda igitur altera explicatio, ex qua Thucydides pro ὅτι δέξεσθε participium δεξάμενοι, quod futuri exacti vim habet, substituisse putandus est.* Pro quo nominativo proprie quidem exspectes dativum δεξαμένοις, quum præcedat γενήσεται ὑμῖν καλὴ ἡ ξυντυχία τῆς ἡμετ. χρείας. Sed quum hæc verba ad sensum nihil aliud significent quam ἕξετε καλὴν τὴν ξυντυχίαν τ. ἡ χ. scriptor noster pro dativo participii posuit nominativum.

IV. 54. Ἦσαν δέ τινες καὶ γενόμενοι τῷ Νικίᾳ λόγοι πρότερον πρός τινας τῶν Κυθηρίων. διὸ καὶ θᾶσσον καὶ ἐπιτηδειότερον τό, τε παραυτίκα καὶ τὸ ἔπειτα τὰ (quem tamen articulum omittunt boni codices, ut genitivus pendeat ex τὸ ἔπειτα) τῆς ὁμολογίας ἐπράχθη αὐτοῖς. ἀνέστησαν γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι Κυθηρίους, Λακεδαιμονίους τε ὄντας. καὶ ἐπὶ τῇ Λακωνικῇ τῆς νήσου οὕτως ἐπικειμένης. Postremam enunciationem neque cum ea, quæ præcedit, convenire, et verbis c. 57. Ἦγον δέ τινας καὶ ἐκ τῶν Κυθήρων ἄνδρας ὀλίγους, οὓς ἐδόκει ἀσφαλείας ἕνεκα μεταστῆσαι. καὶ τούτους μὲν οἱ Ἀθηναῖοι ἐβουλεύσαντο καταθέσθαι ἐς τὰς νήσους, καὶ τοὺς ἄλλους Κυθηρίους, οἰκοῦντας τὴν ἑαυτῶν, φόρον τέσσαρα τάλαντα φέρειν repugnare, jam alii intellexerunt. Nam quod Abreschius (Dilucc. Thucc. p. 426.) probante Bavero, verba ita explicat, "Cytheriorum illos, qui Lacedæmonii erant generis, suis e sedibus transducendos curarunt," id Græce Κυθηρίων τοὺς Λακεδαιμονίους ὄντας dicendum erat. Et quæ Baverus pro hac interpretatione laudat verba c. 53. Λακεδαιμόνιοί εἰσι τῶν περιοίκων, eam potius confutant, quippe quibus non pars Cytheriorum, sed Cytherii omnino Lacedæmonii fuisse significentur. Non magis probari potest Kistemakeri ratio, ἀνέστησαν per ad defectionem incitarunt vertentis. Nam quod Thucydidem pro μετοικίσαι non verbo ἀναστῆσαι, sed μεταστῆσαι uti contendit, nihil inconsultius dicere potuit. Cf. modo II. 27. qui locus propter argumenti similitudinem omnino comparandus est, et II. 99. Sed ad defectionem incitare nusquam exprimitur per ἀναστῆσαι, et Kistemakerum ad III. 28. provocare mirum est, quum, nisi iis, qui locum non essent evoluturi, illudere voluit, non intelligas, quomodo hoc facere ausus sit. Nam ibi, ut I. 126. 136. III. 75. all. hæc vox notat sedentem (ad deorum aras s. focum supplicem) surgere jubere. Quis sensus nostris verbis inesse debeat, vidit Heilmannus. Sed quod ἄν subintelligi vult, ἀνέστησαν pro ἀνέστησαν ἄν dici posse non minus falsum est, quam si Latine emigrare jusserunt idem esse putes quod emigrare jussissent. Nos igitur illam particulam post γάρ addendam censemus, quo se nihil melius videre Hermannus nobis significavit.

67. Ἐνήδρευσαν ἐς τὸν Ἐνυάλιον, ὅ ἐστιν ἔλασσον ἄπωθεν. Lego ἐς τὸ Ἐνυάλιον s. Ἐνυαλεῖον (ut Ἐνυεῖον laudat Stephanus in Thesaur. Ind.)

95. Δι' ὀλίγου μὲν ἡ παραίνεσις γίγνεται, τὸ ἴσον δὲ πρός τε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται, καὶ ὑπόμνησιν μᾶλλον ἔχει ἢ ἐπικέλευσιν. Scripserim πρός γε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας.

111. Καὶ ὁ Βρασίδας, ἰδὼν τὸ ξύνθημα, ἔθει δρόμῳ, ἀναστήσας τὸν στρατόν, ἐμβοήσαντάς τε ἀθρόον, καὶ ἔκπληξιν πολλὴν τοῖς ἐν τῇ πόλει παρασχόντας. καὶ οἱ μὲν κατὰ τὰς πύλας εὐθὺς ἐσέπιπτον, οἱ δὲ κατὰ δόκους τετραγώνους. Per se quidem post nomen collectivum rectissime subjicitur pluralis ἐμβοήσαντας et παρασχόντας; sed hoc quum fit, non potest singularis ἀθρόον his participiis addi. Benedictus igitur e multis codicibus scribi jubet ἐμβοήσαντα et παρασχόντα. Sed duo sunt in hac ratione, quæ dubitationem moveant. Primum enim pluralis unde ortus sit, non intelligo, qui exquisitior sit, quam quem librariis tribuas, nisi forte contrarium probes e fine cap. 100. Deinde participia ἐμβοήσαντας (s. ἐμβοήσαντα) et παρασχόντας (s. παρασχόντα) cum ἀναστήσας commode conjungi nequeunt. Ita enim Brasidas diceretur milites excitasse, quum clamorem sustulissent et metum Toranæis incussissent; quasi clamor prius sublatus et urbis incolæ prius in timorem conjecti

* IV. 116. Ὁ Βρασίδας ὡς ᾔσθετο αὐτοὺς ἀπολείποντάς τε τὰς ἐπάλξεις, καὶ τὸ γιγνόμενον ὁρῶν (pro καὶ ὅτι τὸ γιγν. ἑώρα), ἐπιφερόμενος τῷ στρατῷ, εὐθὺς τὸ τείχισμα λαμβάνει. Cf. Baver. ad h. l. et Steph. ad I. 1.

essent, quam Peloponnesii ad oppidum accessissent. Quod si nobis paulo audacioribus esse liceat, deleto καί ante οἱ μέν hunc locum ita constituamus, Καὶ ὁ Βρασίδας — ἔθει δρόμῳ, ἀναστήσας τὸν στρατόν· ἐμβοήσαντές τε ἀθρόοι, καὶ ἔκπληξιν — — παρασχόντες, οἱ μὲν κατὰ τὰς πύλας εὐθὺς ἐσέπιπτον, οἱ δὲ κατὰ δοκοὺς τετραγώνους.

IV. 107. Μύρκινός τε αὐτῷ προσεχώρησεν, Ἠδωνικὴ πόλις, — — καὶ Γάψηλος οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ Οἰσύμη. Pro Γάψηλος e l. V. c. 6. reponendum esse Γαληψός plures viri docti intellexerunt. Cf. Maussac. ad Harpocr. p. 105. Sed his se opposuit Gattererus (Comment. de Thrac. p. 93. et 102. edit. vern.) qui non quidem negat, in utroque loco de una eademque urbe sermonem esse, sed bis scribi vult Γάψηλος. Hanc enim urbem inter Strymonem et Nessum sitam distinguendam esse a Sithoniæ civitate Galepso (de qua cf. Herod. VII. 122.) At primum Gapseli urbis nullus veterum scriptorum, quantum nos scimus, mentionem facit. Deinde in illo ipso loco, quo Gattererus, Danvillium (in mappa geograph.) secutus, collocavit Gapselum, Straboni sita est Galepsus. Nam p. 511. edit. Alm. legimus. Εἶτα αἱ τοῦ Στρυμόνος ἐκβολαί· εἶτα Φάγρης, Γαληψός, Ἀπολλωνία, πᾶσαι πόλεις· εἶτα τὸ Νέσσου (s. Νέστου cf. Wass. ad Thuc. II. 96.) στόμα. Tum Galepsus scribitur in loco parallelo Diodori l. XII. c. 68. Εὐθὺς δὲ καὶ (Βρασίδας) τῶν πλησιοχώρων πόλεων πλείονας προσηγάγετο, ἐν αἷς ἦσαν ἀξιολογώταται Σύμη* καὶ Γαληψός, ἀμφότεραι Θασίων ἄποικοι, καὶ Μύρκινον (f. Μύρκινος) Ἠδωνικὸν πολισμάτιον. Denique etiam Stephanus Byz. in eo, quo usus est, Thucydidis exemplari Γαληψός invenit. Sub hac enim voce habet hæc: Γαληψός, πόλις Θρᾴκης. — — Θουκυδίδης τετάρτῃ ἑτέραν λέγει, καὶ Γαληψὸς οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ Οἰσύμη. Apparet igitur, duas urbes fuisse, quibus Galepsi, nullam, cui Gapseli nomen erat.

131. Οἱ δέ (οἱ Σκιωναῖοι,) ἀντεπεξελθόντες, αὐτοὶ καὶ Πελοποννήσιοι, ἱδρύθησαν ἐπὶ λόφου [καρτεροῦ]† πρὸ τῆς πόλεως, ὃν εἰ μὴ ἕλοιεν οἱ ἐναντίοι, οὐκ ἐγίγνετο σφῶν περιτείχισις. προσβαλόντες δ' αὐτῷ κατὰ κράτος οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ μάχῃ ἐκκρούσαντες τοὺς ἐπιόντας, ἐστρατοπεδεύσαντο. Legendum puto τοὺς ἐπόντας; qui enim in colle consederant, non οἱ ἐπιόντες, sed οἱ ἐπόντες appellandi esse videntur. Facilius vulgatam feram c. 128. Ὁ δέ (ὁ Βρασίδας), γνούς, προεῖπε τοῖς μεθ' αὐτοῦ τριακοσίοις, ὃν ᾤετο μᾶλλον ἂν ἑλεῖν τῶν λόφων, χωρήσαντας πρὸς αὐτὸν δρόμῳ, ὡς τάχιστα‡ ἕκαστος δύναται, ἄνευ τάξεως, πειρᾶσαι ἀπ' αὐτοῦ ἐκκροῦσαι τοὺς ἤδη ἐπιόντας βαρβάρους. Ibi enim barbari inferiorem collis partem occupasse et jam ejus jugum ascensuri esse cogitari possunt, quum Peloponnesii iis obviam facti sunt. Quanquam vel ibi propter ea, quæ statim adduntur (ἐκράτησαν τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου,) et propter finem præcedentis capitis malim ἐπόντας.

Cap. 15.

Scholiasta vel emendatus, vel illustratus, vel notatus.

Ita de plerisque rebus, quæ in eo libello exponendæ esse videantur, qui, quid a Thucydidis editoribus in re critica vel neglectum vel peccatum sit, doceat, quam accuratissime poteramus, egimus. Unum superest, ut, quantum in scholiorum, de quibus ex editoribus Stephanus fere solus bene meruit, tractatione desideretur exemplis nonnullis declaremus. Quæ exempla omnia e l. I. c. 1.—67. repetemus, et ita quidem, ut, quæ a Stephano jam observata, sed a posterioribus editoribus

---

* Diodorus pro Οἰσύμη scribens Σύμη eo usus esse videtur Thucydidis codice, in quo, ut etiamnum in Reg. et Gr. legeretur ἡ Σύμη, unde articulum omitti posse putavit. Scripturæ ἡ Σύμη vestigia deprehenduntur etiam alibi cf. Maussac. ad Harpocr. p. 261. sed formam Οἰσύμη præter Stephanum Byz. s. h. v. satis defendunt geographi et grammatici a Wassio laudati.

† Vulgo ἐπὶ καρτεροῦ λόφου. Plerique libri ἐπὶ λόφου καρτεροῦ, nonnulli ὑψηλοῦ, unus utrumque adjectivum omittit. Unde καρτεροῦ post λόφου transpositum uncis inclusimus; nam repetitum videtur e c. 129.

‡ Haud exiguus codicum numerus post τάχιστα repetit ὡς. Qui libri nisi ad deteriores pertinerent, illo ὡς probato verba ἄνευ τάξεως pro interpretamento eorum, quæ præcedunt, ὡς ἕκαστος δύναται haberem. Πειρᾶσαι autem exhibendum putavimus pro vulg. πείρασαι.

neglecta sunt, etiamsi probanda videantur, denuo non inculcemus. Antequam autem ad singula accedamus, præmonendum est, nullam in scholiis depravationem esse frequentiorem, quam eam, ut capita iis præfigantur vel prorsus falsa, vel auctiora, quam esse debebant, vel etiam vocibus quibusdam destituta, quæ præ reliquis addendæ erant. Nam quum hæ annotationes aut inter lineas scribi aut etiam margini sæpe ita appingi soleant, ut vocabula ipsa, ad quæ referuntur, non adjiciantur; vides, quam facile et librarii et viri docti hac in re falli potuerint. Ea igitur scholiorum emendatio, quæ fit capitibus mutatis, et lenissima existimanda est, et sæpe magnas difficultates tollit. Neque viri docti scholiastam toties propter miras quasdam explicationes reprehendissent,—quæ nonnisi miræ sunt, quod ad longe alia verba relatæ sunt, quam quibus illustrandis inserviunt,—si, priusquam incredibilia ab interprete dicta esse statuerent, an forte in capite annotationis vitium esset, examinassent. Quod ex pluribus eorum exemplorum, ad quæ nunc progredimur, clarius intelligetur.

I. 1. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος] Πάντως μέμνηται τοῦ οἰκείου ὀνόματος κατ' ἀρχάς, ἀντιδιαστέλλων ἑαυτὸν τῶν ὁμωνύμων ἐν τοῖς ἔτεσιν. An forte legendum ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν? nam vulgata quem aptum sensum efficiat, non video. Quæ vero his statim subjiciuntur, Ἅμα μὲν τῆς αὐτῆς (f. ταύτης τῆς) αἰτίας ἕνεκεν, ἅμα δὲ καὶ τοῦ μὴ ἕτερόν τινα τὸ αὐτοῦ σφετερίσασθαι σύνταγμα ab alio scholiasta addita videntur, qui priorem quodammodo corrigit, quod sæpius in his scholiis factum videmus. Cf. c. 10. (p. 29. l. 4. schol. Lips. edit.) et c. 32. (p. 73. l. 9.)

Ξυνέγραψε τὸν πόλεμον] ἄλλο, γράψαι· καὶ ἄλλο, ξυγγράψαι. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ ἑνὸς πράγματος λέγεται· τὸ δὲ ξυγγράψαι, ἐπὶ πολλῶν. ξυγγράψαι τὸ μετ' ἐπιμελείας καὶ σπουδαίως συντάξαι· γράψαι δέ, καὶ τὸ ἁπλῶς καὶ μὴ ἐπιμελῶς τὴν ἀλήθειαν ἀνευρεῖν. Hoc scholion in duo dispescendum est. Docet id vel codex Aug. in quo quæ post ἐπὶ πολλῶν leguntur, prorsus desunt. Præterea τὸν πόλεμον, quod capiti adjicitur, delendum est; scholiasta enim non disputat de formula ξυγγράψαι τὸν πόλεμον, sed de solo verbo ξυγγράψαι. Paulo post pro ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται magis placeret, si scriptum exstaret ἐπὶ τῆς — ἐκβάσεως.

2. Ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη] πρὸ τούτου γὰρ κατὰ μέρους καὶ κατὰ ἔθνη ἐκαλεῖτο. Μέρους in Lips. editione e Duckeriana temere repetitum est pro eo, quod apud Stephanum legitur, μέρος. Idem vitium tollendum c. 3.

Ἐς Ἰωνίαν] προληπτικὸν τὸ σχῆμα, ὅταν τὸ συμβὰν ὕστερον προλαβόντες καλέσωμεν. Ὃ γὰρ ξυνέβη μετὰ τὴν οἴκισιν τῶν ἀνδρῶν· λέγει δὲ τὸ κληθῆναι Ἰωνίαν. Τοῦτο αὐτὴν προσηγόρευσε πρὶν ἐκπεμφθῆναι τοὺς ἄνδρας, προδιδοὺς καὶ προχαριζόμενος τὴν προσηγορίαν ταύτην τῇ χώρᾳ. Οὐ γὰρ οὔσης πρὸ τούτου τῆς Ἰωνίας, ἀπέστειλαν ἐκεῖσε τὸν ὄχλον οἱ Ἀθηναῖοι, ἐφ' ᾧ τε κτίσειν καὶ οἰκίσαι τὴν γῆν. Καὶ οἱ πεμφθέντες κατοικίσαι, οὕτω καλεῖσθαι τὴν χώραν ὕστερον παρεσκεύασαν. Gottleberus an οἴκησιν, οἰκῆσαι et κατοικῆσαι, quæ in codice sunt, injuria mutaverit in οἴκισιν, οἰκίσαι et κατοικίσαι, vehementer dubito. Libri mss. lectio vel ideo præstet, quod κτίσειν καὶ οἰκίσαι τὴν γῆν pleonastice dictum videatur. Pro κτίσειν καὶ οἰκῆσαι autem vel κτίσαι καὶ οἰκῆσαι, vel κτίσειν καὶ οἰκήσειν scribendum est. Utrum præstet, equidem non judicaverim. Denique verba ὃ γὰρ ξυνέβη — τοὺς ἄνδρας ita constituenda puto, Ὃ γὰρ ξυνέβη μετὰ τὴν οἴκησιν τῶν ἀνδρῶν· (λέγω δὲ τὸ κληθῆναι Ἰωνίαν·) τοῦτο etc.

C. 3. Καὶ τὸ Πελασγικόν] τουτέστι, τοῖς ἰδίοις ὀνόμασιν ἐχρῶντο· οἷον Πελασγοὶ μόνον, Βοιωτοί· οὔπω δὲ κοινῷ ὀνόματι Ἕλληνες. Caput scholii est Ἀφ' ἑαυτῶν τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι.

Ἐπαγομένων] ἀμφίβολος, τίνα ἐπηγάγετο, πότερον οἱ Ἕλληνος παῖδες τοὺς ἄλλους, ἢ οἱ ἄλλοι τούτους. Pro ἀμφίβολος correxerim ἀμφίβολον, nisi supplendum sit ὁ λόγος. Sed verba τίνας ἐπηγάγετο, sana esse vix possunt; requiritur enim pluralis ἐπηγάγοντο, sive τίνες scripseris, sive τίνας retinueris. Hoc si fit, αὐτούς capiti addendum est; nam disputatur ita de eo, quo spectet αὐτούς. Paulo post verbis καθ' ἑκάστους δὲ —ὁμοῦ singulare caput non præfigendum est, quum ita non intelligatur, quid sibi velit particula δέ. Eadem de causa c. 37. caput Δέχεσθαι delendum.

C. 4. Ὧν] τὸ ὧν ἀντὶ τοῦ ἐκείνων. Imo ἀντὶ τοῦ ἐκείνων ὧν.—Ἑλληνικῆς θαλάσσης] πρότερον γὰρ Καρικὴ ἐκαλεῖτο ἡ θάλασσα. Caput est Τῆς νῦν Ἑλλ. θαλ.—Τῶν πλείστων ἐγένετο] ὑπακουστέον Ἑλλήνων. Non ad πλείστων, quod ad Cycladas refertur, sed ad Πρῶτος hæc annotatio spectat.

C. 5. Οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων] εἶπεν (l. εἶπε) γὰρ ἀτειχίστων ὄντων, ὥσπερ ἦν ἡ Ἀττικὴ

κάλαι, κατὰ κώμας οἰκουμένη. Caput est Πόλεσιν ἀτειχίστοις.

C. 6. Λίπα] τὸ λίπα Ὅμηρος ἐπιθετικῶς λέγει τὸ ἔλαιον· οὗτος δὲ ὄντως αὐτὸ ὀνομάζει. E scriptura ὄντως eruo ὀνοματικῶς, quanquam etiam olim vulgatum οὐ ταὐτό quodammodo defendi posse video.

C. 10. Τῆς δὲ ξυμπάσης ἡγοῦνται] Ἰστέον, ὅτι τῆς Ἀργολικῆς οὐκ ἦρξαν, ἀλλὰ συνεκδρομικῶς εἶπε. τὸ ἑξῆς, ὅμως ἂν φαίνοιτο ὑποδεεστέρα etc. Postremis inde a τὸ ἑξῆς hinc sejunctis caput Ὅμως δέ præfigendum.

Ἢ ἔστιν] τὰ κατὰ Μυκήνην, καὶ τὸν στόλον τὸν εἰς Τροίαν. ἡ διάνοια, ἐρημωθείσης τῆς μὲν τῶν Λακεδαιμονίων πόλεως, μείων φαίνοιτο ἡ δύναμις γεγονέναι τῆς ἔπειτα· τῆς δὲ τῶν Ἀθηναίων, μείζων ἢ νῦν ἔστι. Verba τὰ κατὰ — Τροίαν hinc removenda esse vidit Baverus. Pro μείων φαίνοιτο malim μείων ἂν φαίνοιτο s. μείων φαίνοιτ' ἄν. Eadem particula e linguæ præceptis cum Bas. addenda c. 32. in Ἐγὼ δὲ εἴποιμι. Τῆς ἔπειτα autem quamvis respondere videatur ei, quod mox legitur, ἢ νῦν ἔστι, tamen, quum commodum sensum non fundat, e Thucydidis verbis in τοῖς ἔπειτα mutandum videtur.

C. 15. Auctor scholii a Gottlebero deleti ἢ οἱ καταστρέφοντες ἢ οἱ καταστρεφόμενοι significare voluit, verba καὶ μάλιστα ὅσοι μὴ διαρκῆ εἶχον χώραν vel de iis, qui insulas sibi subjecissent (ἐπιπλέοντες τὰς νήσους κατεστρέφοντο, καὶ μάλιστα ἐκεῖνοι, ὅσοι etc.) intelligi posse, vel etiam de subjectis (καὶ μάλιστα ἐκείνους, ὅσοι etc.) Quod quamvis solœce expressum sit (nam sibi subjicere aliquem Græce dicitur καταστρέφεσθαι, non καταστρέφειν. Cf. ad h. l. Steph.) neque omni ex parte pro vero haberi possit, scholion tamen non statim erat abjiciendum.

C. 16. Ἐπὶ μέγα τῶν πραγμάτων] τῶν Περσικῶν. (Falsa interpretatio. Cf. Intpp.) τὸ ἑξῆς, καὶ Ἴωσι Κῦρος ἐπεστράτευσε etc. Postremis caput Καὶ Ἴωσι præfixerim.

C. 20. Λακεδαιμονίων βασιλεῖς] οἱ γὰρ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς ψήφους ἔφερον ἐν τῇ γερουσίᾳ ἑκάτερος ἕνα, διττὴν ἔχοντα δύναμιν. Scholiasta ψῆφος masculinum esse putavit; quo jure, ipse dicat.

C. 22. Οὐ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον] αὐτῶν τῶν λεχθέντων. ὅρα δέ, πῶς πρότερον εἰπὼν περὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ λόγων καὶ ἔργων, ἐνταῦθα λέγει περὶ τῆς ἱστορίας καὶ ὠφελείας. Spectant hæc ad Τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν.

C. 24. Quidquid dicat Baverus, Gottleberus recte vidit, verbis scholiastæ ὁ παλαιὸς νόμος οὐκ ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλει, ἀλλ' ἀπὸ τῆς μητροπόλεως caput Κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον esse præfigendum. Sed sequentia verba scholiastæ ab hac annotatione separanda erant; pertinent enim ad verba Ἐκ τῆς μητροπόλεως, et hoc capite præmisso e codicum vestigiis ita scribenda sunt, ἐκ τῆς Κορίνθου· Κορίνθιος γάρ. In fine scholii ad Κατακληθείς adscripti pro ὑπὸ ἐλασσόνων e duobus codicibus restituendum esse ἀπὸ ἐλασσόνων, et ex opposito ἀπὸ μειζόνων, et e sententia, quæ non per minores, sed e minoribus dici jubet, manifestum est.

Τὴν ἱκετείαν οὐκ ἐδέξαντο] οὐχὶ τὴν πρεσβείαν ὑπεδέξαντο, ἀλλὰ τὴν τιμωρίαν. τὸ τέλος εἶπεν ἀντὶ τῆς πράξεως, συντομώτερον εἰπὼν καὶ καινότερον. τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὑπεδέξαντο τὴν πρεσβείαν, καὶ κατέθεντο τὴν τιμωρίαν ποιῆσαι, μακρὸν ἂν ἐγένετο, καὶ σύνηθες κατὰ τὴν φράσιν. Horum verborum sensum quum Gottleberus non intellexerit, scholiastæ mentem paucis aperiamus necesse est. Quum nomen ἱκετεία et de supplicibus ipsis et de eorum precibus dicatur, interpres monet, hæc verba non ita accipienda esse, quasi Corcyræi legatos auxilium rogatum venientes non admiserint; sed hoc quidem factum esse, verum preces eorum non esse admissas, ideoque auxilium denegatum. Non poterat igitur hic ulla suspicio nasci, scholiastam πρεσβείαν legisse pro ἱκετείαν. Neque quæ idem loquitur de brevitate atque novitate, ad ἀλλ' ἀπράκτους ἔπεμψαν spectant, sed ad τὴν ἱκετείαν οὐκ ἐδέξαντο. Quibus omnibus perpensis post πρεσβείαν pro ὑπεδέξαντο, quod e sequentibus irrepsit, cum Stephano legendum esse οὐκ ἐδέξαντο, manifestum est.

C. 25. Θέσθαι τὸ παρόν] θέσθαι, τὸ εὖ θέσθαι· τὸ δὲ παρόν, ἀντὶ τοῦ τὰ τοῦ παρόντος. ἐβουλεύοντο γὰρ καὶ τὴν πόλιν παραδοῦναι καὶ τιμωρίαν λαβεῖν. Libri τὸ δὲ παρὸν ἀντὶ τοῦ παρόντος, quod injuria correxerunt. Scholiasta enim indicare vult, παρόν non cum θέσθαι conjungendum esse, quanquam hæc vera est explicatio, sed absolute dictum esse pro præsenti tempore. Quæ autem post παρόντος subjiciuntur, fortassis hinc separanda sunt. Statim post in antiquis editionibus verba διὰ τὸν Φάλιον δηλονότι, ἐφ' ὅσον οἰκιστὴς αὐτὸς (f. οὗτος) ἦν, Κορίνθιος ὢν recte unum scholion constituunt, cui nonnisi falsum caput est præfixum; pertinet enim hæc interpretatio, ut jam Stephanus vidit, ad Ὡς οἰκισταῖς, ad quæ

verba præter hoc etiam aliud habemus scholion. Perperam denique Gottleberus verba σημείωσαι δὲ — θυσιῶν, quæ e Bas. cod. intulit, statim cum verbis ἐν Ὀλυμπίοις, Νεμείοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἀγῶσι conjunxit, quum singulare scholion efficiant.

C. 26. Τήν τε ἀποικίαν Κορινθίοις δεδομένην] τουτέστι, τῶν Ἐπιδαμνίων τοῖς Κορινθίοις ἀναφερομένην. L. τὴν τῶν Ἐπιδαμνίων s. τὴν Ἐπίδαμνον.

C. 27. Εἰ δέ τις τοπαραυτίκα] τουτέστιν, εἴ τις οὐ βούλεται ἀπιέναι. Μετέχειν δέ] ἀλλὰ ἔχειν λόγον, ὅτι συνήργησεν εἰς τὴν ἀποικίαν, διδότω δραχμὰς πεντήκοντα, καὶ μενέτω, φησίν, ἐν Κορίνθῳ οἰκῶν. Commate post ἀπιέναι posito verba Μετέχειν δέ deleverim. Legit autem scholiasta Κορινθίοις, quod etiam in bonis exstat codicibus, sed, si genuinum est, non cum μένειν, sed cum καταθέντα jungendum est.

C. 29. Ἐν Ἀκτίῳ] ἵνα εἰρηνικὰ φρονοῦντες δηλώσωσι. Scholiastam legisse non Ἐν Ἀκτίῳ, sed Ἐν ἀκατίῳ ex hac ipsa annotatione intelligitur.

Κορινθίους δὲ δήσαντας ἔχειν] οὗτοι ἐδέθησαν. καὶ οἱ ἐν Ἐπιδάμνῳ ἄλλοι, Κορίνθιοί εἰσι. Hæc observatio ad sequentis capitis similia verba Κορινθίους δὲ δήσαντες εἶχον referenda est. Quod autem scholiasta reliquos, qui Epidamni fuerint, Corinthios esse scribit, ineptum est, quum Thucydides reliquos illos Corinthiis opponat. Quinam autem sub cæteris illis intelligendi sint, e cap. 26. init. apparet, ubi Ambraciotæ, Leucadii aliique una cum Corinthiis Epidamnum profecti esse leguntur.

C. 32. Καταστήσουσιν] ἀποδείξουσι. Non καταστήσουσι, sed σαφὲς καταστήσουσιν explicari potest per ἀποδείξουσιν, unde σαφές addendum est.

C. 34. Ἐκ τοῦ εὐθέος μὴ ὑπουργεῖν] ἀσκέπτως ὑπηρετεῖν. Μή vel in explicatione inserendum vel in capite delendum est.

C. 35. Ἀπὸ τῶν ὑμετέρων] κολακεύει λανθανόντως τοὺς Ἀθηναίους, ἢ ἐν ὑποστιγμῇ, ἢ εἰρωνικῶς. Primum ὑπηκόων capiti adjiciendum; nam hæc est vox, ad quam potissimum spectat hæc observatio, quam scholiasta rationem reddat, cur Atheniensium socios ὑπηκόους vocent Corcyræi. Deinde ἢ ἐν ὑποστιγμῇ falso Gottleberus interpretatur "vel interpunctionem esse ponendam;" nam quorsum hic interpunctio? Hoc dicit scholiasta, Corcyræos aut adulari Atheniensibus, aut clam eos pungere, aut ironice loqui. Notandus igitur hic rarus vocabuli ὑποστιγμή usus.

C. 35. Ἀπὸ τοῦ προφανοῦς] ἢ προφανῶς, ἢ λάθρα. μάλιστα δέ, φανερῶς. Ineptum esse dices, quod scholiasta ἀπὸ τοῦ προφανοῦς vel προφανῶς vel λάθρα significare contendat. Sed desunt in capite verba μάλιστα δέ; ex eo enim, quod Thucydides scribit μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς, interpres colligit, rem potuisse quidem etiam clam fieri, sed maxime consentaneum visum esse Corcyræis, ut palam auxilium sibi ferretur. At μάλιστα non pertinet ad ἀπὸ τοῦ προφανοῦς, verum ad δίκαιον, quod ex antecedd. repetendum est.

C. 36. Καὶ καθ' ἕκαστον τῷδ' ἄν] λείπει τὸ λέγομεν. ἡ δοτικὴ ἀντὶ εὐθείας, ἵν' ᾖ, μάθοιτε ἂν οἵ τε σύμπαντες καὶ καθ' ἕκαστον. Caput est Τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον, unde Stephanus injuria taxat scholiastam, quod μάθοιτε repetendum esse non intellexerit.

C. 37. Ὅσῳ ἀληπτότεροι] ἀκατηγορητότεροι. οἱ γὰρ εὐάλωτοι φόβῳ τῶν πέλας κολακεύειν ἀναγκάζονται τοὺς ἀδικοῦντας. Verba οἱ γὰρ εὐάλωτοι — τοὺς ἀδικοῦντας ab alio scholiasta adscripta sunt, qui ἀληπτότεροι de iis, qui minus facile vincantur, accipiendum esse vidit (I. 82. 143.) Neque ad vocabulum ἀληπτότεροι solum, sed ad omnem sententiam Ὅσοι ἀληπτότεροι ἦσαν τοῖς πέλας, τοσῷδε φανερωτέραν ἐξῆν αὐτοῖς τὴν ἀρετήν, διδοῦσι καὶ δεχομένοις τὰ δίκαια, δεικνύναι pertinent, quam e contrario illustrat.

C. 40. Καὶ τὸν νόμον] ἀπὸ κοινοῦ, δίκαιοί ἐστε. Τὸ δὲ τόν ἄρθρον περισσόν· πολλοί, φησίν, εἰσὶ φόρου ὑποτελεῖς παρ' ὑμῖν, οἵτινες πολλάκις μελετῶσιν ἀπόστασιν· καὶ εἰ δέξεσθε Κερκυραίους τούσδε, καὶ κοινὸν τοῦτον ποιήσετε νόμον, ὁρᾶτε, μὴ ἑαυτοὺς λανθάνητε βλάπτοντες. φοβεῖ δὲ αὐτούς, τὸ δέξασθαι νόμον καλῶν. Longe major pars scholii a πολλοὶ — καλῶν non pertinet ad verba Καὶ τὸν νόμον, quæ ante μὴ καθιστάναι leguntur, sed ad ea, quæ in fine capitis exstant. Quæ autem apud scholiastam præcedunt in Lips. editione (in Stephaniana enim et Duckeriana non leguntur), ex iis τὸ δὲ τόν ἄρθρον περισσόν utrum ad illa an ad hæc Thucydidis verba referendum sit, certo dici non potest, quum articulus neutro in loco redundet.

C. 44. Μετέγνωσαν] μετεβουλεύσαντο. τὸ ἑξῆς, συμμαχίαν μὲν ποιήσασθαι μετέγνωσαν,

ἐπιμαχίαν δ' ἐποιήσαντο. Post μέν inserendum μή.—'Εν παράπλῳ κεῖσθαι] τοῖς παραπλέουσιν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν, ἔχειν τὴν Κέρκυραν. Ante ἔχειν excidisse videtur καλῶς. Cf. scriptoris verba.

C. 46. Θεσπρωτίδος Ἐφύρη] ἔστι γὰρ καὶ ἄλλη Ἐφύρη (Ἐφύρα) ἡ Κόρινθος. ὡς εἶναι τὴν Ἐλαιᾶτιν μέρος χώρας ὑπὸ μείζονα χώραν. Posterior scholii pars spectat ad Ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι τῆς Θεσπρωτίδος.

C. 47. Προσπλέοντας] ἀπὸ τῆς Λευκίμνης εἰς τὸ Χειμέριον δηλονότι. Pro Λευκίμνης scribendum Λευκάδος, nisi forte hæc annotatio pertineat ad sequentis capitis verba Ἐπὶ σφᾶς πλεούσας.

C. 56. Ὁμήρους] τοὺς ἕνεκα εἰρήνης διδομένους εἰς ἐνέχυρα. Καὶ ὁμήρους δοῦναι, ἵνα, ἐὰν ἀποστῶσιν, εὐάλωτοι γένωνται. In his Καὶ ὁμήρους δοῦναι non sunt scholiastæ, sed ipsius Thucydidis verba, quæ caput annotationis constituunt. Sed hoc caput falsum est; nam verba ἵνα—γένωνται potius ad Τὸ ἐς Παλλήνην τεῖχος καθελεῖν referenda sunt.

C. 58. verbis ἐφοβοῦντο γὰρ τοὺς θαλασσοκράτορας Ἀθηναίους, ὄντες παραθαλάσσιοι pro Καὶ Περδίκκας πείθει præfige caput Τὰς ἐπὶ θαλάσσῃ πόλεις ἐκλιπόντας.

C. 61. Τοὺς προτέρους χιλίους] τοὺς ἐν ταῖς χ' ναυσὶ τῶν Ἀθηναίων. Scribe e codd. ἐν ταῖς λ' ναυσί. Cf. c. 57. Paulo post verba τῆς Βεῤῥοίας spectant ad Τοῦ χωρίου.

C. 63. Ἐπαναχωρῶν ὁ Ἀριστεύς] τῆς Ποτιδαίας. Genitivum malim referri ad Ἐς τὸ τεῖχος c. 62. fin.; nam Potidæam redire non recte exprimitur per ἐπαναχωρεῖν τῆς Ποτιδαίας.

INDEX

Locorum Thucydidis et aliorum scriptorum, qui in hoc libro vel emendantur, vel defenduntur atque explicantur.

Thuc. L. I.

L. II.

L. III.

L. IV.

INDEX AUCTORUM.

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

(Literam C vide sub Κ. F sub Θ. V sub Ου.)

INDICES.

INDEX VERBORUM.

Prior numerus librum, posterior caput designat.

E.

Z.

H.

Θ.

Λ.

Υ.

Φ.

INDEX RERUM

IN

HISTORIA THUCYDIDIS

ET

IN SCHOLIIS GR. MEMORABILIUM.

Numeri majores librum, minores caput indicant.

B.

D.

F.

N.

O.

P.

T.

V.

INDEX AUCTORUM,

QUI A SCHOLIASTIS CITANTUR.

Prior numerus librum, posterior caput denotat.

FINIS

TOMI TERTII.

ERRATA.

IN TEXTU.

Vol. I. p. 3. l. 2. *pro* και *lege* καὶ
11. 3. *pro* πολέμῳ - - - - ἐκπίπτοντες, *lege* οἱ πολέμῳ - - - ἐκπ.,
18. 1. *pro* ΟΘΥΚΥΔΙΔΟΥ *lege* ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ
128. 8. *pro* δὴ *lege* δὲ
239. 13. *pro* ἀναχωρήσαντες *lege* ἀναχωρήσαντας
375. 2. *a fin. pro* καθέστη, *lege* κατέστη,
432. 15. *pro* ποσπλεούσας, *lege* προσπλεούσας,
436. 13. *pro* ἣν *lege* ἢ
440. 11. *pro* τούτο *lege* τούτου
Vol. II. 385. 4. *pro* σωτηωίαν. *lege* σωτηρίαν. *et mox,*
5. *pro* καί *lege* καὶ
401. 5. *pro* δύναται *lege* δύνανται
462. 11. *pro* ὑπελίπεπε *lege* ὑπελίπετε

IN NOTIS.

Vol. I. p. 6. col. 1. l. 4. *pro* Dorvill *lege* Dorvill.
8. 1. 11. *pro* Aut *lege* At
33. 1. 12. *pro* Dilucid. att. *lege* Dilucidatt.
97. 2. 6. *a fin. ad vv.* Ὀλίγ. ἀμ. *lege*: ἢ ὦ. ἀμ. (scil. δύνασθαι.) Ita cap. 51. ταπεινὴ ἐγκαρτερεῖν, i. e. ταπεινοτέρα, ἢ ὦ. ἐγκ.
Vol. II. 377. 1. *ante Wassii notam* Τάραντος] Τάρας et fem. &c. *inserenda sunt hæc:* Τὸ ἕβδομον] De hoc libro VII. vide cujusdam ex Brasidæ posteris ad Augustum dictum apud Plutarch. Apoph. 207. Wass.

Cetera, non ita multa (spero), facile condonabit amicus Lector.

Londini imprimebat J. F. Dove, in Arca quæ est Divi Joannis.

Date Due

